REGULA BEATISSIMI PATRIS NOSTRI AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, ...

Aurelius santo Augustinus (santo), Hugo : de Sancto Victore

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
27 P
16

1.a - 26, 6, 6

Digitized by Google

Bibl. di S. M. del Popolo

Digitized by Google

Digitized by Google

REGVLA

BEATISSIMI PATRIS NOSTRI

AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI,

Eccleſiæquè Doctoris eximij.

EXPOSITIO

VGONIS DE SANCTO VICTORE

Super Regulam Beati Patris noſtri Auguſtini.

Conſtitutiones Congregationis Obſeruantiæ Lombardiæ Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini.

Diffinitiones antiquæ, & recentiores Congregationis eiuſdem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CONVENTUS S. MARIAE DE POPULO URBIS

BONONIÆ. MDCLXXXXIX.

Typis Petri-mariæ de Montibus. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORIBVS FRATRIBVS NOSTRIS

SALVTEM.

QVod olim priſcis illis noſtris Patribus, religioſiſſimis æquè, ac ſapientiſſimis, inter cætera cordi fuit, illud ſanè non infimum locum tenuit, vt ſcilicet prouiderent, nec omninò permitterent, Congregationem noſtram Auguſtinianam Obſeruantiæ Lombardiæ codicum eorum inopia laborare, in quibus, tum Beatiſſimi Patris noſtri Auguſtini Regula, & illius Expoſitio, tum Conſtitutiones, ac Diffinitiones eiuſdem Congregationis continentur, quatenus Fratres omnes, & illius Alumni in ipſis, tanquam in ſpeculo, quid agere, quid effugere deberent, clarè ſimul, & fructuosè co-

Digitized by Google

gnoſcerent. Nunc quoquè idem nobis, eorum veſtigijs (quantum ex alto conceditur) inherere cupientibus, animus fuit; cum enim perſpiceremus antiqua huiuſmodi exemplaria paſſim deeſſe, ad nouam eorundem impreſſionem, cogitationes noſtras, vireſquè direximus; quod tandem non ſine ingenti ſollicitudine, pariquè labore, nullis parcentes ſumptibus, Deo auxiliante, perfecimus. Habetis igitur (Fratres cariſſimi) in hoc volumine, in primis Sanctiſſimi, ac Beatiſſimi Patris, & Præſulis noſtri Auguſtini auream, imò omni auro pretioſiorem Regulam, ſub cuius vexillo tot diuerſi in Eccleſia Ordines ſe militare gloriantur; Nec non Vgonis à Sancto Victore, quam ſemper Congregatio noſtra adhibuit, & amplexa eſt, præclariſſimam eiuſdem Regulæ Expoſitionem: Conſtitutiones inſuper, & Diffinitiones noſtras antiquas, quæ ſunt veluti Obſeruantiæ noſtræ baſes, & fundamentales leges: Ac demum Diffinitiones noſtras recentiores, ad antiquarum veluti coronidem de nouo additas, vtpotè ad Congregationis noſtræ gubernium integrè, ac perfectè ſtabiliendum accomodatiſſimas. Faxit itaquè Deus (dilectiſſimi Fratres) vt ſicut liber hic propter

hoc

hoc ſolum de nouo eſt æditus , vt vobis proſit ad ſalutem ; ità iugis eius lectio ad obſeruandum ea , quæ in ipſo continentur , alacriores vos , & promptiores in dies magis , magiſquè conſtituat. Valete.

Vidit

Digitized by Google

Vidit D. Franciſcus Aloyſius Barelli Barnabita Cleric. Reg. Congreg. S. Pauli, in Metropolitana Bononien. Pœnitentiarius, pro Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. D. Iacobo Card. Boncompagno Archiepiſcopo, & Principe.

Conſtitutiones, ac Diffinitiones antiquæ, & recentiores Congregationis Obſeruantiæ Lombardiæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini nihil continent ab eiuſdem Magni Patris Apoſtolica Regula deuium, quam ſacra illuſtrat eruditione Vgonis de Sancto Victore perutilis Expoſitio. Hæc igitur omnia præſenti connexa Volumine digna ſunt, quæ nedum in Obſeruantium cordibus, ſed & in codicibus communi bono imprimantur, & ſicut in eorum fulgent operibus, ità publicis perpetuò in paginis luceant. Ità cunctis, iuſſu Reuerendiſsimi P. Inquiſitoris, accuratè perlectis, cenſebam. Bononiæ ex Conuentu S. Iacobi Maioris die 19. Ianuarij 1699.

Ego F. Marcellus Prouenzalius Auguſtinianus Sac. Theol. Magiſter, eiuſdemq; in Alma Bononien. Vniuerſitate publicus Profeſſor, ac pro Sancto Inquiſitionis Officio Librorum Reuiſor Theologus, &c.

Imprimatur.

F. Franciſcus Maria Valcarenghi Provicarius S. Officij Bonon.

Digitized by Google

INCIPIT
REGVLA
BEATISSIMI PATRIS NOSTRI
AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
Eccleſiæquè Doctoris eximij.

De charitate Dei, & proximi. Capitulum primum.

ANtè omnia (Fratres cariſſimi) diligatur Deus, deindè proximus, quia iſta præcepta ſunt principaliter nobis data.

De vnitate cordium in Deum, & rerum communitate. Cap. 2.

HÆc igitur ſunt, quæ vt obſeruetis præcipimus in Monaſterio conſtituti. Primum propter quod in vnum eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & ſit vobis anima vna, & cor vnum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia, & diſtribuatur vnicuique veſtrum à Præpoſito veſtro victus, & tegumentum. Non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, ſed potius vnicuique, ſicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apoſtolorum,

Digitized by Google

lorum, quia erant illis omnia communia, & diſtribuebatur vnicuique, ſicut cuique opus erat. Qui aliquid habebant in ſæculo, quando ingreſſi ſunt Monaſterium, libenter velint illud eſſe commune. Qui autem non habebant, non ea quærant in Monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati quod opus eſt tribuatur, etiam ſi paupertas eorum quandò foris erant, nec ipſa neceſſaria poterat inuenire. Tamen non ideò ſe putent eſſe fœlices, quia inuenerunt victum, & tegumentum, quale foris habere non potuerunt.

De humilitate. Cap. 3.

NEc erigant ceruicem, quia ſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant, ſed ſurſum cor habeant, & terrena vana non quærant, nè incipiant Monaſteria diuitibus eſſe vtilia non pauperibus, ſi diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur. Rurſus etiam illi, qui aliquid videbantur eſſe in ſæculo, non habeant faſtidio fratres ſuos, qui ad illam ſanctam ſocietatem ex paupertate venerunt, magis autem ſtudeant, non de parentum diuitum dignitate, ſed de pauperum fratrum ſocietate gloriari. Nec extollantur, ſi communi vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerint, nec de ſuis diuitijs magis ſuperbiant, quia eas in Monaſterio partiuntur, quam ſi eis in ſæculo fruerentur. Alia quippè quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur vt fiant, ſuperbia verò etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Et quid prodeſt diſpergendo dare pauperibus, & pauperem fieri, cum anima miſera ſuperbior efficitur diuitias contemnendo, quam fuerat poſſidendo. Omnes ergò vnanimiter, & concorditer viuite, & honorate in vobis inuicem Deum, cuius templa facti eſtis.

De

Digitized by Google

De Orationibus. Cap. 4.

ORationibus inſtate, horis, & temporibus conſtitutis. In Oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vndè & nomen accepit, vt ſi fortè aliqui, etiam præter horas conſtitutas, ſi eis vacat, & orare voluerint, non eis ſint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint. Pſalmis, & Hymnis cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore. Et nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum, quod autem non ità ſcriptum eſt, vt cantetur, non cantetur.

De Ieiunijs, & Abſtinentia. Cap. 5.

CArnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus quantum valetudo permittit: Quandò autem aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extrà horam prandij aliquid alimentorum ſumat, niſi cum ægrotat. Cum acceditis ad menſam, donec indè ſurgatis, quod vobis ſecundum conſuetudinem legitur, ſinè tumultu, & contentionibus audite, nè ſolæ vobis fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant Dei verbum.

De refectione Infirmorum, & debilium. Cap. 6.

QVi infirmi ſunt, ſi ex priſtina conſuetudine, aliter tractantur in victu, non debet alijs moleſtum eſſe, nec iniuſtum videri eis, quos fecit aliqua conſuetudo fortiores. Nec illos fœliciores putent, quià ſumunt, quod non ſumunt ipſi, ſed ſibi potius gratulentur, quià valent quod non valent illi. Et ſi eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad Monaſterium, aliquid alimentorum,

veſtimentorum , operimentorumuè datur , quod alijs fortioribus, & ideò fęlicioribus non datur, cogitare debent, quibus non datur, quantum de ſua ſæculari vita illi ad iſtam deſcenderint, quamuis vſquè ad aliorum, qui ſunt corpore firmiores, frugalitatem peruenire non potuerint. Nec debent velle omnes, quod paucos vident amplius, non quià honorantur, ſed quià tolerantur, accipere. Nè contingat deteſtanda peruerſitas, vt in Monaſterio, vbi quantum poſſunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati. Sanè quemadmodum ægrotantes neceſſe habent minus accipere, nè grauentur; ità & poſt ægritudinem ſic tractandi ſunt, vt citius recreentur, etiam ſi de humillima ſæculi paupertate venerint, tamquam hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod diuitibus anterior conſuetudo. Sed cum vires priſtinas reparauerint, redeant ad fęliciorem conſuetudinem ſuam, quæ famulos Dei tantò amplius decet, quantò minus indigent. Nec cibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos neceſſitas leuarat infirmos. Illos ſanè exiſtiment ditiores, qui in ſuſtinenda parcitate fuerint fortiores. Melius eſt enim minus egere, quam plus habere.

De habitu exteriori, & modeſtia. Cap. 7.

NOn ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus. Quandò proceditis, ſimul ambulate; cum veneritis quò itis, ſimul ſtate. In inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus veſtris, nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Oculi veſtri, & ſi iaciantur in aliquam fœminarum, figantur in nullam: nequè enim quandò proceditis, fœminas videre prohibemini, ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle, criminoſum eſt. Nec

ſolo

Digitized by Google

ſolo tacito affectu, ſed affectu, & aſpectu quoquè appetitur, & appetit concupiſcentia fœminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos, quià impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius. Et cum ſe inuicem ſibimet, etiam tacente lingua, conſpectu mutuo corda nunciant impudica, & ſecundum concupiſcentiam carnis, alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus. Nec putare debet, qui in fœminam figit oculum, & illius in ſe diligit fixum, ab alijs ſe non videri cum hoc fecerit. Videtur omninò, & à quibus ſe videri non arbitratur. Sed & ſi lateat, & à nemine hominum videatur. Quid faciet de illo deſuper inſpectore, quem latere nihil poteſt? An ideò putandus eſt non videre, quià tantò videt ſapientius, quantò patientius? Illi ergò vir ſanctus timeat diſplicere, nec velit fœminæ malè placere. Illum cogitet omnia videre, nec velit fœminam malè videre. Illius namquè in hac cauſa commendatus eſt timor, vbi ſcriptum eſt: Abominatio eſt Domino defigens oculum. Quandò ergò ſimul eſtis in Eccleſia, & vbicumquè fœminæ ſunt, inuicem veſtram pudicitiam cuſtodite. Deus enim, qui habitat in vobis, etiam iſto modo cuſtodiet vos ex vobis.

De correctione fraterna. Cap. 8.

ET ſi hanc, de qua loquor vobis oculi petulantiam, in aliquo veſtrum aduerteritis, ſtatim admonete, nè malè cœpta progrediantur, ſed de proximo corrigantur. Si autem poſt admonitionem iterum, vel alio quoquè die idipſum eum facere videritis, iam velut vulneratum ſanandum prodat, quicumque hoc potuerit inuenire.

 Prius

Prius tamen eſt alteri, vel tertio demonſtrandum, vt duorum, vel trium poſſit ore conuinci, & competenti ſeueritate coerceri. Nec vos iudicetis eſſe maleuolos quandò hoc indicatis: magis quippè innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod velit occultari, dum timet ſeçari. Non nè crudeliter à te ſileretur, & miſericorditer indicaretur? Quantò ergò eum potius debes manifeſtare, nè deterius putreſcat in corde? Sed antequam alijs demonſtretur, per quos conuincendus eſt, ſi negauerit, prius Præpoſito debet oſtendi (ſi admonitus neglexerit corrigi) ſi fortè poſſit ſecretius correctus, non innoteſcere cæteris. Si autem negauerit, tunc neganti adhibendi ſunt alij, vt iam coram omnibus poſſit, non ab vno teſte argui, ſed à duobus, vel tribus conuinci. Conuictus verò ſecundum Præpoſiti, vel etiam Presbyteri, ad cuius diſpenſationem pertinet, arbitrium, debet emendatoriam ſubire vindictam. Quam ſi ferre recuſauerit, etiamſi ipſe non abſceſſerit, de veſtra ſocietate proijciatur. Non enim hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer, nè contagione peſtifera plurimos perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in cæteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, iudicandiſquè peccatis, diligenter, & fideliter obſeruetur, cum dilectione hominum, & odio vitiorum. Quicumque autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occultè litteras ab aliquo, vel quodlibet munus acceperit, ſi hoc vltrò confiteatur, parcatur illi, & oretur pro eo; ſi autem deprehenditur, & conuincitur, ſecundum arbitrium Presbyteri, vel Præpoſiti grauius emendetur.

De

De Veſtium, & rerum communi cuſtodia. Cap. 9.

VEſtes veſtras in vnum habeatis, ſub vno cuſtode, vel duobus, vel quot ſufficere poſſint ad eas excutiendas, ne à tinea lædantur. Et ſicut paſcimini ex vno cellario, ſic induamini ex vno veſtiario. Si fieri poteſt ad vos non pertineat, quod vobis indumentum prò temporum congruentia proferatur, vtrum hoc recipiat vnuſquiſque, quod depoſuerat, an aliud, quod alter habuerat, dum tamen vnicuique, prout cuique opus eſt, non negetur. Si autem hinc inter vos contentiones, & murmura oriuntur, & conqueritur aliquis, ſe deterius accepiſſe, quam prius habuerat, & indignum ſe eſſe, quod non ità veſtiatur, vt alius frater veſtitur, hinc vos probate, quantum vobis deſit in illo interiori ſancto habitus cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Tamen ſi veſtra toleratur infirmitas, vt hoc recipiatis, quod poſueratis; in vno tamen loco, ſub communibus cuſtodibus habete quod ponitis. Ità ſanè, vt nullus ſibi aliquid operetur, ſed omnia opera veſtra in vnum fiant, maiori ſtudio, & frequentiori alacritate, quam ſi vobis ſinguli propria faceretis. Charitas enim de qua ſcriptum eſt, quod non quærit quæ ſua ſunt, ſic intelligitur, quià communia proprijs, non propria communibus anteponit. Et ideò tantò vos amplius proficere noueritis, quantò amplius rem communem, quam propriam curaueritis, vt in omnibus quibus vtitur tranſitoria neceſſitas, ſuperemineat, quæ permanet charitas. Conſequens ergò eſt, vt etiam cum quis ſuis filijs, aut aliqua neceſſitudine ad ſe pertinentibus, in Monaſterio conſtitutis, aliquam contulerit veſtem, ſiuè quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum, non occultè accipiatur, ſed ſit in poteſtate

Præ-

Præpoſiti, vt in rem communem redactum, cui neceſſe fuerit præbeatur: quod ſi aliquis rem ſibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur. Indumenta veſtra ſecundum arbitrium Præpoſiti lauentur, ſiuè à vobis, ſiuè à fullonibus, nè interiores animæ ſordes contrahat mundæ veſtis nimius appetitus.

De cura Infirmorum, & imbecillium. Cap. 10.

LAuacrum, etiam corporis, cum infirmitatis cogit neceſſitas, minimè denegetur. Fiat tamen ſinè murmure, & de conſilio Medicinæ; ità vt etiam ſi nolit, iubente Præpoſito, faciat quod faciendum eſt pro ſalute. Si autem velit, & fortè non expedit, ſuæ cupiditati non obediatur; aliquandò enim etiam ſi noceat, prodeſſe creditur quod delectat. Deniquè ſi latens eſt dolor in corpore, famulo Dei dicenti quid ſibi doleat, ſinè dubitatione credatur; ſed tamen vtrum ſanando illi dolori, quod delectat expediat, ſi non eſt certum, Medicus conſulatur. Nec eant ad Balnea, ſiuè quocumquè ire neceſſe fuerit, minus quam duo, vel tres; & ille qui habet aliquò eundi neceſſitatem, cum quibus Præpoſitus iuſſerit, ire debebit. Ægrotantium cura, ſiuè poſt ægritudinem reficiendorum, ſiuè aliqua imbecillitate, ſiuè etiam febribus laborantium, vni alicui debet iniungi, vt ipſe de cellario petat, quod cuique opus eſſe proſpexerit.

De adminiſtratione ciborum, veſtium, & librorum. Cap. 11.

SIuè autem qui cellario, ſiuè qui veſtibus, ſiuè qui codicibus præponuntur, ſinè murmure ſeruiant fratribus ſuis. Codices certa hora ſingulis diebus, petantur;

extrà

Digitized by Google

extrà horam qui petierit, non accipiat. Veſtimenta verò, & calceamenta, quandò fuerint indigentibus neceſſaria, dare non differant, ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur.

De venia petenda, & iniurijs remittendis. Cap. 12.

Lites autem nullas habeatis, aut quam celerrimè finiatis, nè ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Quicumque conuitio, vel maledicto, vel etiam criminis obiectu aliquem læſerit, meminerit ſatisfactione quam citius curare quod fecit, & ille qui læſus eſt, ſinè diſceptatione dimittere, ſi autem inuicem ſe læſerint, inuicem ſibi debita relaxare debebunt, propter orationes veſtras, quas vtiquè quantò crebriores habetis, tantò ſanctiores habere debetis. Melior eſt enim, qui quamuis ira ſæpè tentetur, tamen impetrare feſtinat, vt ſibi dimittat, cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam, quam qui tardius iraſcitur, & ad veniam petendam, tardius inclinatur. Qui autem numquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in Monaſterio, etiam ſi indè non proijciatur. Proindè vobis à verbis durioribus parcite, quæ ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta, vndè facta ſunt vulnera. Quandò autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis, dicere vos dura verba compellit, etiam ſi ipſi vos modum exceſſiſſe ſentitis, non à vobis exigitur, vt à vobis ſubditis veniam poſtuletis, nè apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit

eos

eos quos plus iuſto fortè corripitis, quanta beneuolentia diligatis. Non autem carnalis, ſed ſpiritualis inter vos debet eſſe dilectio.

De Obedientia. Cap. 13.

PRæpoſito tamquam patri obediatur, multò magis Presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit.

De Officio Prælati. Cap. 14.

VT ergò cuncta iſta ſeruentur, & ſi quid ſeruatum minus fuerit, non negligenter prætereatur, ſed vt emendandum, corrigendumquè curetur, ad Præpoſitum præcipuè pertinebit, vt ad Presbyterum, cuius eſt apud vos maior auctoritas, referat, quod modum, vel vires eius excedit. Ipſe verò, qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente fœlicem. Honore coram vobis Prælatus ſit vobis, timore coram Deo, ſubſtratus ſit pedibus veſtris. Circà omnes ſe ipſum bonorum operum præbeat exemplum. Corripiat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes, diſciplinam libens habeat, metuendus imponat. Et quamuis vtrumque ſit neceſſarium, tamen plus à vobis amari appetat, quam timeri, ſemper cogitans, Deo ſe prò vobis redditurum eſſe rationem. Vndè vos magis obediendo, non ſolum veſtri, ſed etiam ipſius miſeremini, qui inter vos, quantò in loco ſuperiori, tantò in periculo maiori verſatur. Donet Dominus, vt obſeruetis hæc omnia, tamquam ſpiritualis pulchritudinis amatores, & bono Chriſti odore de bona conuerſatione fragrantes, non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti.

Digitized by Google

De iugi lectione Regulæ. Cap. 15.

VT autem in hoc libello, tanquam in ſpeculo, poſſitis inſpicere, nec per obliuionem aliquid negligatis, ſemel in ſeptimana vobis legatur. Et vbi vos inueneritis ea quæ ſcripta ſunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori. Vbi autem ſibi quicunque veſtrum viderit aliquid deeſſe, doleat de præterito, caueat de futuro, orans vt ſibi debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen.

Explicit Regula B. P. N. Auguſtini.

Digitized by Google

EXPOSITIO
VGONIS DE SANCTO VICTORE SVPER REGVLAM B. P. N. AVGVSTINI
Hipponenſis Epiſcopi, Eccleſiæquè Doctoris eximij.

Regula.

Antè omnia (fratres cariſſimi) diligatur Deus, deindè proximus, quia iſta præcepta ſunt principaliter nobis data.

Expoſitio.

HÆc præcepta, quæ ſubſcripta ſunt, ideo Regula appellantur, quia videlicet in eis nobis rectè viuendi norma exprimitur. Regula autem dicitur, eo quod rectè regat, vel doceat. Et quod nos dicimus Regulam, Græci Canon appellant. Vnde etiam Græco nomine Canonici, ideſt Regulares, appellati ſunt hi, qui in Monaſterijs conſtituti, iuxtà regularia præcepta Sanctorum Patrum, canonicè, atquè apoſtolicè viuunt. Quibus dicitur.

Regula.

Hæc igitur ſunt, quæ vt obſeruetis præcipimus in Monaſterio conſtituti.

Ex-

Digitized by Google

Expoſitio.

AD hoc diuina præcepta leguntur, quatenus lecta intelligantur, & impleantur: metuenda eſt enim illa ſententia qua dicitur. Seruus, qui ſcit voluntatem Domini ſui, & non facit, plagis vapulabit multis. Hinc Paulus ait. Non enim auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur. Audiamus ergò ſacra præcepta pij Domini, & memores ſimus mandatorum ipſius ad faciendum ea: Quia ſicut dicit Beatus Iacobus Apoſtolus. Si quis perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Et Dominus in Euangelio. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Igitur quæ præcipiuntur nobis, in Monaſterio conſtitutis, humiliter attendamus.

Regula.

Primùm propter quod in vnum eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo.

Expoſitio.

PRima nobis admonitio fit de vnitate, & concordia, & tali concordia, quæ in Deo fit. Nam concordia ad faciendum peccatum mala eſt. Concordia verò ad faciendum bonum, ad ſectandam iuſtitiam, & ſeruiendum Deo, bona eſt. Hoc eſt, propter quod in vnum ſumus congregati, ſcilicet, vt in ſeruitio diuino vnum ſpiritum, & vnum animum omnes habeamus. Et ideò præcipit vt vnanimes habitemus in domo, & ſit nobis anima vna, & cor vnum in Deo. Oportet enim, ſi in vnum congregati ſumus corporaliter, vt ſimul habitemus ſpiritualiter. Non enim prodeſt, ſi nos continet vna domus, & ſeparat diuerſa voluntas: plus enim attendit Deus vnitatem ani-

Digitized by Google

mi, quam loci. Ecce in vna domo ſumus plures homines, diuerſi mores, diuerſa corda, diuerſæ animæ. Hæc omnia debet coniungere in vnum vna intentio, & vnus amor in Deum. Debemus ergò in hoc eſſe vnius animi, & vnius voluntatis, vt ſeruiamus Deo, & vt diligamus Deum ex toto corde. Quod ſic haberi poteſt, ſi frater cum venit ad Monaſterium, incipiat ſe ſpoliare propria voluntate, & illum imitari, qui ait. Non veni facere voluntatem meam: Et iterum: Pater non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Hoc eſt enim, quod maximè adducit concordiam, ſi vnuſquiſque non ſuam, ſed alterius voluntatem, facere ſtudeat in bono. Et hoc eſt magnæ humilitatis indicium. Indè generatur obedientia, creſcit charitas, & pax, atquè iuſtitia, & cæteræ virtutes. Quod ſi ego volo facere voluntatem meam, & iſte ſuam, & ille ſuam, fiunt diuiſiones, oriuntur lites; iræ quoquè, & rixæ, quæ ſunt opera carnis. Et ſicut ait Apoſtolus: Qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Sunt quidam in Congregatione obſtinati in ſuo ſenſu, ſapientes in oculis ſuis, qui quod in animo ſuo conceperint, hoc quaſi ex ratione defendunt, nec ſe alijs, ſed alios ſibi applicare contendunt. Et ſi viderint ſibi non obtemperari, ſtatim commouentur, & alios perturbant. Tales ſolent eſſe rebelles mandatis ſeniorum, plurimumquè in eis regnat paſſio inobedientiæ, & impatientiæ. Iſti non ſunt idonei ad concordiam. Nam iuxtà Apoſtoli vocem: Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Magna quippè obſcuritas cordis eſt ſuperbia, & valdè ſtulta ſapientia eſt, alijs ſe velle præferre. Quò contrà idem Apoſtolus ait. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Et ſecundum Deum magna ſapientia eſt, omnibus ſe iudicare inferio-

rem,

Digitized by Google

rem. Vndè ſcriptum eſt. Quantò maior es, humilia te in omnibus. Hinc Dominus diſcipulos ſuos, inter quos contentio erat, quis eorum videretur eſſe maior, ſtatim ad humilitatis concordiam reuocat dicens. Qui maior eſt veſtrum, erit veſter ſeruus. Et ipſe filius hominis, non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & animam ſuam dare in redemptionem pro multis. Ergò vnanimes habitemus in domo: bonum eſt enim, & iucundum Deo habitare fratres in vnum. Nec tam placent ei noſtra ieiunia, & noſtræ orationes, quam concordia. Ideò dicit in Euangelio. Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Ex quibus verbis patet, quia qui concordiam non habet, Omnipotenti Deo ſacrificium offerre non valet. Penſare ergò debemus, quanta ſit apud Deum concordiæ virtus, ſinè qua non placent ei ipſa ſacrificia, quibus delentur peccata. Et ſciendum eſt, quia cum ad conuerſionem venimus, contrà Diabolum certamen aſſumimus. Nihil eſt autem, quod ipſe tantum timeat, quantum charitatis vnitatem. Nam ſi diſtribuamus totum quod habemus propter Deũ, hoc Diabolus non timet, quia ipſe nihil poſſidet. Si ieiunemus, hoc ipſe non metuit, quia cibum non ſumit. Si vigilemus, indè non terretur, quia ipſe ſomno non vtitur. Sed ſi charitate coniungimur, indè vehementer expaueſcit, quia hoc tenemus in terra, quod ipſe in Cœlo ſeruare contempſit. Hinc eſt, quod ſancta Eccleſia terribilis eſſe vt caſtrorum acies ordinata deſcribitur, quia ſicut hoſtes timent, quando aciem caſtrorum benè ordinatam, & coniunctam ad bellum vident, ità nimirum Diabolus expaueſcit, quando ſpirituales viros, virtutum armis accinctos, in vnitatem concordiæ viuere conſpicit, victuſquè vehementer dolet, cum eos per diſcordiam diuidere, & penetrare non valet. Hinc de Domi-

no

Digitized by Google

no ſcriptum eſt. Factus eſt in pace locus eius: ibi confregit potentias arcuum, ſcutum gladium, & bellum. Ex quibus verbis patet, quia omnia diabolica arma frangit concordia.

Regula.

Et ſit vobis anima vna, & cor vnum in Deo.

Expoſitio.

HÆ ſunt primitiæ ſpiritus, quas ex primordio noſtræ conuerſionis offerre omnipotenti Deo debemus, ſicut ipſa Sapientia præcipit dicens. Fili da mihi cor tuum. Prius enim corde, & voluntate trahimur ad Deum, ergò ſi corpore ſeparamur à ſæculo, corde, & animo iungamur Deo, vt poſſimus veraciter dicere. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Nam qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum illo. Adhæreamus ergò ei, vt ſimus fortes per ipſum, vt ſimus vnum in ipſo, & beati cum ipſo, dicamus ei. Adhæſit anima mea poſt te. Charitas ſeparat nos à mundo,& ipſa nos coniungit Deo. Sic erit nobis anima vna, & cor vnum in Deo, ſi ex toto corde, & ex tota anima diligamus Deum: Deus enim charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et quia charitas non quærit quæ ſua ſunt, rectè ſubiungitur.

Regula.

Et non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia.

Expoſitio.

NOn enim debemus aliquid habere proprium, aut quidquam dicere meum, ſed noſtrum, vt dicatur,

tur, noſtra cappa, noſtra tunica, noſtra domus, noſtra cauſa, & in cæteris ſimiliter. Omnia enim in communi debemus habere, & omnia communi nomine appellare. Sed in hoc penſandum eſt, quanta differentia ſit inter carnales fratres, & ſpirituales. Nam illi, quod commune eſt eis diuidunt: iſti quod diuiſum erat, in communi ponunt. Ibi quiſque quod ſuum eſt quærit: iſti non quæ ſua ſunt quærunt, ſed quæ Ieſu Chriſtì. Plus ergò valet iſta propinquitas, quam illa; quia illa deficit, iſta creſcit: illa habet diuiſionem, iſta vnitatem: illa tranſit cum hoc ſæculo, iſta permanet cū futuro. Ad hoc enim ſimul modo in iſta domo viuimus, vt poſtmodum ſimul in Cęleſti regno maneamus. Filij Dei ſumus (ait Apoſtolus) ſed nondum apparuit quid erimus: ſcimus autem quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et iterum. Nō habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Ergò non debemus habere propria, ſed ſint nobis omnia communia. Partes ſibi faciunt homines in hoc ſæculo: Alius argentum, & aurum: alij domos, & familias: alius nomen grande, potentiam, & gloriam. Iſte hoc, alius aliud, diuerſi diuerſo modo: pars verò piorum eſt ipſe Deus. Et nos ſi volumus habere talem hæreditatem, vt eſt Deus, tales nos oportet exhibere, vt digni ſimus ipſum poſſidere. Ergò ſi volumus in hæreditatem poſſidere Deum, nihil debemus habere extrà Deum: nam nimis eſt auarus, cui non ſufficit Deus. Quod ſi quidpiam aliud quærimus (verbi gratia) aurum, argentum, & poſſeſſiones, cum iſtis partibus, pars fieri Dominus dedignatur. Verba ſunt Beati Hieronymi. Ego (inquit) non accipio hæreditatem inter cæteras tribus, ſed quaſi Sacerdos, & Leuita, viuo de decimis, & Altari ſeruiens, Altaris oblatione ſuſtentor: habens victum, & veſtitum, his contentus ero: beati enim pauperes

ſpiri-

Digitized by Google

ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum. Et quia quamdiù hic viuimus, corporali neceſſitate indigemus, rectè ſubiungitur.

Regula.

Et diſtribuatur vnicuique veſtrum à Præpoſito veſtro, victus, & tegumentum.

Expoſitio.

SIc enim Dominus voluit ordinari Eccleſiam ſuam, vt alij vacarent ſpiritualibus, alij eis temporalia miniſtrarent. Et ideò alios voluit eſſe Præpoſitos, alios Subditos. Præpoſitorum officium eſt, Subditis corporalia miniſtrare: Subditorum miniſterium eſt, ſpiritualibus ſtudijs inſiſtere; lectioni, orationi, contemplationi vacare; in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cœleſti Domino deſeruire. Tantò ergò opus eſt, vt circà ſe ſollicitius viuant, quantò eos aliena cura non implicat. Conſtitutum eſt enim à Domino, vt qui Altari ſeruiunt, de Altari viuant: & dignus eſt operarius (ſicut ipſe ait) mercede ſua. Et ideò ſi viuimus de annona Chriſti, iuſtum eſt, vt laboremus in ſeruitio Chriſti. Et tunc dignè mercedem accipimus, ſi prius boni operarij fuerimus. Dicit enim Apoſtolus Paulus. Qui non vult operari, non manducet. Quod ſi non laboramus, & manducamus, tantò maioris criminis efficimur rei, quantò Dei beneficia ſuſcipimus indigni. Oportet ergò vt ſeruiamus ei à quo paſcimur, ſi ſine periculo animæ volumus ſumere, quod nobis diſtribuitur, & tantò plus debemus in eo eſſe ſolliciti, quantò ea quæ diſtribuuntur, ſinè magno labore percipimus. Nam quid mirum, ſi hi qui temporalibus occupantur, minus ſtudiosè, & religiosè viuunt, ſi fre-

Digitized by Google

ſi frequenter in cogitationibus, & ſermonibus, atquè actionibus ſuis offendunt? Vſus enim ſæculi hominem ad peccatum, etiam quandoquè inuitum trahit. Hi verò quibus, & cura mundi, & occaſio peccandi deeſt, quantò minus religiosè viuunt, tantò amplius ſupernum iudicem offendunt, nec ſinè graui periculo animæ, & in minimis negligentijs delinquunt. Penſemus ergò ad quid nobis victus, & tegumentum tribuitur, vt ſit totum deſiderium noſtrum, primum quærere regnum Dei, & iuſtitiam eius, propter quod hæc omnia adijciuntur nobis. Qualiter autem diſtribuendum ſit oſtenditur, cum ſubinfertur.

Regula.

Non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes, ſed potius vnicuique, ſicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in actibus Apoſtolorum, quia erant illis omnia communia, & diſtribuebatur vnicuique, ſicut cuique opus erat.

Expoſitio.

HOc non eſt ità intelligendum, vt vnicuique quod opus erat, ſic abundanter diſtribueretur, quod non haberent indigentiam. Cum enim ſcriptum ſit, quod inter eos nullus egens erat: ſcriptum etiam legimus de ipſis Apoſtolis, quod ſeruiebant Deo in fame, & ſiti, in frigore, & nuditate. Ex quibus colligendum eſt, quod multi corpore indigent, non animo. Sed qui ſemetipſos abnegant propter Chriſtum, animi virtute ipſam ſuperant naturam. Dei namquè dilectio, quæ fortis eſt vt mors, non ſolum illicita deſideria, verum etiam ipſos corporales, & naturales extinguit affectus. In primitiua

Digitized by Google

quippè Eccleſia tanta erat gratiæ ſpiritualis abundantiæ, vt non ſolum modico contenti eſſent, ſed hoc ipſum quod nihil habebant, pro ſummis delicijs deputarent. Vndè Apoſtolus ait: Nihil habentes, & omnia poſſidentes. Hinc etiam quidam vir ſanctus ait: Sufficiebat nobis paupertas noſtra, vt diuitiæ computarentur. Item Apoſtolus: Magnus (inquit) quæſtus eſt pietas cum ſufficientia: habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. In huiuſmodi ergò, non debemus attendere voluntatem carnis, ſed valetudinem naturæ: plus enim appetit carnalis voluptas, quam neceſſitas. Quamobrem in eo quod dicitur (vnicuique quod opus eſt tribuatur) iſte modus ſeruandus eſt, quatenus ſic nutriatur caro, vt ſeruiat: & iterum ſic reprimatur, vt non ſuperbiat. Sic ſeruetur neceſſitas naturæ, vt abſcindatur ſuperfluitas concupiſcentiæ.

Regula.

Qui aliquid habebant in ſæculo, quando ingreſſi ſunt Monaſterium, libenter velint illud eſſe commune.

Expoſitio.

HOc fecerunt primitiuæ Eccleſiæ fratres. Dignum enim eis videbatur, vt qui communem habebant gratiam, communem haberent, & ſubſtantiam: & quibus vnus erat ſpiritus, vnus eſſet & ſumptus. Benè autem additum eſt (libenter) quia hilarem datorem diligit Deus. Libenter debemus terrena dare, vt poſſimus cœleſtia comparare. Regnum enim Cœlorum tantum valet, quantum habes. Nil vilius cum emitur: nihil carius cum poſſidetur. Duo ſunt, quæ relinqui oportet propter Deum, facul-

Digitized by Google

facultatem ſcilicet poſſidendi, & voluntatem habendi. Hinc eſt quod Dominus ait in Euangelio: Qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et iterum: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Illud pertinet ad ſubſtantiam, hoc ad voluntatem. Non enim ſufficit exteriorem relinquere ſubſtantiam, niſi interiorem abſcindamus concupiſcentiam. Vndè, & ſubditur.

Regula.

Qui autem non habebant, non ea quærant in Monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt.

Expoſitio.

ETiam illi, qui nihil habebant foris, habent intus, quod relinquere poſſunt propter Deum, ſcilicet voluntatem habendi. Vndè ſcriptum eſt: Non concupiſces. Plus enim attendit Deus affectum, quam cenſum. Hinc per Sapientem dicitur: Fili da mihi cor tuum. Quod fieri non poteſt, niſi prius carnalis appetitus reſecetur. Primùm ergò iubemur habita deſerere: deindè terrena non quærere, vt poſtea liberius ad cœleſtia, poſsimus anhelare. Et nè videretur pauperibus ſæculi, qui conuertuntur, neceſſaria non debere miniſtrari, quia nihil in Monaſterio quærere præcipiuntur, ſubiectum eſt.

Regula.

Sed tamen eorum infirmitati quod opus eſt tribuatur, etiamſi paupertas eorum quando foris erant, nec ipſa neceſſaria poterat inuenire.

Digitized by Google

Expoſitio.

SIuè enim diuites ſint, ſiuè pauperes: ſiuè nobiles, ſiuè ignobiles, quicunque accedunt ad ſeruitium Chriſti, iuſtum eſt, vt viuant de annona Chriſti: dignus eſt enim operarius mercede ſua.

Regula.

Tamen non ideò ſe putent eſſe fælices, quià inuenerunt victum, & tegumentum, quale foris habere non potuerunt.

Expoſitio.

MVlti enim ad conuerſionem veniunt, non tam propter animæ ſalutem, quam propter corporis neceſſitatem, qui non Deum colunt, ſed ventrem ſuum, de quibus ait Apoſtolus: Quorum Deus venter eſt. Talibus Dominus dicit in Euangelio: Amen dico vobis, quæritis me non quià vidiſtis ſigna, ſed quià manducaſtis ex panibus meis. Horum talium tota eſt intentio, atquè fœlicitas, vt benè paſcantur, benè veſtiantur, & benè ſit eis temporaliter. Et quia terrena appetunt, cœleſtibus priuantur. Receperunt enim (ſicut Dominus ait) mercedem ſuam. Vndè ſummoperè cauendum eſt, nè temporalibus adhæreamus bonis. Ideò Pſalmiſta nos admonet dicens: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Terrena quidem nobis in vſu eſſe debent, cœleſtia autem in deſiderio. Eſt enim quædam admirabilis, & magna multitudo dulcedinis Dei; de qua dictum eſt: Quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Vndè ſcriptum eſt: Satiabor

cum

Digitized by Google

cum apparuerit gloria tua. Illa ergò ſatietas, debet eſſe noſtra fœlicitas.

Regula.

Nec erigant ceruicem, quia ſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant, ſed ſurſum cor habeant, & terrena vana non quærant, nè incipiant Monaſteria diuitibus eſſe vtilia, non pauperibus, ſi diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur.

Expoſitio.

CEruicem erigere ſignum ſuperbiæ eſt. Si ſuperbis Angelis non fuit vtile Cœlum, conſtat, quia ſuperbis hominibus, non erit vtile Monaſterium. Et ſi ſanctus ſit locus, ſi ſanctus ſit habitus, ſi ſancta opera videantur, totum ex vitio ſuperbiæ inutile habetur. Ideò ſanctus Dauid orat Dominum, vt non veniat ei pes ſuperbiæ, quia ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Quod contrà vtilia ſunt humilibus Monaſteria; ipſi enim ſunt docibiles Dei, ſicut ſcriptum eſt: Docebit mites vias ſuas. Item, qui emittit fontes in conuallibus, ideſt, gratiam ſuam præſtat humilibus. Ipſi quidem bona, quæ faciunt non amittunt, quia cuſtodem virtutum humilitatem non deſerunt. Quia iuxtà Euangelicum præceptum, recumbunt in nouiſſimo loco. Et ſecundum Prophetam, eligunt abiecti eſſe in domo Domini. Ideò ab ipſo merentur exaltari, ſicut ſcriptum eſt: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Et iterum: Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Re-

Digitized by Google

Regula.

Rurſus etiam illi, qui aliquid videbantur eſſe in ſæculo, non habeant faſtidio fratres ſuos, qui ad illam ſanctam ſocietatem, ex paupertate venerunt; magis autem ſtudeant, non de parentum diuitum dignitate, ſed de pauperum fratrum ſocietate gloriari.

Expoſitio.

SVmmoperè cauere debent fratres, qui ad ſanctam ſocietatem, & communem vitam venerunt, vt non habeant alter alterum faſtidio, quamuis eo ditior fuerit, ſiuè nobilior, ſiuè ſapientior. Quoniam ſicut dicit Apoſtolus: Infirma mundi eligit Deus, & ignobilia, & contemptibilia, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius, ſcilicet, nequè potens in potentia ſua, nequè ſapiens in ſapientia ſua, neque diues in diuitijs ſuis. Non enim eſt perſonarum acceptio apud Deum, nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant eum. Benè autem non de dignitate diuitum parentum, ſed de ſocietate pauperum fratrum, præcipimur gloriari, quoniam ipſe, qui diues eſt in gloria ſua, pauper factus eſt pro nobis. Non diuitibus, ſed pauperibus dignatus eſt ſociari, vt & nos pauperes ſimus propter ipſum, quoniam pauperibus promiſſum eſt regnum Cœlorum. Gloriari quidem de diuitijs, pertinet ad vanitatem mundi: de paupertate verò gloriari, pertinet ad beatitudinem Cœli.

Re-

Digitized by Google

Regula.

Nec extollantur, ſi communi vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerint, nec de ſuis diuitijs magis ſuperbiant, quia eas in Monaſterio partiuntur, quam ſi eis in ſæculo fruerentur.

Expoſitio.

EX præcedenti ſententia, & ea quæ ſequitur, nobis duo genera ſuperbiæ deſignantur: vnum carnale, aliud ſpirituale. Nam pauperes faſtidire, & de nobilitate gloriari, ad carnalem ſuperbiam pertinet, quæ inter homines ſæculares, frequenter ſolet euenire. De operibus miſericordiæ ſe extollere, ſuperbia ſpiritualis eſt, quæ ſolet etiam regulares corrumpere. Magis autem timenda eſt ſuperbia ſpiritualis, quam carnalis, quia ſe extollere de bono opere, aut de virtute, ab alto cadere eſt. Et quantò altior eſt aſcenſus, tantò periculoſior eſt caſus. Dominus dicit in Euangelio: Cum facis eleemoſinam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſina tua in abſcondito, & ille qui videt in abſcondito, reddet tibi. Per dexteram recta operatio: per ſiniſtram fauor mundi, atquè elatio deſignatur. Ex his ergò verbis admonemur, vt bona, quæ agimus, abſcondere ab elatione ſtudeamus, alioquìn mercedem non habebimus apud Patrem noſtrum. Deindè oſtendit, quantum ſit vitium ſuperbiæ, cum ſubiungit.

Regula.

Alia quippe quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur vt fiant, ſuperbia verò, etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant.

Digitized by Google

Expoſitio.

EX hoc apparet, quia cæteris vitijs maior eſt ſuperbia. Auaritia enim (verbi gratia) non exercetur, niſi in malis operibus: luxuria non exercetur, niſi in malis óperibus: ſimiliter, & cætera vitia: ſola ſuperbia etiam bonis operibus inſidiatur vt pereant. Ideò Phariſæus bona ſua perdidit, quia ſe ea egiſſe iactanter protulit. Superbia Deo, & hominibus odibilis eſt, de qua ſcriptum eſt: Initium omnis peccati ſuperbia. Prima eſt in peccando, vltima remanet in conflictu. Nam cum ſeruus Dei cætera vitia ſuperauerit, & iam ad virtutum alta conſcenderit, adhuc habet pugnam contrà ſuperbiam, quam niſi expugnauerit, in cæteris fruſtrà laborauit. Cum ergò foris bona agimus, intus cor ab elatione cuſtodiamus. Nec ſimus ſicut quidam, qui de contemptu vanæ gloriæ, vaniùs gloriantur; & ſicut plerique, qui de contemptu diuitiarum, vaniùs extolluntur, de quibus ſubiungitur.

Regula.

Et quid prodeſt diſpergendo dare pauperibus, & pauperem fieri, cum anima miſera ſuperbior efficitur diuitias contemnendo, quam fuerat poſſidendo?

Expoſitio.

NOn prodeſt nobis noſtra relinquere, niſi relinquamus & nos. Non enim Dominus ait: Beati pauperes rebus, ſed Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum. De cõtemptu rerum quiſque debet eſſe humilior, non ſuperbior, & melius eſſet eas in ſæculo retinere, quam ſic relinquere, vt indè in Monaſterio ſuperbiret. Sicut ergò illa anima eſt beata, quæ

ſua

Digitized by Google

ſua propter Dominum dimittit, vt humilietur; ità illa eſt miſera quæ indè extollitur. Infœlix profectò eſt, qui per iter virtutum tendit ad vitium, & vndè præmium habere debuit indè tormentum incurrit. Omnis quippè ſuperbus tantò in imo eſt, quanto in altum ſe erigit, tantoquè profundius labitur, quantò excelſius eleuatur. Reſecatis igitur huiuſcemodi vitijs, ad vnitatem redit, quam primò commendauerat, dicens.

Regula.

Omnes ergò vnanimiter, & concorditer viuite, & honorate in vobis inuicem Deum, cuius templa facti eſtis.

Expoſitio.

VNanimiter viuimus, vnum ſi in Deo animum habeamus, quemadmodum primitiua Eccleſia, cui erat cor vnum, & anima vna. Quod ait (vnanimiter) pertinet ad voluntatem: quod verò ſubdit (concorditer) pertinet ad bonos mores. Hic eſt rectus ordo viuendi: primum, vt ſit voluntas vna, deindè concors vita. Frater, qui vult concorditer viuere, prius debet prauos mores deponere. Nè ſcilicet ſit peruerſus, inordinatus, indiſciplinatus; nè anxietate ſua cæteros premat: deindè ità debet librare actus ſuos, & totam vitam ſuam, vt concordare poſſit ſecundum Deum, cum quibus viuit. Sunt ergò nonnulli, qui poſtquam ſæculum reliquerunt, proprias voluntates ſequi volunt. Et rurſus ſunt pleriquè, qui in ſuis actibus appetunt ſingulares apparere. Ideò dictum eſt: Omnes ergò vnanimiter, & concorditer viuite, & honorate in vobis inuicem Deum. Inuicem Deum honoramus, ſi nos inuicem propter ipſum diligamus,

Digitized by Google

gamus, ſi præcepta eius ſollicitè cuſtodiamus, & efficiamur ſanctum templum eius, per inhabitationem ſpiritus eius in nobis. Noſtrum eſt Deum honorare per bonam vitam; Dei autem eſt nos inhabitare, & illuſtrare per gratiam. Et certè tunc veraciter Deum honoramus, quandò vnanimiter, & concorditer viuimus. Tunc enim oſtendimus, quià ſumus diſcipuli Chriſti, ſi tenemus vnitatem charitatis Chriſti. Hinc eſt quod Dominus ait: In hoc cognoſcent omnes, quià mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

Regula.

Orationibus inſtate, horis, & temporibus conſtitutis.

Expoſitio.

ANtè tempus orare, eſt prouidentia. In tempore conſtituto orare, eſt obedientia. Tempus orandi præterire, eſt negligentia. Tantò crebrior debet eſſe oratio, quantò vtilior. Inſtanter, & ardenter orare debemus: magna enim ſunt bona, quæ promittit nobis Deus. Nam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Non vult bona ſua, quærendi, & inueniendi facilitate vileſcere. Pretioſa, & deſiderabilis merces, auidum negotiatorem inquirit. Ideò nos Dominus hortatur in Euangelio dicens: Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis. Non enim ocioſis, tepidis, & negligentibus promittitur regnum Dei. Sed ſicut dicit ſcriptura: Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Amat Deus inſtantiam, & importunitatem in prece. Si magna ſunt bona,

Digitized by Google

bona, non debent eſſe deſideria parua. Cum magnitudine præmiorum, concordare debet magnitudo deſideriorum. Quod ſi ad primas lacrymas non exaudit Dominus, nec ſic quidem à quærendo, & pulſando deſiſtendum eſt: ſed tanta potius perſeuerandum inſtantia, tantoquè obſtinato clamore frequentandus eſt Saluator, donec impleat orantis deſiderium. Quod ſi aliquis noſtrum conſcientiam ſuam, vel cogitationem ſuam, aut actionem, vitiorum ſorde ſentit inquinatam, miſericordiam Redemptoris continuis debet flagitare lamentis, Sanctorumquè interceſſiones, & auxilia poſtulare. Quod ſi ad exemplum Cananeæ Mulieris, in orando perſiſtamus, fixiquè maneamus, aderit gratia Redemptoris noſtri, quæ cuncta in nobis errata corrigat, immunda ſanctificet, turbulenta ſerenet. Fidelis enim, & iuſtus eſt, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate, ſi ad illum ſedula mente, & voce clamemus. Et vt ſecretè, & quietè poſſint orare fratres, ideò ſubiungitur.

Regula.

In Oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vndè & nomen accepit, vt ſi fortè aliqui, etiam præter horas conſtitutas, ſi eis vacat, & orare voluerint, non eis ſint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint.

Expoſitio.

IDeò Dominus noſter vendentes, & ementes eiecit de Templo, dicens: Domus mea, Domus orationis vocabitur: vt doceret in dominica Domo, nihil aliud eſſe agendum, quam orandum. Ad hoc enim om-

nis Eccleſia conſtituitur, vt in ea oretur. Ipſa enim eſt Domus Dei, & porta Cœli. Ibi peccatores reconciliantur, & iuſtificantur. Ibi explentur diuina myſteria, & tractantur cœleſtia Sacramenta. Vndè Salomon ait: Domine ſi conuerſus fuerit populus tuus, & orauerit ad Sanctuarium tuum; tu exaudies eos, & dimittes peccata eorum. Et ideò ſummoperè cauendum eſt, nè aliquid in Sanctuario fiat, quod aut oculos Diuinæ Maieſtatis offendat, aut ibi orare volentes impediat. Qualiter autem orare debeamus, oſtenditur, cum ſubinfertur.

Regula.

Pſalmis, & hymnis, cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore.

Expoſitio.

PSallentium in Eccleſia mens concordare debet cum voce, vt impleatur illud Apoſtoli: Pſallam ſpiritu: pſallam, & mente. Orandi perſeuerantia, ità ſolum meretur eſſe fructifera, ſi quod ore precamur, hòc mente meditemur, ſæpè namquè oramus, & alibi mentè intendimus, nec ipſum quod dicimus recolimus, ſed illam orationem Deus non exaudit, cui ipſe, qui orat non intendit: quod inſtinctu Diaboli ſæpè fieri ſolet. Sciens enim vtilitatem orandi, & nobis inuidens gratiam impetrandi, immittit orantibus cogitationum, tumultus, vt mentem ab oratione diuidat, & fructum orationis tollat. Contrà cuius malitiam, debemus habere mentis conſtantiam, vt quantò plus cogitationum turba nos impugnat; tantò robuſtius mens noſtra, in ſui ſtatus rectitudine fixa permaneat. Multum enim iuuat ad orationis puritatem, ſi in omni loco, & tem-

Digitized by Google

tempore, nos ab actibus illicitis cuſtodiamus. Si ſemper ab ocioſis ſermonibus, auditum pariter temperemus, & linguam. Si in lege Dei ambulare, & teſtimonia eius aſſueſcamus toto corde ſcrutari. Quæcunquè enim ſæpius agere, loqui, vel audire ſolemus, eadem neceſſe eſt, vt ad animum, quaſi ad ſolitam, propriamquè recurrant ſedem.

Regula.

Et nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum; quod autem non ità ſcriptum eſt, vt cantetur, non cantetur.

Expoſitio.

NOn enim decet, vt cantus eccleſiaſticus fiat ſecundum arbitrium diuerſorum, ſed firmiter ſeruandus eſt, ſecundum ſcripta, & inſtituta maiorum. Similiter cæteræ conſuetudines Monaſterij, cum auctoritate, & diſcretione ordinandæ ſunt. Si quid autem mutari oporteat, aut conſtitui, non debet hoc citò fieri, aut leuiter, nec arbitrio tantum duorum, vel trium, ſed conuocatis fratribus, ſicut ſanior pars Capituli decreuerit, ordinandum eſt. Et ſciendum, quia auctoritas eccleſiaſtica, in omnibus magis imitanda eſt quam ratio, quoniam auctoritas ſemper obedientiæ, & humilitatis eſt; ratio verò nonnunquam præſumptionis. Hoc autem ſeruandum eſt in Congregatione, vt ſemper maturitas, ac grauitas teneatur. Nunquid leuitate vſus ſum (ait Apoſtolus) vt apud me ſit eſt, & non? Honeſtum quippe eſt, & religioſum, non facilè quidquam, aut leuiter, variare.

Digitized by Google

Regula.

Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus, quantum valetudo permittit.

Expoſitio.

CAro quidem concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: ſed nè caro poſſit præualere, ſpirituales viri, per virtutem ſpiritus, eandem concupiſcentiam debent reprimere, quia quando caro domatur, ſpiritus roboratur. Sed cum adiungitur (quantum valetudo permittit) virtus diſcretionis commendatur. Pereunt enim ipſa bona, niſi cum diſcretione fiant. Tantum ergò debet quiſque carnem ſuam domare per abſtinentiam, quantum valetudo permittit naturæ. Qui carnem ſuam ſuprà modum affligit, ciuem ſuum occidit. Qui pluſquam oportet alimentis reficit, hoſtem nutrit. Sic ergò nutrienda eſt vt ſeruiat, ſic domanda vt non ſuperbiat. In omni abſtinentia hoc ſemper attendendum eſt, vt vitia extinguantur, non caro.

Regula.

Quando autem aliquis non poteſt ieiunare; non tamen extrà horam prandij, aliquid alimentorum ſumat, niſi cum ægrotat.

Expoſitio.

PRimum vitium ex ſeptem principalibus vitijs, eſt gula. Tentatio huius vitij, aliquandò fit de paruis rebus, & vilibus. Nam primus Homo tentatus eſt, non de porco, ſed de pomo. Eſau, non de gallina, ſed de len-

lenticula. Saluator noſter non de carne, ſed de pane. Sunt autem huius vitij, tria genera. Vnum genus eſt quandò cibo, vel potu quis immoderatè vtitur. Alterum genus eſt, quandò nimis delicatum cibum, vel potum quis deſiderat. Tertium genus eſt, quandò extrà horam, cibum, vel potum vult quis ſumere. Extrà horam credimus eſſe, vſque ad tertiam; nam vſque ad iſtam horam, non decet fratrem comedere, aut bibere, niſi ægrotet. Ægrotanti omni hora licet: infirmis enim non eſt lex poſita. Non ieiunantibus ergò, nec tamen infirmantibus, rectam horam reficiendi intelligimus eſſe ab hora tertia, vſquè ad ſextam. Ieiunantibus verò, ab hora nona, vſquè ad veſperam. Cum Apoſtolus præcipiat, vt omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant, non tantum cibo, & potu temperatè vti oportet, ſed etiam horas conſtitutas obſeruare, nè cui de vita noſtra præbeamus offendiculum. Valdè enim indecens eſt, ſi nos reprehenſibiliter viuamus, qui formam rectè viuendi, alijs demonſtrare debemus.

Regula.

Cum acceditis ad menſam, donec indè ſurgatis, quod vobis ſecundum conſuetudinem legitur ſinè tumultu, & contentionibus audite, nè ſolæ vobis fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant Dei verbum.

Expoſitio.

ILli eſuriunt Dei verbum, qui deſiderant audire. Multi ſacram lectionem audiunt, qui tamen ab ipſa lectione vacui recedunt. Nullum ibi affectum habent, nullum ſaporem ſentiunt. Quidquid audiunt, facilè amittunt. Iudicium eſt illis audire, quod audiunt. Quò

con-

contrà ſcriptum eſt. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, qnoniam ipſi ſaturabuntur. Ideò ſaturabuntur, quià prius eſurierunt: eſuriendo enim efficitur homo dignus, vt poſtmodum ſatietur. Prius ergò præparare debemus cor noſtrum ad eſuriendum,& deſiderandum verbum Dei, & tunc aderit Diuina gratia, quæ nos intus perfundat,& dulcedine, atquè ſapore ſpirituali reficiat, vt delectet nos cantare: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, ſuper mel ori meo. Et bonum mihi lex oris tui, ſuper millia auri, & argenti. Non ſolum debemus eſſe participes menſæ corporalis, ſed ſpiritualis: nec tantum ſumere cibum corporis, ſed & animæ. Et quantò melior eſt anima, quam corpus, tantò amplius nos delectare debent alimenta animæ quam corporis. Quoties nobis diuina ſcriptura legitur, aut exponitur, cogitare debemus, quia eſca ſpiritualis eſt, quæ à Deo nobis mittitur, ad reficienda corda noſtra, nè deficiamus in via, & ad roborandos nos, contrà tentationes Diaboli, & pericula huius ſæculi. Talem cibum nos oportet inceſſanter eſurire, atquè in mente iugiter retinere, vt poſſimus dicere cum Propheta. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Qui in corde ſuo ſacrum eloquium abſcondit, vitalis ei cibus animæ eſt, qui à morte, ideſt à peccato, animam defendit, & inſuper ad vitam æternam perducit. Iam verò quid de infirmis ſubiungat, audiamus.

Regula.

Qui infirmi ſunt, ſi ex priſtina conſuetudine, aliter tractantur in victu, non debet alijs moleſtum eſſe, nec iniuſtum videri eis, quos fecit aliqua conſuetudo fortiores.

Ex-

Expoſitio.

AC ſi apertè dicat: Fortiores non debent contriſtari, ſi infirmos viderint miſericordius tractari: imó quià fortiores ſunt, in ſe debent abſtinentiæ ſeruare rigorem, & aliorum imbecillitatem æquanimiter portare, per compaſſionem.

Regula.

Nec illos fæliciores putent, quià ſumunt, quod non ſumunt ipſi, ſed ſibi potius gratulentur, quià valent, quod non valent illi.

Expoſitio.

MElius eſt enim abſtinere, quam plus ſumere. Nam illud eſt virtutis, hoc infirmitatis. Gratulari ſibi quiſque debet, qui dono gratiæ diuinæ, tam ſanus eſt, & validus, vt poſſit ſibi ſufficere communis aliorum cibus, & potus. Qui nihil delicatum quærit, nihil ſuperfluum, quantò enim quiſque minus appetit, quantò arctius viuit, tantò beatior exiſtit. Arcta enim, & anguſta eſt via, quæ ducit ad vitam. Gaudeat igitur, qui poteſt parcè viuere propter Chriſtum. Parca enim vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutes nutrit, animam roborat, mentem ad cœleſtia ſubleuat.

Regula.

Et ſi eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad Monaſterium, aliquid alimentorum, veſtimentorum, operimentorumuè datur, quod alijs fortioribus, & ideò fæliciribus non datur, cogitare debent,

Digitized by Google

bent, quibus non datur, quantum de ſua ſæculari vita, illi ad iſtam deſcenderint, quamuis vſquè ad aliorum, qui ſunt corpore firmiores, frugalitatem peruenire non potuerint.

Expoſitio.

QVarè hoc debent cogitare, ſcilicet, vt ex ratione cognoſcant, quia iuſtum eſt, vt hi qui plus deſcenderint, plus accipiant. Et cum hoc iuſtum eſſe cognouerint, non velint omnes habere, quod paucos viderint accipere. Tolerandi enim ſunt, qui minus poſſunt. Et hoc eſt quod ſubiungit.

Regula.

Nec debent velle omnes, quod paucos vident amplius, non quia honorantur, ſed quia tolerantur, accipere: nè contingat deteſtanda peruerſitas, vt in Monaſterio, vbi quantum poſſunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati.

Expoſitio.

VAldè quippè deteſtabile eſt, vt ibi fiat pauper delicatus, vbi fieri appetit diues laborioſus, ideſt abſtinens. Quod tamen ſæpè videmus fieri in pluribus, vel contingere. Multi enim quantò nobiliores, & delicatiores fuerunt in ſęculo, tantò poſtmodum abiectius, & diſtrictius viuunt in Monaſterio. Et plerique quantò abiectiores, & pauperiores fuerunt, tantò plus deindè in Monaſterio extollentiam, & delicationes quærunt. Sed ſicut diximus, valdè deteſtabile, & peruerſum eſt, ibi pauperem

Digitized by Google

perem delicias quærere, vbi diues pro amore Dei, abſtinendo nititur laborare. Ille ſeruit ventri: iſte ſpiritui: ille per latam, & ſpatioſam viam tendit ad pœnam: iſte per arctam, & anguſtam tendit ad gloriam.

Regula.

Sanè quemadmodum ægrotantes neceſſe habent minus accipere, nè grauentur: ità & poſt ægritudinem ſic tractandi ſunt, vt citius recreentur, etiam ſi de humillima ſæculi paupertate venerint, tanquam hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod diuitibus anterior conſuetudo.

Expoſitio.

SVnt quædam ægritudines, in quibus, ſi cibus ſumitur, non releuat, ſed grauat; & tunc neceſſe habent ægrotantes, minus àccipere, nè grauentur. Expoſita autem ægritudine, ſic tractandi ſunt, vt citius recreentur. Et in hac recreatione fratrum, non debet eſſe acceptio perſonarum. Non debet contemni humillima paupertas, in his quæ poſtulat humana neceſſitas, cum hoc eis tribuat recens ægritudo, quod diuitibus anteriór conſuetudo. Qui enim miſericors eſt in alium, Deus miſericors eſt in illum, vndè ipſe ait: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beatus quoquè Ioannes dicit: Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: Quomodò charitas Dei manet in illo? Si ergò charitatem Dei volumus habere, debemus in fratres noſtros, miſericordiæ opera exercere. Quod cum agimus proculdubiò ei ſeruimus, qui electis ſuis dicturus eſt in iudicio. Infirmus fui, &

Digitized by Google

viſitaſtis me: eſuriui, & dediſtis mihi manducare, & cætera his ſimilia, quibus merces indè impenditur, cum dicitur. Percipite regnum, quod vobis paratum eſt, ab origine mundi. Cum ergò fratribus noſtris propter Deum ſeruimus, ipſum regnum Cœlorum acquirimus. Et quamuis opera ſint tranſitoria, merces tamen manet æterna.

Regula.

Sed cum vires priſtinas reparauerint, redeant ad fœliciorem conſuetudinem ſuam, quæ famulos Dei tantò amplius decet, quantò minus indigent. Nec cibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos neceſſitas leuarat infirmos.

Expoſitio.

FOelix conſuetudo eſt, carnalia deſideria, quæ militant aduerſus animam, abſcindere. Fœlix conſuetudo eſt, abſtinere. Fœlix conſuetudo eſt, corpus ſuum caſtigare, & in ſeruitutem redigere. Ad leuandam tamen infirmitatem, neceſſarium eſt, carnis curam agere, quæ videlicet caro, poſtquam vegetata fuerit, oportet eandem curam carnis reſecare, nè famulos Dei teneat cibi voluptas, nec ſeruiant gulæ, qui debent animæ deſeruire. Quantò minus indigent, tantò amplius decet, nè cibi eos voluptas teneat, nè gulæ vitium, animæ virtutes tollat. Nullus palmam ſpiritualis certaminis apprehendit, qui non in ſemetipſo prius, per afflictam ventris concupiſcentiam, carnis incentiua deuicerit. Nequè per conflictum ſpiritualis certaminis aſſurgitur, ſi non prius intrà noſmetipſos hoſtis poſitus, gulæ videlicet appetitus, edometur. Quià ſi non prius ea, quæ nobis

vici-

Digitized by Google

viciniora ſunt proſternimus, inaniter ad ea, quæ longè ſunt impugnanda tranſimus. Multi ordinem certaminis ignorantes, edomare gulam negligunt, & iam ad ſpiritualia bella conſurgunt. Qui etiam aliquandò multa, quæ magnæ fortitudinis ſunt faciunt. Sed dominante gulæ vitio, per carnis illecebram, omnia quæ fortiter egerint perdunt; & dum venter non reſtringitur, per carnis concupiſcentiam, ſimul animæ virtutes obruuntur. Hoc ſignificat, quod muros Ieruſalem princeps coquorum deſtruxit, quià virtutes animæ, dum non reſtringitur venter, pereunt. Ex Ægypto populus adductus, in Eremo occubuit, quià deſpecto manna, cibos carnium petijt. Primogenituræ gloriam Eſau amiſit, quià magno æſtu deſiderij, vilem cibum (ideſt lenticulam) concupiuit. Nequè enim cibus, ſed appetitus in vitio eſt. Vndè, & lautiores cibos plerumquè ſinè culpa ſumimus, & abiectiores non ſinè reatu conſcientiæ deguſtamus. Ea itaquè ſumenda ſunt, quæ naturæ neceſſitas quærit, & non ea, quæ edendi libido ſuggerit.

Regula.

Illos ſanè exiſtiment ditiores, qui in ſuſtinenda parcitate, fuerint fortiores.

Expoſitio.

EX fortitudine parcitatis, deprimuntur vitia carnis. Ex mortificatione vitiorum, procedit pullulatio virtutum. Ipſæ ſunt veræ diuitiæ, quibus ditantur animæ continentium. Vndè, & ſubditur.

Regula.

Melius eſt enim minus egere, quam plus habere.

Ex-

Expoſitio.

MElius eſt aliquid egeſtatis propter Dominum ſuſtinere, quam ſuperabundare; nam egeſtas, quæ propter Dominum eſt, generat humilitatem, quæ eſt initium omnium bonorum: abundantia verò parit ſuperbiam, quæ eſt initium omnium malorum. Seruus ergò Dei, vt voluntatem, atquè appetitum carnis poſſit reprimere, ſemper debet ad minus tendere, vt ipſorum alimentorum, & veſtimentorum minus velit habere, etiam quam neceſſe ſit. Adiutorem quippè habemus internæ intentionis hunc hominem, quem exterius geſtamus. Et ſi ipſi inſunt motus laſciuiæ, ipſi tamen effectus ſuppetunt operationis bonæ. Vndè neceſſe eſt, vt interior homo noſter, æquus quidem arbiter præſideat, inter ſe, & eum, quem exterius geſtat, quatenus ei homo ſuus exterior, & ſemper debito miniſterio ſeruire ſufficiat, & nunquam ſuperbè, libera ceruice contradicat.

Regula.

Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.

Expoſitio.

FEcit iſte vir Sanctus quod docuit, ſcriptum eſt enim, quià veſtimenta eius, & calceamenta, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum, ſed ex moderato, & competenti habitu erant. Ipſe quoquè de ſe legitur dixiſſe: Fateor, quià de pretioſa veſte erubeſco. Non decet hanc profeſſionem, non decet hanc admonitionem, non decet hæc membra, non decet hos canos. Hinc Dominus in Euangelio: Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. Mollia dicuntur veſtimenta, eo

quod

Digitized by Google

quod mollem efficiant animum. Mollibus veſtimentis regia delectatur aula: aſperis, & humilibus Chriſti delectatur Eccleſia. Talia debent eſſe veſtimenta fratrum, in quibus nihil notari poſſit vanitatis: nihil quod pertineat ad ſuperbiam, & inanem gloriam. Non tenera veſtis, ſed munditia mentis ornat ſeruum Dei. Ornemus ergò nos ſpiritualibus ornamentis, ſcilicet caſtitate, humilitate, manſuetudine, obedientia, patientia, charitate. Hæc ſunt indumenta, quibus anima poteſt cœleſti Imperatori placere, non enim exteriorem, ſed interiorem pulcritudinem requirit inuiſibilis ſponſus: ſicut ſcriptum eſt: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Noſtræ ergò diuitiæ, noſtra pulcritudo, boni mores ſunt. Et beata illa anima cui dicitur in Cantico canticorum: Quam pulcra es amica mea, & macula non eſt in te. Studeamus ergò inuiſibili Domino placere, non veſtibus, ſed moribus, vt impleatur in nobis quod per Apoſtolum præcipitur: Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri. Et ſi enim exterior noſter homo corrumpitur, interior tamen renouetur de die in diem. Deindè ſubiungit de inceſſu, ſtatu, & cæteris motibus dicens.

Regula.

Quandò proceditis, ſimul ambulate, cum veneritis quò itis, ſimul ſtate. In inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus veſtris, nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem.

Expoſitio.

SAncta ergò perfectorum Eccleſia, non ſolum floret honore religionis, ſed etiam honeſtatis decore pollet,

let, ſicut ſcriptum eſt: Flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Religioſum quippè, & honeſtum eſt, vt ſicut ſimul habitant fratres, ità quoquè ſimul ambulent, & ſimul ſtent. Et Apoſtolus præcipit, vt omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant. Poteſt etiam in hac corporali coniunctione, aliquid ſpirituale intelligi. Sanctorum namquè ſocietas, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata deſcribitur. Caſtrorum verò acies, cum ad bellum ſe præparat, prius ſe coniungere, atquè ordinare feſtinat, nè ab hoſtibus interrumpi, aut penetrari valeat. Sic nimirum noſtra ſpiritualis acies, quæ benè coniuncta, & ordinata ſimul ſtare præcipitur, contrà Diabolum quotidiè munitur ad bellum, vt videlicet ex ſua coniunctione, terreat antiquum hoſtem, qui in ſeruis Dei, nihil tam timet, quam concordiæ vnitatem. Sed valdè notandum eſt quod dicitur. In omnibus motibus veſtris, nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Sic enim viuere debent fratres, vt à nemine iuſtè valeant reprehendi; valdè namquè incongruum eſt, vt ipſi reprehenſibiliter viuant, quorum Ordo exigit, vt cæteris formam ſanctitatis oſtendant. Nam ad eos hæc ſententia pertinet, qua dicitur: Eſtote ſancti, ſicut & ego ſanctus ſum, dicit Dominus. Verè ſancti eſſe debemus, qui nomen, & habitum religionis, & ſanctitatis ſuſcepimus: qui diuino cultui ſumus mancipati, ſacriſquè Altaribus Chriſti conſecrati, & diuinis myſterijs ordinati. Ergò ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Nō præcipit Apoſtolus tantum, vt ità ſimus, ſed ſic nos exiſtimet (inquit) homo. Non enim ſufficit nobis vita ſancta, niſi ſit & fama bona, nam vita ſancta nobis eſt neceſſaria propter nos, fama verò bona propter alios. Vndè rurſus ait Apoſtolus: Oportet nos ab his, qui foris ſunt,

habe-

Digitized by Google

habere bonum teſtimonium. Sic ergò debemus viuere, vt vita concordet cum nomine, & profeſſio teneatur in opere. Vt ſi ſanctus eſt Ordo, ſancta ſit conuerſatio, & ſi benè de nobis dicitur, teſtimonio bonæ actionis comprobetur. Tunc enim religiosè viuimus, ſi illicitos motus ſub diſciplina coercemus, ſi membra, & ſenſus noſtros ſtudeamus reſtringere, vt non poſſint laſciuiæ, & leuitati deſeruire. Vt aſpectus noſter ſit ſimplex, & humilis, nec fixè aſpiciat oculus, quod illicitè concupiſcat animus: vt noſter auditus ſit purus, & diſcretus, ea quæ ſuperflua ſunt, & vana reſpuens, ea verò quæ Dei ſunt gratanter ſuſcipiens: vt ſermo noſter ſit ſale conditus, ocioſa, & nociua deteſtans, bona, & vtilia commendans. Vt ſit in corde munditia, in vultu pudicitia, in inceſſu grauitas. Status cum reuerentia, motus cum maturitate, habitus cum religione, quatenus vbiquè reſplendeat ſanctitas, ſupereminc at honeſtas, ſeruetur humilitas.

Regula.

Oculi veſtri, & ſi iaciantur in aliquam fæminarum, figantur in nullam. Nequè enim quandò proceditis, fæminas videre prohibemini, ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle crimino ſum eſt.

Expoſitio.

VNdè Dominus in Euangelio: Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Et quia per illicitum viſum concupiſcentia oritur, per quam integritas mentis violatur, neceſſe eſt, vt ſemper ſeruus Dei viſum ſuum reprimat, nè per concupiſcentiam, & per immunditiam cordis, Deum

Digitized by Google

offendat. Sanctus Dauid, quià oculos in fœminam iecit, & fixit, illicito appetitu deuictus, adulterium perpetrauit. Si ergò tantus vir per incuriam oculorum cecidit, nos qui longè ab eius ſanctitate diſtamus, tam mortale præcipitium ſummoperè timere debemus. Teneamus ergò ſententiam Beati Iob, qua dicitur: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt non cogitarem quidem de virgine. Quià enim ſenſit ſanctus vir, quod per exteriorem viſum, interior animus corrumpitur, fecit pactum cum oculis ſuis, nè incaute aſpiceret, quod illicitè concupiſceret. Non enim perfectè vitium vincitur, niſi ſollicitè cauſa, & oppurtunitas vitij caueatur. Hinc eſt quod Loth à Sodomis fugienti præcipitur, vt non retroſpiciat, nequè remaneat in omni circà regione, ſed in monte ſaluum ſe faciat. Quiſquis enim perfectè appetit incentiua vitiorum fugere, ab aſpectu, & vicinitate ipſorum ſe debet alienum facere, atquè ad alta virtutum conſcendere, vt tantò à vitijs remaneat extraneus, quantò ab eis virtute, & corpore elongatur. Et quod viſus ſit cauſa concupiſcentiæ, oſtenditur cum ſubditur.

Regula.

Nec ſolo tacito affectu, ſed affectu, & aſpectu quoquè appetitur, & appetit concupiſcentia fæminarum.

Expoſitio.

AC ſi apertè dicat: Non ſolum tacita voluntate intus concupiſcentia oritur, ſed etiam per exteriorem aſpectum generatur. Niſi enim Sanctus Dauid fœminam fixè aſpexiſſet, in tantam carnis tentationem, minimè incidiſſet. Hinc per Prophetam dicitur: Aſcendit

mors

Digitized by Google

mors per feneſtras noſtras. Mors animæ eſt concupiſcentia: domus interior mens noſtra eſt: feneſtræ huius domus ſunt quinquè corporis ſenſus. Mors ergò per feneſtras aſcendit, & domum ingreditur, quandò concupiſcentiæ vitium, per ſenſus prorumpit ad interiora mentis. Quapropter nè concupiſcentia, per exteriorem ſenſum, intus introeat, opus eſt, vt feneſtras domus noſtræ (ideſt ſenſus noſtros) tanta diligentia cuſtodiamus, vt prauum appetitum tantò facilius poſſimus compeſcere, quantò nullum vitijs permittimus ingreſſum patere. Valdè enim timenda eſt ſententia, quæ ſubditur.

Regula.

Nec dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos, quià impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius.

Expoſitio.

SÆpè enim, quæ intus latent, exteriora membra denunciant, & frequenter per habitum corporis, cognoſcitur habitus mentis. Minor eſt autem culpa, dum latet in occulto, ſed iam maior efficitur, dum incipit apparere in publico. Et ſciendum, quià impudicitia, alia eſt carnalis, alia ſpiritualis. Spiritualis eſt, quæ per delectationem cogitationum intus tantum agitur: carnalis verò eſt, quæ corporaliter completur. Fit autem multis modis. Nam modò per viſum, modò per auditum, modò per tactum, modò per cogitationem, modò per locutionem, modò per operationem, talibus fomentis nutritur, & exercetur libido, & ſeparatur anima à Deo, fugitquè caſtitas de moribus, & exercetur in mentibus luxuria. Vndè, & ſubditur.

Digitized by Google

Regula.

Et cum ſe inuicem ſibimet (etiam tacente lingua) conſpectu mutuo corda nunciant impudica, & ſecundum concupiſcentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus.

Expoſitio.

CAſtitas quippè de moribus fugit, dum libidinoſa voluptas, conſpectibus mutuis, magis, magiſquè inardeſcit. Et ſi corpus ab immunda violatione non tangitur, ipſa tamen immunda violatio viſu, affectu, cogitatione, delectatione perpetratur, ipſiſquè fomentis, quaſi quibuſdam gradibus creſcit peccatum. Cogitatio namquè praua delectationem parit, delectatio conſenſum, conſenſus operationem, operatio conſuetudinem, conſuetudo neceſſitatem. Apoſtolus enim legem peccati dicit eſſe in membris noſtris, quæ lex conſuetudo eſt, quam peccando concipimus, & ab ea cum volumus, non diſcedimus, quià neceſſitatis vinculo per conſuetudinem retinemur. Bonum eſt ergò culpam corrigere, cum incipit apparere, quià ſi morari cœperit, imanitatem ſceleris facit. Et quid dicit Pſalmus de huiuſmodi? Prolongauerunt iniquitatem ſuam: Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum.

Regula.

Nec putare debet, qui in fœminam figit oculum, & illius in ſe diligit fixum, ab alijs ſe non videri cum hoc fecerit: videtur omninò, & à quibus ſe videri non arbitratur.

Ex-

Digitized by Google

Expoſitio.

HOc videmus frequenter de his, qui culpas ſuas volunt abſcondere, quod dum vitia quaſi cautè, & latenter agere exiſtimant, ipſi ſe ipſos, dum neſciunt, demonſtrant, & culpa, quæ occulta eſſe creditur, ab alijs manifeſtè cognoſcitur.

Regula.

Sed etſi lateat, & à nemine hominum videatur. Quid faciet de illo deſuper inſpectore, quem latere nihil poteſt? An ideò putandus eſt non videre, quia tantò videt ſapientius, quantò patientius?

Expoſitio.

IN cunctis ergò, quæ vel agendo, vel loquendo, vel cogitando delinquimus, aſpectum ſuperni Iudicis vehementer formidare debemus, quià etſi aliquandò non appareant hominibus vitia noſtra; illius tamen oculis nuda ſunt omnia, & aperta. Et hoc nos à culpa reprimere debet, quià in eius iudicio, nihil inultum, poterit remanere. Contrà vitiorum incentiua, debemus opponere inferni tormenta, & contrà tranſitoriam delectationem, perpetui ignis dolorem. Valdè ſtultus eſt, qui pro eo quod paruo tempore luxuriæ deſeruit, ſuumquè miſerum deſiderium, prauis delectationibus paſcit; & cœleſtem perdit amœnitatem, & incurrit æternam damnationem.

Regula.

Illi ergò vir ſanctus timeat diſplicere, nec velit fœminæ malè placere. Illum cogitet omnia videre,

nec

Digitized by Google

nec velit fæminam malè videre. Illius namquè in hac cauſa commendatus eſt timor, vbi ſcriptum eſt: Abominatio eſt Domino defigens oculum.

Expoſitio.

EX quibus verbis patet, quià ſi oculum in fœminam figimus, Deo noſtro cui placere debuimus, abominabiles ſumus. Et à quo debuimus recipere gloriam, recipiemus pœnam. Quapropter neceſſe eſt, vt ſi à noſtris vitijs diuinus non ſeparat amor, vel reprimat timor. Et ſi nos non delectant ſuperna gaudia, vel terreant æterna ſupplicia. Sic incipit homo recedere à peccato, ſi timeat diſplicere Auctori ſuo. Sed dicit aliquis: Quómodò timebo Deum? Si vis Deum timere, illum cogita omnia videre. Titillat te mala conſcientia? Cogita quià Deus videt te. Quidquid in te malum fuerit, penſa quià Deus totum conſpicit. Quidquid egerimus, aut dixerimus, aut mente tractauerimus, ſemper attendamus ſuper nos oculos Dei, ſemper timeamus diſplicere illi. Hæc eſt via iuſtitiæ, hæc ſunt primordia ſapientiæ, ſicut ſcriptum eſt: Initium ſapientiæ eſt timor Domini. Hinc ſequitur.

Regula.

Quandò ergò ſimul eſtis in Eccleſia, & vbicunquè fæminæ ſunt, inuicem veſtram pudicitiam cuſtodite.

Expoſitio.

MAgna eſt pudicitiæ virtus, & multum commendata in ſcripturis diuinis. Hæc virtus cœleſtis, & ſpiritualis eſt: nam hominem à terra ſubleuat, Angelis ſociat,

Digitized by Google

ſociát, Deo coniungit, de terreno cœleſtem, de carnali ſpiritualem facit. Hæc virtus etiam humanam naturam tranſcendit: nam quod homo pudicus ſit, quod caſtus, non tam virtus humana facit, quam diuina. Per hanc nos amat inuiſibilis ſponſus. Non enim placet Deo anima, ſi non eſt caſta, ſi non eſt pudica. Nam ſi immunditiæ, & luxuriæ deſeruit, abominabilis eſt ei, & reproba. Pudicitiæ virtus acceptabilis eſt Deo, & hominibus. Hanc nobis inuidet, hanc impugnare non ceſſat antiquus humani generis hoſtis: Ipſe enim eſt perſuaſor immunditiæ, & luxuriæ, qua plures decipit, plures corrumpit. Non parcit Clericis, non indulget Monachis, & ipſos etiam Religioſos proſternit. Neceſſe eſt ergò, ſumma vigilantia, inuicem noſtram pudicitiam cuſtodire. Nam ſi eam perdimus, totum perdimus, etiam noſmetipſos. Qui perdit pudicitiam, perdit animam ſuam, perdit Deum, perdit ſemetipſum. Sed ad hoc in vnum habitamus, vt nos inuicem cuſtodiamus, inuicem corrigamus, inuicem erudiamus, vt quod quiſque non poteſt per ſe ipſum, poſſit per alium. Et quià noſtra cuſtodia non à nobis eſt, ſed à Deo, benè ſubditur.

Regula.

Deus enim, qui habitat in vobis, etiam iſto modo cuſtodiet vos ex vobis.

Expoſitio.

NOn enim ſufficiens eſt nobis cuſtodia noſtra, niſi etiam adſit diuina. Vndè ſcriptum eſt: Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam. Nemo eſt qui pudicitiam poſſit cuſtodire, aut in ſe ipſo, aut in alió, niſi per Deum. Sed ſi ipſe habi-

tauc-

tauerit in nobis, poterimus per ipſum, quod non valemus per nos. Sic ergò ſtudeamus viuere, vt nos in ipſo, & ipſe in nobis dignetur habitare, vt caſtè, & iuſtè poſſimus ſemper ambulare per ipſum.

Regula.

Et ſi hanc de qua loquor vobis oculi petulantiam, in aliquo veſtrum aduerteritis, ſtatim admonete, nè malè cœpta progrediantur, ſed de proximo corrigantur. Si autem poſt admonitionem iterum, vel alio quoquè die idipſum eum facere videritis, iam velut vulneratum ſanandum prodat, quicunque hoc potuerit inuenire. Prius tamen eſt alteri, vel tertio demonſtrandum, vt duorum, vel trium poſſit ore conuinci, & competenti ſeueritate coerceri.

Expoſitio.

HÆc ſententia verbis Apoſtolicis concordat, & Euangelicis. Ait enim Beatus Paulus: Si fuerit homo præoccupatus in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Et Dominus in Euangelio: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum: ſi te non audierit, adhibe tibi duos, vel tres; vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. Summa quidem diligentia, inueſtiganda, & corrigenda eſt culpa. Nam ſi eam non emendamus in hoc ſæculo, damnabimur in futuro. Vndè Apoſtolus ait. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Melius eſt ergò

hic

Digitized by Google

hic emendare vitam, quam tunc perire. Qui amat corripi, ſapiens eſt. Vndè ſcriptum eſt: Corripe ſapientem, & amabit te. Stultus autem ſi corripitur, iraſcitur. Sed quid dicit Apoſtolus ad diſcipulum? Inſta opportunè, importunè. Opportunè dicebat propter eos, qui libenter audiebant verbum prædicationis: Importunè propter eos, qui inuiti audiebant. Similiter eos, qui culpas redarguunt, quandoquè oportet eſſe importunos. Sed iſta importunitas non eſt ex ira, ſed ex charitate. Et ſæpè is qui conturbatur, quià corripitur, cum cogitare cœperit, quanto eum amore frater ſuus reprehenderit, gaudet de reprehenſione, & quod deliquit ſtudet emendare.

Regula.

Nec vos iudicetis eſſe maleuolos, quandò hoc indicatis. Magis quippè innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod velit occultari, dum timet ſecari: Non nè crudeliter à te ſileretur, & miſericorditer indicaretur? Quantò ergò eum potius debes manifeſtare, nè deterius putreſcat in corde?

Expoſitio.

SI crudelis eſt, qui lethale vulnus in corpore fratris cœlat, multò magis crudelis eſt, qui peccati vulnus in anima fratris non indicat. Et reus mortis illius exiſtit, quem tacendo perire permittit. Sicut enim ille ex opere, ità iſte damnatur ex taciturnitate. Quod ſi cru-

H delis

delis eſt, qui culpam non detegit, è contrà ille miſericors eſt, qui eam non abſcondit. Nec maiorem poteſt ergà miſerum agere miſericordiam, quam pereunti præſtare vitam. Magna quoquè illi merces debetur ab Omnipotente, à quo dictum eſt: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Et Iacobus Apoſtolus ait: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Quo autem ordine culpa debeat demonſtrari, oſtendit cum ſubiungit.

Regula.

Sed antequam alijs demonſtretur, per quos conuincendus eſt, ſi negauerit, prius Præpoſito debet oſtendi, ſi admonitus neglexerit corrigi: ſi fortè poſſit ſecretius correctus, non innoteſcere cæteris.

Expoſitio.

CVlpa cum occultè committitur, ab alijs fratribus, qui eius culpæ conſcij ſunt, hic qui deliquit frater, ſecretè debet corrigi, quos ſi neglexerit audire, Patri Monaſterij debet indicari, vt & ipſe fratrem ſecretè corrigat, quatenus culpa, quæ adhuc latens eſt, ſi fortè ſecretius corrigi potuerit, non omnibus innoteſcat. Si autem negauerit, tunc teſtes adhibeantur, vt conuictus diſtrictius iudicetur. Et hoc eſt quod ſubditur.

Regula.

Si autem negauerit, tunc neganti adhibendi ſunt alij, vt iam coram omnibus poſſit, non ab vno

teſte

Digitized by Google

teſte argui, ſed à duobus, vel tribus conuinci. Conuictus verò ſecundum Præpoſiti, vel etiam Presbyteri, ad cuius diſpenſationem pertinet, arbitrium, debet emendatoriam ſubire vindictam.

Expoſitio.

QVi blandè caſtigatus non emendatur, neceſſe eſt, vt acrius corrigatur. Cum dolore enim abſcindenda ſunt vulnera, quæ leuiter ſanari non poſſunt. Qui autem admonitus ſecretò de peccato, corrigi negligit, publicè arguendus eſt, vt vulnus quod occultè ſanari non poteſt manifeſtè valeat emendari. Manifeſta autem peccata, non ſunt occulta curatione purganda. Palam enim arguendi ſunt, qui palam peccant, vt aperta obiurgatione, hi qui eos imitando deliquerunt, corrigantur. Is ergò, qui ſecretè correctus, noluit emendari, publicè conuictus, debet coram omnibus, emandatoriam ſubire vindictam.

Regula.

Quam ſi ferre recuſauerit, etiam ſi ipſe non abſceſſerit, de veſtra ſocietate proijciatur: non enim hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer, nè contagione peſtifera plurimos perdat.

Expoſitio.

MElius eſt enim, vt pro multorum ſaluatione condemnetur vnus, quam per vnius exemplum plurimi periclitentur. Hinc Dominus ait in Euangelio: Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde

eam, & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. Per oculum,& manum, poſſumus hic intelligere aliquem noſtrum neceſſarium amicum, qui ſi prouidet in cauſis, oculus noſter eſt, ſi miniſtrat in neceſſarijs, manus noſtra eſt. Quod ſi etiam prouideat, vel miniſtret in ſpiritualibus, noſter eſt dexter oculus, aut dextera manus. Talis, & tam nobis neceſſarius, ſi cæteros in Dei ſeruitio ſcandalizauerit, de corpore (ideſt de ſocietate) eſt abſcindendus. Melius eſt enim vnius ſolatium perdere, quam per vnum totum corpus perire.

Regula.

Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in cæteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, iudicandiſquè peccatis, diligenter, & fideliter obſeruetur, cum dilectione hominum, & odio vitiorum.

Expoſitio.

Hinc idem Beatus Doctor alibi dicit: Sic diligendi ſunt homines, vt eorum non diligantur errores. Aliud eſt enim amare, quod facti ſunt: aliud verò odiſſe, quod faciunt. Sunt nonnulli, qui aliorum redarguunt culpas, non tam ex charitate, quam ex odij amaritudine: non tam vt eos corrigi velint, quam vt odium, quod in corde geſtant, exercere valeant. Et hoc non eſt ſecundum Deum: magis autem ad vindictam pertinet, quam ad diſciplinam. Caueant ergò vt neminem cum ira, & indignatione, ſed potius cum dulcedine, & charitate redarguant. Et ſi aliquandò culpa ſic exigente, ſonat in voce aſperitas, ſemper tamen maneat in mente lenitas,

juxtà

Digitized by Google

iuxtà quod Apoſtolus præcipit dicens: Vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Benè autem ſubiungit: Conſiderans te ipſum, nè & tu tenteris. Attende enim te ipſum, qui alium reprehendis, quià peccator exiſtis, & fragilis, nè grauiter tenteris, ſi quem reprehendere conaris, indignando potius, quam compatiendo. Fiat ergò cum dilectione hominum, & odio vitiorum; ità vt amor ſeruetur in corde ergà hominem, & odium aduerſus vitium: quià diſtrictio debetur vitijs, compaſſio verò naturæ. Vndè ſequitur.

Regula.

Quicunque autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occultè literas ab aliquo, vel quodlibet munus acceperit, ſi hoc vltrò confiteatur, parcatur illi, & oretur pro eo.

Expoſitio.

IDeò progreſſum eſſe in malum magnum dicit fratrem, qui occultè aliquid recipit, quià aliquid occultare, eſt ordinem infringere. Magnum malum incurrit, qui Ordinis ſui præuaricator exiſtit. Niſi enim Propheta ſanctus magnum malum eſſe ſciret, quod Ghiezi diſcipulus ſuus à Naaman Syro munus occultum accepiſſet, nequaquam eum tam terribiliter paſſione lepræ percuteret. Exemplo itaquè ſuo nos docuit graui correctione dignum eſſe, qui committeret ſimile peccatum. Tamen ſi hoc vltrò confiteretur, parcendum eſt ei, & orandum pro eo. Nam culpa leuior efficitur, quæ confeſſione voluntaria humiliter aperitur. Vndè Sanctus Dauid dicit: Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Re-

Digitized by Google

Regula.

Si autem deprehenditur, & conuincitur, ſecundum arbitrium Presbyteri, vel Præpoſiti grauius emendetur.

Expoſitio.

QVià ſi grauior eſt culpa, grauior competit diſciplina. Grauiter quippè, & mortaliter offendit, qui malum quod agit etiam abſcondit. De occultis literis, & munuſculis Beatus Hieronymus ità ſcribit: Occultas literas, & ſudariola, & crebra munuſcula, ſanctus amor non habet. Quiſquis talibus delectatur, magna vanitate ſeducitur. Et quo plus delectatur in infimis, eò amplius eijcitur à ſupernis. Ex huiuſmodi autem, mala grauia ſolent generari. Sed qui perfectè vitia cauere deſiderat, non ſolum ſtudet, vt ea quæ per ſe mala ſunt caueat, ſed etiam illa refugiat, vndè vel praua actio, vel mala opinio procedere poſſit. Nos verò quos oportet benè viuere, & bonum exemplum alijs demonſtrare, non conuenit talia agere, vndè quis poſſit, vel malam ſuſpicionem habere.

Regula.

Veſtes veſtras in vnum habeatis, ſub vno cuſtode, vel duobus, vel quot ſufficere poſſint ad eas excutiendas, nè à tinea lædantur. Et ſicut paſcimini ex vno cellario, ſic induamini ex vno veſtiario.

Expoſitio.

QVod veſtes præcipit reponi ſub vno cuſtode, vel pluribus, duæ videntur cauſæ. Prima, videlicet, nè

nè per incuriam neglectæ à tineis corrumpantur, ſi non excuterentur. Secunda, nè frater hanc ipſam veſtem, quam habet, in propriam ſe habere crederet, ſi in proprio loco ſibi reponere liceret. Huic autem ſententiæ videntur verba concordare, quæ ſequuntur. Ait enim.

Regula.

Si fieri poteſt ad vos non pertineat, quod vobis indumentum pro temporum congruentia proferatur, vtrum hoc recipiat vnuſquiſque, quod depoſuerat, an aliud quod alter habuerat, dum tamen vnicuique, prout cuique opus eſt non negetur.

Expoſitio.

IDeò, ait, ſi fieri poteſt, vt ſi cui videatur difficile, liceat ipſum, quod depoſuerat veſtimentum ſuſcipere. Ad maiorem enim perfectionem pertineret, ſi ad tantum contemptum ſui quis perueniſſet, vt eo ſolumodò, quod opus eſt corpori, contentus eſſet, iuxtà quod ait Apoſtolus: Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus: Non determinat quantum, vel quale, ſed tantum ea notat, quæ ſufficiant naturæ; nam in imperfectis plus ſemper voluptas appetit, quam neceſſitas. Sicut autem idem Beatus Doctor alibi dicit: Humana natura modico contenta eſt, ſed conſuetudo multa addidit: voluntas, atquè voluptas plura copulauit. Si quis Deum perfectè diligeret, ſi carnalibus deſiderijs omninò renunciaret, multa reſecaret ſuperflua, quæ modo tenet, quaſi neceſſaria. Diſcamus ergò Deum toto corde diligere, quatenus per ipſius amorem ſtudeamus, & contenti eſſe neceſſarijs, & ſuperflua reſecare. Vt dum quod opus eſt, vni-

vnicuique non negatur, vltrà quod opus eſt à nemine requiratur. Charitas non quærit quæ ſua ſunt: charitas communia proprijs anteponit: charitas facit eſſe abiectum in domo Dei. Hanc ſi quiſquam perfectè poſſidebit, etiam ex eo quod opus erit, ſibimetipſi reſecabit.

Regula.

Si autem hinc inter vos contentiones, & murmura oriuntur, & conqueritur aliquis, ſe deterius accepiſſe, quam prius habuerat, & indignum ſe eſſe, quod non ità veſtiatur, vt alius frater veſtitur, hinc vos probate, quantum vobis deſit in illo interiori ſancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis.

Expoſitio.

HAbitus cordis noſtri ſanctificatur per gratiam Dei, per inhabitationem Spiritus Sancti, quando ineſt pax, charitas, bonitas, humilitas, patientia, concordia, manſuetudo, & alia huiuſmodi. Hæ ſunt noſtræ interiores diuitiæ, ſcilicet boni mores, & virtutes. Sed ſi incipimus inter nos contendere, murmurare, & litigare, ſtatim ab his ſpiritualibus bonis vacui remanemus. Virtutes enim cum vitijs remanere non poſſunt. Nam modicum fermentum, totam maſſam corrumpit. Hinc ſe debet quiſque probare, & ſollicitè penſare, quantum illi intus deſit, & quam magnum damnum incurrit, qui pro rebus tranſeuntibus, hoc vndè debet eſſe beatus perdit. Valdè ergò nobis cauendæ ſunt lites, & contentiones, quià hæc ſunt opera carnis. Et ſicut ait Apoſtolus: Qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Ideò nos

Digitized by Google

nos admonet in alio loco dicens: Nihil per contentiones, aut inanem gloriam, ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes: Non ea quæ ſua ſunt ſinguli cogitantes, ſed ea quæ ſunt alterius. Plurimum enim valent hæc duo ad remouendas lites, & generandam concordiam, cum quis ſe inferiorem omnibus iudicat, & ea quæ ſunt alterius, magis quam ſua propria penſat. In his enim duobus, humilitas, & charitas commendantur: quæ non ſolum non diſcordare ſolent, ſed etiam diſcordantes, ad concordiam reducere. Et quià hæc, quæ dicta ſunt, ad perfectiores pertinent, propter minus perfectos temperat ſententiam, cum ſubiungit.

Regula.

Tamen ſi veſtra toleratur infirmitas, vt hoc recipiatis quod poſueratis; in vno tamen loco, ſub communibus cuſtodibus, habete quod ponitis.

Expoſitio.

VT videlicet, dum in communi loco reponitur, hoc ipſum, quod in proprium vſum ſuſcipitur, non proprium eſſe, ſed commune credamus.

Regula.

Ità ſanè, vt nullus ſibi aliquid operetur, ſed omnia opera veſtra in vnum fiant, maiori ſtudio, & frequentiori alacritate, quam ſi vobis ſinguli propria faceretis. Charitas enim, de qua ſcriptum eſt, quod non quærit, quæ ſua ſunt, ſic intelligitur, quià communia proprijs, non propria communibus anteponit.

Digitized by Google

Expoſitio.

HÆc eſt cauſa, quarè nullus ſibi aliquid operetur, ſed omnia in communi fiant, maiori ſtudio, & frequentiori alacritate, quam ſi eſſent propria. Hæc eſt cauſa (inquam) quià charitas non quærit quæ ſua ſunt, ſed communia proprijs anteponit. Si charitas Chriſti non quærit, quæ ſua ſunt, nullus noſtrum debet ſibi aliquid operari. Et ſi Chriſti charitas communia proprijs anteponit, ergò maiori ſtudio, & frequentiori alacritate, debemus agere communia, quàm ſi eſſent propria. Maior eſt enim fructus charitatis, quam proprietatis. Nam quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, hoc præparauit Deus diligentibus ſe.

Regula.

Et ideò tantò vos amplius proficere noueritis, quantò amplius rem communem, quàm propriam curaueritis, vt in omnibus quibus vtitur tranſitoria neceſſitas, ſupereminea t, quæ permanet charitas.

Expoſitio.

TRanſitoria quippè neceſſitas vtitur temporalibus rebus, temporalibus ſtudijs, in quibus debet ſemper charitas eminere, quià nullus poteſt placere Deo ſinè charitate. In cunctis ergò quæ agimus, neceſſe eſt, vt ſemper emineat charitas, quià ipſa eſt mater virtutum, ipſa eſt radix omnium bonorum. Hæc eſt via ſublimior, qua tenditur ad Cœlũ, de qua Paulus Apoſtolus ait: Adhuc excellentiorem vobis viam demonſtro. Multum proficit in hac charitate, qui pro amore Dei, cuncta quæ huius mundi ſunt deſpicit, nihil ſibi retinere appetens, & quid-

quid

Digitized by Google

quid habet, in commune diuidit. Verè per excelſam viam graditur, qui calcatis terrenis, mente, & deſiderio ad cœleſtia ſubleuatur. Charitas in amore Dei conſtat, & proximi. Amor autem Dei tribus modis exprimitur, vt nihil remaneat in homine, quod non Diuinæ dilectioni ſubdatur. Nam Deum præcipimur diligere ex toto corde, videlicet, vt omnes cogitationes noſtras referamus ad Deum. Ex tota mente, vt omnem rationem, qua intelligimus, & diſcernimus, habeamus in ipſum. Ex tota anima, vt omnes affectiones animæ dirigamus ad Deum. In dilectione proximi duo ſeruanda ſunt. Vt quod tibi non vis fieri, alijs nè feceris. Et quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Ex hac gemina virtute dilectionis in proximum, omnes virtutes oriuntur, quibus & vtiliter, quæ ſunt appetenda cupimus, & quæ vitanda ſunt vitamus. Ex his duobus articulis congruè diligitur proximus, dum & beneficijs fouetur, & nulla malitia læditur. In omnibus ergò quibus vtitur tranſitoria neceſſitas, debet ſemper eminere charitas. Quià quidquid agimus, aut loquimur, aut cogitamus, ad Dei charitatem debet reſpicere, aut proximi; vt in omni noſtra conuerſatione, noſtræ intentionis ſumma verſetur ſemper in charitate. In his autem duobus præceptis, vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.

Regula.

Conſequens ergò eſt, vt etiam cum quis ſuis filijs, aut aliqua neceſſitudine ad ſe pertinentibus, in Monaſterio conſtitutis, aliquam contulerit veſtem, ſiuè quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum, non occultè accipiatur, ſed ſit in pote-

 ſtate

ſtate Præpoſiti, vt in rem communem redactum, cui neceſſe fuerit præbeatur.

Expoſitio.

IN communi etenim vita, nihil licet occultè recipere, nihil proprium retinere; ſed ſi quid alicui datur, reddendum eſt Præpoſito, vt cui neceſſe fuerit præbeatur. Sic extinguitur auaritia, ſic ſuperfluitas reſecatur. Sic nutritur charitas, & paupertas ſancta cuſtoditur. Quià dum non licet terrena retinere, cogitur animus cœleſtia cogitare. Sed ſunt quidam, qui grauiter conturbantur, cum ea quæ ab alijs recipiunt, retinere apud ſe nō permittuntur. Amant munuſcula, delectantur in proprijs. Et ſæpè ex paruis, & vilibus rebus, tanto inardeſcunt deſiderio, vt earum occaſione concordiam fratrum ſoleant conturbare; quod perſuaſione diabolica fieri, dubium non eſt. Callidus enim hoſtis, omnium mores nouit, & qualitates, atquè eorum affectus diſcernit, & in eo vnumquemque tentat, in quo ſe magis præualere poſſe cognoſcit. Nec curat vtrum ex magno, vel ex paruo decipiat, tantum vt charitatem fratrum corrumpere valeat. Debemus ergò contrà hoſtem tam callidum, cauti, & vigilantes eſſe, atquè eius laqueos in omni rerum materia præcauere, & omnia terrena, quibus decipere poteſt, animi virtute calcare, vt poſſimus cantare cum Propheta: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Sed quià quidam in hoc capiuntur laqueo, ideò ſubiunctum eſt.

Regula.

Quod ſi aliquis rem ſibi collatam cælauerit, furti iudicio condemnetur.

Ex-

Digitized by Google

Expoſitio.

APoſtolus dicit: Fures, & latrones, regnum Dei non poſſidebunt. Furtum enim criminale peccatum eſt, ſicut ſcriptum eſt. Non adulterabis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, & cætera his ſimilia. Quià ergò inter criminalia mala deputatur, iuxtà Canonum ſententiam, ſic iudicari debet quiſquè de furto, quomodò de adulterio, quomodò de homicidio, quomodò de falſo teſtimonio. Frater, qui rem ſibi collatam cœlauerit, Iudæ traditoris locũ tenet in Eccleſia ſancta, qui fur erat, & latro, & loculos habens, ea quæ mittebantur Domino, aſportabat, & abſcondebat. Qui tanto cupiditatis, & auaritiæ vitio exarſit, vt Dominum ſuum, ſicut Diabolus in cor miſerat, venderet, & traderet. Sed appetendo lucrum inuenit mortem, ſicut ſcriptum eſt: Dum ſitit lucrum, peruenit ad laqueum. Tales ſunt fructus Auaritiæ. Caueant ergò fratres, nè lucra appetant, nè quamlibet rem abſcondant, nè dum ſuadente Diabolo, tam deteſtabilem perpetrant culpam, iuſto Omnipotentis Dei iudicio, mortis, & damnationis perpetuæ incurrant pœnam.

Regula.

Indumenta veſtra ſecundum arbitrium Præpoſiti lauentur, ſiuè à vobis, ſiuè à fullonibus: nè interiores animæ ſordes contrahat, mundæ veſtis nimius appetitus.

Expoſitio.

QVarè veſtimenta lauari ſecundum arbitrium Præpoſiti iuſſerit, ipſe idem cauſam exponit, nè videlicet frater, ſordes in animo contrahat, ſi vltrà mo-

modum veſtes mundas habere concupiſcat. Tantò enim quiſque polluitur intus, quantò ad inanem gloriam foris mundatur. Curare ergò debent Prælati, nè per nitorem veſtium, delinquant ſubditi: nō enim nitor veſtium, ſed morum honeſtas ornat ſeruum Dei. Vndè Apoſtolus nos admonet, dicens: Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri. Nam qui formam huius ſæculi appetunt, formam interioris hominis non requirunt. Et quantò exterior pulcritudo diligitur, tantò interior minus amatur. Hæc eſt autem vera, & ſpiritualis munditia, quam requirit in nobis Deus, dicens: Lauamini, mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Non enim ait: Beati mundo corpore, ſed beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et nè quis putaret curam carnis ſimiliter eſſe reſecandam, adiungit.

Regula.

Lauacrum etiam corporis, cum infirmitatis cogit neceſſitas minimè denegetur.

Expoſitio.

HÆc ſententia verbis Apoſtolicis videtur concordare, quæ carnis curam fieri prohibent in deſiderijs, non in neceſſitate. Multum enim intereſt inter neceſſitatem, & cupiditatem. Nam quod ex neceſſitate eſt, vtile eſt. Quod autem ex cupiditate, vitium eſt. Sunt autem quidam, qui dicunt, religioni non competere corporalem medicinam. Sed ſi diligenter attenderent, ipſi recognoſcerent, quià hoc quod manducamus, & bibimus, quod veſtibus operimur, & terrenis rebus ad neceſſitatem vtimur, corporis medicina eſt.

Regu-

Digitized by Google

Regula.

Fiat tamen ſinè murmure, & de conſilio medici; ità vt etiam ſi nolit, iubente Præpoſito, faciat quod faciendum eſt pro ſalute, ſi autem velit, & fortè non expedit, ſuæ cupiditati non obediatur: aliquandò enim etiam ſi noceat, prodeſſe creditur, quod delectat.

Expoſitio.

ET benè ait, vt nolens in neceſſitate cogatur, & volens ex cupiditate reprimatur, quià neceſſitati, non cupiditati obediendum eſt. Nam aliquandò etiam ſi noceat, prodeſſe creditur quod delectat. Eccè quarè homo ſuæ cupiditati obedire non debet, quià ſæpè ſic ipſe ſua cupiditate decipitur, vt credat id ſibi prodeſſe quod nocet. Sic fallit homines mala cupiditas, ſic ſimulat bonum eſſe, quod malum, & pernitioſum eſt. Eccè quarè adeò damnant cupiditatem ſacræ ſcripturæ, & carnalem delectationem, quià ad mortem trahunt homines, dum ipſi neſciunt. Aliquandò enim etiam ſi noceat, prodeſſe creditur quod delectat. Sic iuxtà Apoſtoli vocem, oportet nos abſtinere à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam, quià caro quidem concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſed per diſciplinam ſpiritus, reprimenda eſt concupiſcentia carnis. Sunt quidam, qui rigorem ſpiritus: alij qui mollitiem carnis, ſuprà modum ſectantur. Illi dum ſpiritualiter viuere appetunt, aliquandò cum vitijs, & carnem extinguunt. Sed ſciendum eſt, quià virtus, ſi modum non habeat, in vitium vertitur. Iſti verò, qui carnaliter volunt viuere, cum cura carnis, ſtudent, & propria deſideria nutrire. Ponendus eſt ergò vtriſque mo-

modus, & cogendi ſunt illi facere, quod faciendum eſt pro ſalute; hi verò reprimendi ſunt, nè faciant, quod carnaliter concupiſcunt. Salus quidem corporis, ad ſeruiendum Deo, ſeruanda eſt; cupiditas verò carnis extinguenda. Et quià de manifeſta infirmitate locutus eſt, de latenti morbo ſubiungit, dicens.

Regula.

Deniquè ſi latens eſt dolor in corpore, famulo Dei dicenti quid ſibi doleat, ſinè dubitatione credatur.

Expoſitio.

IVre enim credendum eſt illi, quem boni mores, & conuerſatio ſancta famulum Dei eſſe commendant. Non enim ex ore loquentium cognoſcitur veritas, aut falſitas, ſed à fructibus eorum cognoſcetis eos, dicit Dominus. Famuli Dei quales ſunt in corde, tales ſunt in ore. Non ſunt fallaces, non ſunt duplices, non ſunt ex illis, qui in corde, & ore, locuti ſunt falſa. Bona vita fidem dat verbis: mala verò vita, ipſam etiam veritatem facit eſſe ambiguam. Sinè dubitatione ergò credatur eis, qui ſinè dubitatione ſunt boni. Famulus enim Dei timet Deum offendere, non ſolum in opere, ſed etiam in ſermone. Tales nos exhibere debemus, vt quicquid dixerimus, ſinè dubitatione credatur. Vita debet commendare ſermonem, & opera bona teſtimonium perhibere veritati, ſicut Saluator noſter de ſe dicit: Si mihi non creditis, operibus credite. Opera (inquit) quæ facio, ipſa teſtimonium perhibent de me. Multi enim ſunt, quibus non creditur, etiam ſi verum dicant, quià mali ſunt, aut in ſuſpicionem habentur, nè mali ſint.

Si

Digitized by Google

Si vita ſinè ſuſpicione cœperit eſſe bona, mox verba noſtra, ſinè dubitatione, credentur eſſe vera. Quantò quiſque minus bonus eſt, tantò minus ei creditur. Quantò cœperit eſſe religioſior, tantò verbis eius maior fides præſtabitur. Et quià infirmitatis neceſſitas, aliquandò appetit ea, quæ ſibi ipſi ſunt contraria; ideò adiungit.

Regula.

Sed tamen vtrum ſanando illi dolori, quod delectat expediat, ſi non eſt certum, medicus conſulatur.

Expoſitio.

CRedendum eſt eorum verbis, nec tamen ſtatim acquieſcendum eſt eorum deſiderijs. Nam & famulos Dei illicita tentant quandoquè deſideria. Ergò, ſi non eſt certum, medicus conſulatur. Quæratur ille, qui de incerto faciat certum. Nec mirum, ſi medicorum conſilia quærimus, cum Apoſtolum Paulum conſilio medicinæ vſum fuiſſe legamus. Nam per epiſtolam Diſcipulo ſuo Timotheo præcepit dicens: Modico vino vtere, propter ſtomacum, & frequentes tuas infirmitates. A rigore ergò abſtinentiæ, diſcretus Magiſter Diſcipulum temperat, nè ſcilicet, frequentibus paſſionibus fractus, bono prædicationis elangueſcat. Bonum quippè erat, vt Diſcipulus ex infirmitate, patientiæ fructum redderet. Sed vtilius eſſe præuidebat Apoſtolus, ſi vſu medicinæ aliquantulum conualeſcens, animas Deo lucrifaceret. Ex diuerſis autem bonis, vtiliora eligenda ſunt. Hac igitur auctoritate fulti, ad hoc medicinam corporalem quærere debemus, vt indè maiorem fructum Domino referamus.

Nec eant ad Balnea, ſiuè quocunquè ire neceſſe fuerit, minus quam duo vel tres; & ille qui habet aliquò eundi neceſſitatem, cum quibus Præpoſitus iuſſerit, ire debebit.

Expoſitio.

PRouidemus bona (ait Apoſtolus) non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos, conſcientia bona ſufficit nobis, propter alios, fama noſtra non pollui, ſed pollere debet in nobis. Qui fidens conſcientiæ ſuæ, negligit famam ſuam, crudelis eſt, maximè in hoc loco poſitus. De quo dicit Apoſtolus ſcribens ad Diſcipulum ſuum: Circà omnes te ipſum præbe exemplum bonorum operum. Rurſus alibi dicit: Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. Qui nos amant, quærunt quid in nobis laudent; qui verò nos odio habent, detrahunt nobis. Nos autem in vtroque medio conſtituti, adiuuante Domino noſtro Ieſu Chriſto, & vitam noſtram, & famam ſic cuſtodire debemus, vt non erubeſcant de detractoribus laudatores. Simul ergò ire debent duo, vel tres, & propter bonæ famæ teſtimonium, & propter ſolatium. Vndè Salomon ait: Væ ſoli, quià ſi ceciderit non habet ſubleuantem ſe: ſed ſi fuerint duo fouebuntur mutuò. Benè autem dicit (cum quibus Præpoſitus iuſſerit, ire debebit) ſcilicet, vt à Prælato prouideatur ſecuritas perſonæ, & à Subdito ſeruetur virtus obedientiæ.

Digitized by Google

Regula.

Aegrotantium cura, ſiuè poſt ægritudinem reficiendorum, ſiuè aliqua imbecillitate, ſiuè etiam febribus laborantium, vni alicui debet iniungi, vt ipſe de cellario petat, quod cuique opus eſſe proſpexerit.

Expoſitio.

ELigendus eſt frater timens Deum, qui circà infirmos curam maximam gerat, & quod opus eis fuerit, miniſtrare ipſis ſtudeat; & eo ſtudio, & affectu eis deſeruiat, ac ſi ipſi Domino Ieſu Chriſto deſeruiret. Ipſe enim dicturus eſt in Iudicio: Infirmus fui, & viſitaſtis me. Et iterum: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Debent ergò fortiores, imbecillitatem portare infirmorum. Sic Diuina charitas adimpletur, teſte Apoſtolo, qui ait: Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Lex Chriſti eſt dilectio. Dilectionis officium eſt, inuicem onera noſtra portare. Diuerſa verò tempora, & diuerſæ infirmitates faciunt, vt onera noſtra portemus inuicem. Nihil autem ſic probat amicum, quam oneris amici portatio. Sed & ipſe infirmus, cui pro Dei amore ſeruitur, debet penſare, & ſummoperè cauere, nè ſuperfluitate ſua, aut impatientia, ſibi ſeruientem contriſtet. Studeat autem Deo gratias agere, nè infirmitas, quæ data eſt ei ad purgationem animæ, vertatur ad augumentum culpæ.

Regula.

Siuè autem qui cellario, ſiuè qui veſtibus, ſiuè qui codicibus præponuntur, ſinè murmure ſeruiant fratribus ſuis.

Digitized by Google

Expoſitio.

TAles ſe exhibeant, vt ea charitate fratribus ſuis deſeruiant, nè ipſi de miniſterio ſibi cõmiſſo peccent in murmure, nec alios per ſuam negligentiam faciant murmurare. Graue peccatum eſt murmuratio, teſtante Gregorio, qui ait: Regnum Cœlorum nullus, qui murmurat accipit: nullus, qui accipit murmurare poterit. Et Salomon ait: Præcordia fatui, ſicut rota Carri. Carpentum enim fœnum portat, & murmurat. Tales ſunt multi fratres in Congregatione, qui carni ſubditi, non ceſſant à murmuratione. Audiant Apoſtolum, qui ait: Nequè murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & à Serpentibus perierunt. Quarè à Serpentibus? niſi quià Serpens venenoſus eſt, & omnis, qui murmurat, venenum Diaboli habet in lingua. Vndè, & Iacobus Apoſtolus ait: Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero. Cauendum eſt ergò nobis à murmuratione, nè mortifero, & diabolico veneno pereamus.

Regula.

Codices certa hora ſingulis diebus petantur; extrà horam qui petierit, non accipiat.

Expoſitio.

SVperius præcepit orationibus inſtare, horis, & temporibus conſtitutis. Tempora ergò ſunt diſtinguenda, quibus debemus orare, & quibus debemus legere. De opere quoquè alibi admonet, vt nullus ſibi aliquid operetur, ſed omnia opera noſtra in vnum fiant. Hæc tria commendat nobis Regula, quæ animæ noſtræ valdè ſunt neceſſaria, ſcilicet, orationem, lectionem, & operationem. Nam oratione mundamur, lectione inſtrui-

mur,

Digitized by Google

mur, operatione beatificamur. Sicut Spiritus Sanctus dicit in Pſalmo: Labores manuum tuarum, quià manducabis: beatus es, & benè tibi erit. Quod autem dicit, vt codices ſingulis diebus petantur: frequentia legendi commendatur. Frequenter debet legere Seruus Dei; valdè enim eſt vtilis diuina lectio. Nam per lectionem diſcimus quid cauere, quid agere, quò tendere debeamus. Hinc Pſalmiſta ait: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Per lectionem ſenſus, & intellectus augentur. Lectio, oratio, & operatio ad contemplatiuam nos vitam inſtruunt, & actiuam. Ideò in Pſalmo legitur: Beatus vir, qui in lege Domini meditatur die, ac nocte. Hæc ſunt arma, videlicet, lectio, oratio, & operatio, quibus Diabolus expugnatur. Hæc ſunt inſtrumenta, quibus æterna beatitudo acquiritur. His armis vitia comprimuntur: his alimentis virtutes nutriuntur. Sed ſi aliquandò ab oratione, vel lectione ceſſatur, debet ſtatim manuũ operatio ſubſequi, quiàocioſitas inimica eſt animæ, & antiquus hoſtis, quem ab oratione, aut lectione, ſiuè ab operatione vacantem inuenerit, facilè ad vitia rapit. Per vſum namquè orationis, & lectionis, diſcetis qualiter, & vos viuatis, & alios doceatis. Per manuum operationem, & corporis macerationem, & vitijs alimenta negabitis, & veſtris neceſſitatibus ſubuenietis, & habebitis vndè neceſſitatem patientibus, aliquid porrigatis.

Regula.

Veſtimenta verò, & calceamenta, quandò fuerint indigentibus neceſſaria, dare non differant, ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur.

Ex-

HOc eſt quod ſuperius dictum eſt, vt ſinè murmure ſeruiant fratribus ſuis. Nam quandò differunt neceſſaria dare, faciunt fratres murmurare, & fiunt occaſiones peccati. Studeant ergò ſeruire fratribus ſuis propter Deum, neceſſaria eis cõgruis temporibus miniſtrando. Et hoc faciant ſinè murmure, ſinè triſtitia, ſinè dilatione, imò cũ gaudio, & hilaritate, quià hilarem datorem diligit Deus. Vt omne quod opus eſt eis, ſecundum modum Congregationis, & poſſibilitatem loci habeant, & eis qui ſeruiunt, fiat maior exindè merces à Domino. In indumentis verò, & calceamentis fratrum, congruus ſeruandus eſt modus, nè pretioſa, vel nitida ſint ſuprà modum, aut nimis abiecta, & vilia, nec habentia compoſitionem pluſquam decet, nec incompoſitionem vltrà quam oportet. Talia ergò ſint, vt religionem ſimul commendent, & honeſtatem. Caueant igitur, fratres, quibus neceſſaria miniſtrantur, nè quid expetant importunè, aut quod non deceat eorum profeſſionem; nam quidquid ſuperfluum habent, mortiferum eſt illis. Perpendant ergò; quoniam ea quæ expendunt, oblationes ſunt fidelium, pro redemptione peccatorum. Et ideò non glorientur talibus vti, ſed magis timeant, quod in veteri teſtamento de Sacerdotibus dictum eſt, iniquitatem populi eos debere portare. Et ideò cum magno timore, ſolliciti ſint ſuper eos, quorum donis participant, quià magnum eſt periculum. Salubrius eſt autem pauperibus Chriſti (ſicut iam prædictum eſt) ſemper minus egere, quam plus habere. Nam vndè pauperes erimus, niſi penuriam propter Deum, æquanimiter portemus? Quantum ergò meminimus nos illicita commiſiſſe, tantum oportet à licitis abſtinere. Per anguſtam enim portam intrare debemus, vt ad latitudinem cœleſtium gaudio-

rum

Digitized by Google

rum pertingere valeamus. Nam quantò arctiorem vitam hic agimus, tantò maiorem gloriam poſſidebimus in Cœlo.

Regula.

Lites autem nullas habeatis, aut quam celerrimè finiatis; nè ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis: Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.

Expoſitio.

SIc paulatim creſcunt vitia. Sæpè cum ab ocioſo verbo linguam reſtringere nolumus, ad noxia dilabimur, indè aliquandò ad murmura, & detractiones deſcendimus, plerumquè etiam vſquè ad lites, & contentiones, indè ad iram, & odium, & iuxtà Salomonis vocem, dum negligimus corrigere minima, prolabimur in maiora. Dum ergò vitium ex vitio oritur, iniquitas prolongatur. Hinc Propheta ait: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Et Pſalmiſta: Prolongauerunt iniquitatem ſuam: Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum. Primum ergò omninò cauendum eſt peccatum: melius eſt enim præcauere quam emendare. Quod ſi per fragilitatem peccare contigerit, facilè culpa corrigitur, quæ citò cognoſcitur. Hinc eſt, quod Dominus de muliere ad Serpentem dicit: Ipſa conteret caput tuum. Caput Serpentis conteritur, quandò peccatum ibi corrigitur, vbi naſcitur. Debet ergò quiſquè eſſe ſollicitus, vt mox ibi ſe ſtudeat emendare, vbi ſe nouerit deliquiſſe. Quantum intereſt inter feſtucam, & trabem; tantum intereſt inter iram, & odium. Odium enim eſt inueterata ira, quæ quaſi ex vetuſtate tantum accepit, vt me-

meritò trabis nomine appellaretur. Fieri enim poteſt, vt ſi iraſceris homini, velis etiam eum corrigi; ſi autem oderis, non potes eum velle corrigere. Per iram mentis oculus turbatur; per odium verò etiam extinguitur. Vndè Apoſtolus ait: Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt. Nulli iraſcenti, ira ſua videtur iniuſta; vndè de omni indignatione, citò redeundum eſt, ad manſuetudinis lenitatem. Nam pertinax motus, facilè in eius odium tranſit, cui non celeriter ignoſcitur. Vndè ſubditur.

Regula.

Quicunque conuicio, vel maledicto, vel etiam criminis obiectu aliquem læſerit, meminerit ſatisfactione quam citius curare quod fecit; & ille qui læſus eſt, ſinè diſceptatione dimittere.

Expoſitio.

GRauiter offendit, qui conuicio, vel maledicto aliquem lædit. Apoſtolus ait: Maledici regnum Dei non poſſidebunt. Et Dominus in Euangelio: Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis. Debet ergò ſicut grauiter deliquit, grauiter pœnitere, atquè ab eo, quem læſit, toto corde, tota humilitate, veniam poſtulare. Et ille qui læſus eſt, ſinè diſceptatione dimittere. Vndè Beatus Iſidorus ait: Qui fratrem ſuum tardius reconciliat, Deum ſibi tardius placat. Fruſtrà enim ſibi Deum reconciliari, atquè propitiari quærit, qui citò placari proximo negligit. Sed ſunt quidam, qui de ſuis meritis confidentes, pigrè in ſe delinquentibus veniam præſtant. Sed nihil ei proficit eſſe illeſum à culpa, qui non eſt paratus ad veniam, cum potius hæc magna ſit culpa, quandò tardius relaxantur fraterna delicta.

Veri-

Digitized by Google

Veritate teſtante didicimus, quià ſeruus, qui decem millia talenta debebat, cum pœnitentiam ageret, abſolutionem debiti à Domino accepit. Sed quià conſeruo ſuo, centum denarios ſibi debenti, debitum non dimiſit, & hoc iuſſum ab eo exigi, quod ei fuerat iam dimiſſum. Ex quibus conſtat, quià ſi hoc quod in nobis delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rurſum exigetur, quod nobis iam per pœnitentiam dimiſſum fuiſſe gaudebamus.

Regula.

Si autem inuicem ſe læſerint, inuicem ſibi debita relaxare debebunt, propter orationes veſtras, quas vtiquè, quantò crebriores habetis, tantò ſanctiores habere debetis.

Expoſitio.

QVotidiè dicimus in oratione Deo: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quod ſi debitoribus noſtris, ideſt, eis qui in nos peccant, non dimittimus, cum dicimus Deo, dimitte nobis debita noſtra, ſicut, & nos dimittimus, ipſa noſtra oratione inculpamur, & Deum aduerſum nos ad iracundiam incitamus, & ipſi ſuper nos inducimus maledictionem, potius quam benedictionem. Sicquè fit vt oratio, quæ debebat nobis eſſe ſalubris, fiat noxia, & peccata noſtra, quæ debuimus minuere orando, augeamus. De quotidianis autem, leuibus, breuibuſquè peccatis, ſinè quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfaciet. Eorum eſt enim dicere: Pater noſter, qui es in cœlis, qui iam tali Patri regenerati ſunt, ex aqua, & Spiritu Sancto. Delet omninò hæc oratio minima, quotidianaquè peccata. Delet, & illa à

quibus, & vita fidelium, etiam ſcelerate geſta, ſed pœnitendo in melius mutata, diſcedit. Sed quemadmodum veraciter dicitur, dimitte nobis debita noſtra, quoniam non deſunt, quæ dimittantur, ità veraciter dicatur, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Ideſt fiat quod dicitur, quià & ipſa eleemoſyna eſt, veniam petenti homini ignoſcere. Multa quidem genera ſunt eleemoſynarum, quæ cum facimus adiuuamur, vt dimittantur nobis peccata noſtra. Sed ea nihil eſt maius, qua ex corde dimittimus, quod in nos quiſque peccauit. Minus malum eſt ergà eum beneuolum eſſe, ſiuè etiam beneficum, qui tibi nihil mali fecerit. Illud multò grandius, & magnificentiſſimæ bonitatis eſt, vt tuum quoquè inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, ſemper bonum velis, & facias eo modo quo poſſis, audiens dicentem Ieſum: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro ijs, qui vos perſequuntur. Sed perfectorum ſunt iſta filiorum Dei, quò ſe debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum, orando Deum, & ſecum agendo, luctandoquè perducere. Tamen quià hoc magnum bonum tantæ multitudinis non eſt, quantam nos credimus exaudiri, cum in oratione dicitur: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Proculdubiò ſponſionis huius verba implentur, ſi homo, qui nondum ità profecit, vt etiam diligat inimicum, tamen quandò rogatur ab homine, qui peccauit in eum, vt ei dimittat, dimittit ex corde, quià etiam ſibi roganti, vtiquè vult dimitti, cum orat, & dicit: Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ideſt, ſic dimitte nobis rogantibus debita noſtra, ſicut & nos dimittimus rogantibus debitoribus noſtris. Iam verò, qui eum in quem peccauit hominem rogat, ſi peccato ſuo mouetur vt roget,

non

Digitized by Google

non eſt adeò deputandus inimicus, vt eum diligere ſit difficile, ſicut difficile erat, cum inimicitias exercebat. Quiſquis autem roganti, & peccata ſua pœnitenti, ex corde non dimittit, nullo modo exiſtimet à Domino peccata ſua dimitti, quoniam mentiri nō poteſt veritas, quæ ait: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis, & Pater veſter cœleſtis delicta veſtra: Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis debita veſtra.

Regula.

Melior eſt enim, qui quamuis ira ſæpè tentetur, tamen impetrare feſtinat, vt ſibi dimittat, cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam, quam qui tardius iraſcitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur.

Expoſitio.

NOnnullos ira citius accendit, & facilius deſerit; nonnullos verò tardius commouet, ſed durius tenet. Alij autem, quod nequius eſt, & citius iracundiæ flammas ſuſcipiunt, & tardius deponunt; nonnulli verò has, & tardius ſuſcipiunt, & citius amittunt. In quibus nimirùm quatuor modis liquidò cognoſcitur, quià ád tranquillitatis bonum, vltimus pluſquam primus accedit; & in malo ſecundum tertius ſuperat. Quanta ſit ergò iracundiæ culpa penſemus, per quam dum manſuetudo amittitur, ſimilitudo ſupernæ imaginis vitiatur. Per iram itaquè ſapientia perditur, vt quid, quouè agendum ſit ordine, omninò neſciatur. Per iram iuſtitia relinquitur, ſicut ſcriptum eſt: Ira viri iuſtitiam Dei non operatur. Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur, ſicut ſcri-

Digitized by Google

ptum eſt: Noli eſſe aſſiduus cum homine iracundo, nè fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Nam qui ſe ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt, vt beſtialiter ſolus viuat. Aliquandò autem ira manus non exerit, ſed in maledictionum iacula linguam vertit. Nonnunquam verò dum accenſus animus, à conſueta locutione reſtringitur, per acceſſum temporis à proximi dilectione ſeparatur, & acriores ſtimuli ad mentem veniunt, cauſæquè, quæ grauius exaſperent oriuntur, atquè in irati oculo feſtuca in trabem vertitur, dum ira in odium permutatur. Veremur ſæpè à proximis deſpici, dedignamur iniurias verbi tolerare. Si contingat iurgium fortaſſe cum proximo, erubeſcimus priores ſatiſfacere. Cor quidem carnale dum huius vitæ gloriam quærit, humilitatem reſpuit, & plerumquè ipſe homo, qui iraſcitur, diſcordanti ſibi reconciliari appetit, ſed ire ad ſatisfaciendum prior erubeſcit. Penſemus ergò facta capitis noſtri, vt videamus quò perueniant noſtræ prauitatis errores. Eccè inter nos, & Deum, peccando diſcordiã fecimus, & tamen ad nos Deus ſuos legatos prior miſit, vt nos ipſi, qui peccauimus, ad pacem Dei reuocemur. Erubeſcat ergò humana ſuperbia, & confundatur quiſque ſi non ſatisfaciat proximo, quandò poſt culpam noſtram, vt ei reconciliari debeamus, & ipſe qui offenſus eſt, legatis interuenientibus, obſecrat Deus.

Regula.

Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſinè cauſa eſt in Monaſterio, etiam ſi indè non proÿciatur.

Ex-

Digitized by Google

Expoſitio.

CVm Dominus tantam curam reconciliationis noſtræ habeat, vt patiatur munera ſua derelinqui ante Altare, & imperfecta manere, atquè interrumpi myſteria ſua, donec vadas, & reſoluas iracundiam, & diſiungas inimicitias cum fratre tuo; nos verò ipſum non erubeſcimus, ſed dies multos patimur manere inimicitias, & trahimus, ſicut funem longam, diſcordiam. Non iracundos tantũ, & malitiæ memores punit Deus, ſed & eos, qui iraſcentes, à ſe offenſos negligunt, atquè contemnunt. Quoniam quidem hi qui paſſi videntur iniurias, neceſſariò dolent, & iraſcuntur, qui verò fecerunt, nec doloris aliquid, nec iracundiæ gerunt. Ob hoc ergò hunc, qui ab iracundia liber eſt, adducit ad illum, qui in dolore eſt, & liber non eſt, oſtendens quià criminis huius noxa penes hunc magis eſt, quoniam cauſam peccati dedit, ſed nec ſic quidem emendamur. Perſiſtimus enim pro rebus nullis contriſtare fratres noſtros, & quaſi nil mali fecerimus, ſatisfactionem negligimus, & obiluioni tradimus culpam, atquè in longum tempus protrahi patimur, ignorantes, quod tantò largior erit nobis pœna, quantò longior diſcordia. Vbi enim amicitia permanet, nihil facilè recipitur, nihil facilè creditur, quod diſſidium poſſit operari; ſi verò ſemel inimicitiæ occupauerint, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ità accipiuntur, ità intelliguntur, vt ad maiores, & longiores proficiant inimicitias. Si quid autem mali videtur, hoc ſolum creditur, & confirmatur. Iubet ergò Dominus relinqui donum antè Altare, & prius reconciliari fratri, vt ex hoc diſcamus, quià ſi nec illo tempore, quo ad myſteria Dei iubemur accedere, reconciliationem diſſimulari, aut differri patitur Deus, quantò magis curari hæc in aliis temporibus. Si fortè accidat iraſci, mandatur, vt ſub die,

Digitized by Google

die, aut iracundiam noſtram, vel inimicitias noſtras finiamus, & ad hoc conſtringimur præcepto quo ait: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nos è contrà nec hoc contenti ſumus, vt iracundiam vltrà ſolis terminum producamus, ſed & inſidias inuicem inſtruimus, ſiuè rebus, ſiuè verbis ſupplantare cupientes proximos, mordentes inuicem, & comedentes, quod vtiquè aperta inſania eſt. Quid enim aliud faciunt inſani, & Dæmone repleti, niſi quod membra ſua morſibus dilaniant? Fruſtrà eſt ergò in Monaſterio, qui diſcordat cum fratre ſuo, quià nec Deum placat ſacrificijs, nec proficere valet operibus bonis.

Regula.

Proindè vobis à verbis durioribus parcite.

Expoſitio.

SAlomon ait: Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus excitat furorem. Idemquè: Dulce verbum inimicos mitigat, & amicos multiplicat. Et Paulus: Vos qui ſpirituales (inquit) eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Caueant ergò viri ſancti à verbis duris.

Regula.

Quæ ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta, vndè facta ſunt vulnera.

Expoſitio.

PRimùm quidem ſummoperè caueamus, nè duris verbis aliquem conturbemus. Quod ſi aliquandò peccamus ex fragilitate, oportet continuò ad ſatisfactionem venire. Et contrà ſermonem durum proferre dul-

dulcem, atquè placabilem, vt vulnus commotionis, ſanet medicina humilis confeſſionis. Sed (ſicut prædiximus) melius eſt antè cauere vitium, quam poſteà emendare commiſſum. Ideò ſeruus Dei debet ſemper ponere cuſtodiam ori ſuo, vt non delinquat in lingua ſua, & tunc maximè, quandò aduerſus eum conſiſtit peccator, videlicet, aliquis calumnioſus, ac iniurioſus, ſicut ſunt multi ſuperbi, & inuidi, qui non ceſſant irritare famulos Dei. Ergò ſi eſt tibi intellectus, reſponde proximo tuo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, nè capiaris verbo indiſciplinato, & confundaris.

Regula.

Quandò autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis, dicere vos dura verba compellit, etiam ſi ipſi vos modum exceſſiſſe ſentitis, non à vobis exigitur, vt à vobis ſubditis veniam poſtuletis, nè apud eos, quos oportet eſſe ſubiectis, dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.

Expoſitio.

PLerumquè hoc magnis Doctoribus contingit, vt dum coacta correctione feruent, modum correctionis exaggerent, & lingua aliquid quod non debet dicat, quià mentem dilectio, quantum debet non inflammat. Vndè per Moyſen Dominus præcepit dicens: Si quis abierit cum amico ſuo ſimpliciter ad ſyluam, ad cædenda ligna, & in ſuccisione lignorum ſecuris fugerit manum, ferrumquè lapſum de manubrio, amicum eius percuſſerit, & occiderit: hic ad vnam ſupradictarum

vrbium

vrbium fugiet, & viuet, nè fortè proximus eius, cuius eſt effuſus ſanguis, doloris ſtimulo perſequatur, & apprehendat eum, & percutiat animam eius. Ad ſyluam quippè cum amico imus, quoties cum quolibet proximo, ad corrigenda delicta conuertimur, & ſimpliciter ligna ſuccidimus, cum delinquentium vitia, pia intentione reſecamus. Sed ſecuris manum fugit, cum ſe ſe increpatio pluſquam neceſſe eſt, in aſperitatem protrahit, ferrumquè de manubrio proſilit, cum de correctione ſermo durior excedit, & amicum percutiens occidit, quià auditorem ſuum prolata contumelia, à ſpiritu dilectionis interficit. Correcti namquè mens ad odium proruit, ſi hunc immoderata increpatio plus quam debuit addicit. Sic is, qui incautè lingua percutit, & proximum extinguit, ad tres neceſſe eſt vrbes fugiat, vt in vna earum defenſus viuat. Quià ſi ad pœnitentiæ lamenta conuerſus, in vnitate Sacramenti ſub ſpe, fide, & charitate abſconditur, reus perpetrati homicidij non tenebitur, eumquè extincti proximus, cum inuenerit, non occidet, quià iuſtus Iudex, qui ſe ſe nobis per naturæ ſuæ conſortium coniunxit, ab eo proculdubiò vindictam de culpæ reatu non expetit, quem ſub eius venia, fides, ſpes, & charitas abſcondit. Ideò ſubiungitur.

Regula.

Sed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit eos, quos plus iuſto fortè corripitis, quanta beneuolentia diligatis.

Expoſitio.

ALiquandò exceditur in modo zelo malitiæ, aliquandò zelo iuſtitiæ, plerumquè ex ſtudio per delibe-

ratam

ratam locutionem, plerumquè per exceſſum locutionis. Dominus autem non tam attendit ſermonem, quam intentionem. Citius verò culpa dimittitur, quæ nequaquam malitiæ ſtudio perpetratur.

Regula.

Non autem carnalis, ſed ſpiritualis, inter vos debet eſſe dilectio.

Expoſitio.

SVnt nonnulli, qui diligunt proximos, ſed per affectum cognationis, & carnis; quibus tamen in hac dilectione, ſacra eloquia non contradicunt. Sed aliud eſt quod ſpontè impenditur naturæ, aliud quod præceptis dominicis ex charitate debetur obedientiæ. Hi nimirum, & proximum diligunt, & tamen illa ſublimia dilectionis præmia non aſſequuntur, quià amorem ſuum, non ſpiritualiter, ſed carnaliter impendunt. Omnipotentis Dei eſſe diſcipulos, ſola cuſtodia charitatis probat. Vndè ipſe ait: In hoc cognoſcent omnes, quià mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Quæ dilectio ſi cor noſtrum veraciter repleat, duobus modis oſtendi ſolet: ſi nimirum amicos in Deo, & inimicos diligamus propter Deum. Sæpè in dilectionis imagine ergà inimicum animus fallitur, ſequè illum diligere falsò arbitratur. Sed tunc inimici dilectio veraciter cuſtoditur, cum nec de profectu triſtamur, nec de ruina illius lætamur. A duobus quidem præceptis incipit charitas, ſed ſe ſe ad innumera extendit. Huius namquè initium dilectio eſt Dei, & proximi. Sed Dei dilectio per tria diſtinguitur, quià ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine Conditor diligi iubetur. Qua in re no-

M tan-

tandum eſt, quod diuinus ſermo, cum Deum diligere præcipit, non ſolum docet ex quo, ſed etiam informat ex quanto, cum ſubiungit: Ex tota fortitudine: vt videlicet, qui perfectè Deo placere deſiderat, ſibi de ſe nihil relinquat. Proximi autem dilectio ad duo præcepta deriuatur; vndè dicitur: Quod tibi non vis fieri, vide nè tu alteri facias. Et per ſemetipſam Veritas dicit: Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Quibus duobus, ſcilicet, vtriuſquè teſtamenti mandatis, per vnum malitia compeſcitur, & per aliud benignitas prorogatur. Vt quod non vult malum pati quiſque non faciens, ceſſet à nocendi opere. Et rurſum, bonum quod ſibi appetit, impendens ad vtilitatem proximi, exerceat ex benignitate. Sed hæc nimirum duo, dum ſollicita intentione cogitantur, cor ad innumera virtutum myſteria extenditur. Nè videlicet, vel ad inferenda, quæ non debet, in deſiderijs inquieta mens ferueat: vel ergà exigenda, quæ non debet, ocio reſoluta torpeſcat. Nam cum cauet alteri facere, quod nequaquam vult ab altero tolerare, ſollicita ſe intentione circumſpicit, nè ſuperbia ſe eleuet, & vſque ad deſpectum proximi, animum deijciens exaltet. Nè ambitio cogitationem laniet, cumquè hanc ad appetenda aliena dilatat, anguſtet. Nè cor luxuria polluat, & ſubiectum deſiderijs per illicita corrumpat. Nè ira exaſperet, & vſque ad proferendam contumeliam inflammet. Nè inuidia mordeat, & alienis fœlicitatibus æmula ſua ſe face conſummat. Nè immoderatè linguam loquacitas protrahat, camquè vſquè ad laſciuiam detractionis extendat. Nè odium malitia excitet, & os vſque ad iaculum maledictionis irritet. Rurſumquè eum cogitat, vt ea alteri faciat, quæ ſibi ab altero fieri expectat: Nimirum, vt malis bona, vt bonis meliora reſpondeat. Vt ergà procaces manſuetudinem longani-

ganimitatis exhibeat; vt malitiæ peſte languentibus gratiam benignitatis impendat. Vt diſcordes pace muniat; vt concordes ad concupiſcentiam veræ pacis accendat; vt indigentibus neceſſaria tribuat; vt errantibus viam rectitudinis oſtendat; vt afflictos verbo, & compaſſione mulceat; vt accenſos in huiuſmodi deſiderijs increpatione reſtringat. Vt minas potentiũ ratiocinatione mitiget; vt oppreſſorum anguſtias, quanta præualet ope leuet; vt foris obſiſtentibus opponat patientiam; vt intus ſuperbientibus exhibeat, cum patientia diſciplinam. Vt ergà ſubditos ſic manſuetudo zelum temperet, quatenus à iuſtitiæ ſtudio non declinet; vt ad vltionem zelus ferueat; nec tamen pietatis limitem feruendo tranſcendat. Vt ingratos quoſque obſequijs in amorem ſeruet; vt proximorum mala, cum corrigere non valet, taceat; vt in quibuſcunque, quæ corrigi poſſunt, contentum eſſe ſilentio pertimeſcat; vt ſic ea quæ tacet toleret, nec tamen in animo virus doloris occultet; vt ſic maleuolis munus benignitatis exhibeat, nec tamen per gratiam à iure rectitudinis excedat; vt circà proximos, quæ præualet impendat, ſed impendendo non timeat; vt ſic in bonis quæ exhibet, timoris præcipitium caueat, nec tamen in boni exercitio torpeſcat. Vt ſic quæ poſſidet tribuat, vt quanta ſit largitas remunerantis attendat, nè cum terrena largitur, ſuam pluſquam neceſſe eſt inopiam cogitet, & in oblatione muneris, charitatis lumen, triſtitia obſcuret. Benè ergò lex Dei multiplex dicitur, quià nimirum vna eademquè charitas, ſi mentem plenè cœperit, ad innumera opera multiformiter accendit. Multiplex ergò iſta lex eſt Dei, quæ ſingulis his rerum articulis, non permutata congruit, & cauſis ſe variantibus, non variata coniungit. Cuius nimirum legis multiplicitatem benè Paulus oſtendit dicens: Charitas patiens eſt, benigna eſt.

Digitized by Google

Regula.

Præpoſito tanquam Patri obediatur, multò magis Presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit.

Expoſitio.

OBedientia ſola virtus eſt, quæ cæteras virtutes menti inſerit, inſertaſquè cuſtodit. Hinc Samuel ait: Melior eſt obedientia, quam victimæ. Quià per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria religatur. Et Salomon: Vir obediens loquitur victorias. Quià dum voci alienæ humiliter ſubdimur, noſmetipſos in corde ſuperamus. Nobis quippè obedientia vſquè ad mortem ſeruanda præcipitur. Per obedientiam malum nunquam fieri; aliquandò autem debet per obedientiam bonum quod agitur, intermitti. Sed quià nonnunquam nobis huius mundi proſpera, nonnunquam verò iubentur aduerſa. Sciendum ſummoperè eſt, quod obedientia aliquandò, ſi de ſuo habeat aliquid, nulla eſt; aliquandò autem ſi de ſuo non habeat aliquid, minima eſt. Nam cum huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur, ſi is, qui ad percipienda hæc, ex proprio deſiderio anhelat, obedientiæ ſibi virtutem euacuat. Rurſum cum mundi deſpectus præcipitur, cum probra, & contumelias adipiſci iubemur, niſi hæc ex ſemetipſo animus appetat, obedientiæ ſibi meritum minuit, quià ad ea, quæ in hac vita deſpecta ſunt, inuitus, nolenſquè deſcendit. Debet ergò, & obedientia in aduerſis aliquid de ſuo habere; & rurſus in proſperis ex ſuo aliquid omninò non habere, quatenus, & in aduerſis tantò ſit glorioſior, quantò diuino ordini etiam ex deſiderio iungitur: & in proſperis tantò ſit vilior, quantò à preſenti ipſa, quam diuinitus percipit

Digitized by Google

cipit gloria, funditus ex mente ſeparatur. Innocuis autem mentibus, ornamentum ſemper obedientiæ iungitur, Domino atteſtante, qui ait: Oues meæ vocem meam audiunt, & ego agnoſco eas, & ſequuntur me. Profectò Redemptori obedit, qui innocens eſt: & innocens eſſe non poteſt, qui obedire contemnit.

Règula.

Vt ergò cuncta iſta ſeruentur, & ſi quid ſeruatum minus fuerit, non negligenter prætereatur, ſed vt emendandum, corrigendumquè curetur ad Præpoſitum præcipuè pertinebit, vt ad Preſbyterum; cuius eſt apud vos maior auctoritas, referat, quod modum, vel vires eius excedit.

Expoſitio.

AD hoc quidem data ſunt iſta regularia præcepta, vt cuncta ſeruentur; & ſi quid minus ſeruatum fuerit, oportet vt citò emendetur. Non enim poſſumus aliquid negligenter præterire, ſinè periculo animæ noſtræ. Ea enim vouimus ſpecialiter tenere, & ſecundum ea viuere iurauimus. Hinc Pſalmiſta ait: Tu mandaſti, mandata tua cuſtodiri nimis. Et Iacobus Apoſtolus: Si quis totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. Pertinebit ergò ad Præpoſitum, ſeu Priorem, qui cuſtos eſt Monaſterij, vt ad Presbyterum, ideſt Superiorem maiorem, cuius maior eſt auctoritas, referat, quidquid per ſe, ſecundum Regulam, & Conſtitutiones, non poteſt diffinire. Ad hoc enim Prælati conſtituti ſunt in Eccleſia, vt benè ordinata cuſtodiant, errata corrigant, vitam, & mores ſubditorum verbo, & exem-

plo

Digitized by Google

plo in viam Dei dirigant. Apoſtoli formam ſectantes, qui ait, ſcribens ad Diſcipulum ſuum. Argue, obſecra, increpa. Quarè immiſcentes temporibus tempora, terroribus blandimenta, indiſciplinatos, & inquietos debent durius arguere: obedientes, mites, & patientes, vt in melius proficiant, obſecrare: negligentes, contemnentes, & ſuperbos aut increpare, aut punire. Nequè diſſimulent peccata delinquentium, ſed mox vt cœperint oriri, radicitus, nè præualeant, amputent, memores periculi Heli Sacerdotis de filijs ſuis. Honeſtiores atquè corrigibiles, prima, & ſecunda admonitione corripiant. Improbos, & duros corde, ſuperbos, & inobedientes, verberibus, & caſtigatione coerceant, reducentes illud in memoriam: Stultus verbo non corrigitur, niſi verberibus. Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.

Regula.

Ipſe verò, qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente fælicem.

Expoſitio.

NAm, qui ità præſunt, vt gaudeant de poteſtate dominij, non ſunt veri paſtores, ſed mercenarij: Hi magis præeſſe appetunt, quam prodeſſe. Non quærunt animarum fructum, ſed temporale lucrum. Non cœleſtem gloriam, ſed terrenum honorem. De talibus ait Dominus in Euangelio: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Qui verò ità præſunt, vt gaudeant de ſeruitute charitatis, ipſi tenent exemplum veri paſtoris, qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & animam ſuam dare redemptionem pro multis. Illi verè Prælati

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, & ſecundum Deum curam regiminis agunt, qui ad hoc tantum laborant, vt plures ad Deum ſecum trahant. Quos delectat onus, non honor, charitas non poteſtas, ſeruitus impenſa alijs, non ſuſcepta ab alijs. Iuxtà quod Apoſtolus ait: Cum eſſem liber in omnibus, omnium me ſeruum feci, vt omnes lucrifacerem. Quià tamen propter auctoritatem regiminis honorandus eſt à ſubditis Prælatus; ideò ſubditur.

Regula.

Honore coram vobis Prælatus ſit vobis.

Expoſitio.

IDeò ſcilicet honorari debet, quià Chriſti vicem in Monaſterio tenet. Vndè & ipſe Dominus paſtoribus ait: Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Debent ergò ſerui Dei ſuum honorare magiſtrum, cuius pro amore Dei, ſuprà ſe ſuſceperunt magiſterium. Qui tamen quantò plus honoratur exterius, tantò oportet vt amplius timeat interius, atquè ſemetipſum deſpiciens, eos à quibus honor impenditur, ſibi in cogitatione præponat. Vndè ſubiunctum eſt.

Regula.

Timore coram Deo ſubſtratus ſit pedibus veſtris.

Expoſitio.

HInc ſcriptum eſt: Quantò maior es humilia te in omnibus. Et iterum: Fili te ducem conſtituerunt, noli extolli, ſed eſto in eis quaſi vnus ex illis. Et Dominus in Euangelio: Omnis, qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Tantò quippè eſt maior quiſ-

Digitized by Google

quiſque apud Deum, quantò humilior fuerit apud ſemetipſum. Sed qualis debeat eſſe in moribus audiamus.

Regula.

Circà omnes ſe ipſum bonorum operum præbeat exemplum.

Expoſitio.

SIcut enim alios præcellit honore, & dignitate, ità eos præcedere debet ſanctitate, vt eius exemplo diſcant ſubditi qualiter viuere debeant, & ipſi.

Regula.

Corripiat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes.

Expoſitio.

QVi locum tenet regiminis, mala inferre non debet, ſed tolerare, vt ex ſua manſuetudine, iracundos valeat mitigare, quià medicus animarum eſt. Contrà paſſiones vitiorum, debet opponere medicamenta virtutum, ità ſcilicet, vt prius mores omnium diligenter inquirat, & quid cuique inferre debeat agnoſcat.

Regula.

Diſciplinam libens habeat, metuendus imponat.

Expoſitio.

OPortet, vt Prælatus Eccleſiaſticus ſapiens ſit, & diſciplinatus, quià tunc alijs rectè diſciplinam imponit, cum ipſe diſciplinatè viuit, cum ex ſe ipſo trahit ma-

Digitized by Google

magiſterium, quod exercet in alios. Verba ſunt Apoſtoli dicentis ad Hebræos: In diſciplina perſeuerate: tanquam filijs vobis offert ſe Deus: quis enim filius quem non corripit pater? Sunt autem hæc duo neceſſaria, vt Prælatus ſuis exhibeat ſubditis, timorem ſcilicet, & amorem. Timorem iis qui ſuperbi, ac rebelles, & duræ mentis ſunt. Amorem verò eis, qui libenter, humiliter, & deuotè ſeruiunt Domino Deo.

Regula.

Et quamuis vtrumquè ſit neceſſarium, tamen plus à vobis amari appetat, quam timeri, ſemper cogitans Deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem.

Expoſitio.

QVià Prælatus quantò plus diligitur, tantò plus auditur. Et magis placet Deo illa ſeruitus, quæ ex voluntate, & amore fit, quam illa, quæ fit ex timore. Propterea dulcis Magiſter diſcipulis ſuis ait: Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Non enim vult Dominus, vt eum timeamus tanquam Dominum ſerui, ſed vult vt eum diligamus, tanquam Patrem filij, & vt præcepta eius faciamus, non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ. Hoc ſemper cogitare debet, qui iudex eſt animarum, quià ſuper ſe iudicem habet Deum, vt regiminis curam tantò ſolicitius agat, quantò ſe redditurum rationem pro ſibi commiſſis, apud diſtrictum Iudicem penſat. Valdè enim ſolicitus debet eſſe quiſque in bono opere, vt in cunctis quæ agit, ſemper cogitet de extremo fine. Vndè ſcriptum eſt: In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

Regula.

Vndè vos magis obediendo, non ſolum veſtri, ſed etiam ipſius miſeremini, qui inter vos, quantò in loco ſuperiori, tantò in periculo maiori verſatur.

Expoſitio.

IN periculo magno verſatur, quis quis in regiminis loco ſublimatur. Nam quantò ſuperior gradus, tantò perículoſior caſus, & cui plus donatur, plus exigetur ab eo. Grande periculum eſt, ſibi & alijs viuere, temporalia ſimul, & ſpiritualia prouidere. Sic debet Prælatus ſui curam agere, vt alios non negligat, ſic de alijs cogitare, vt ſemetipſum obliuiſcendo non derelinquat. Sic temporalia procurare, vt non refrigeſcat à ſpiritualibus. Sic inardeſcere ad ſpiritualia, vt ſit ſolicitus de temporalibus. Indè ergò magis ſubditi Prælato obedire debent, vndè magis eum pro ipſis vident laborare. Quod cum faciunt, non ſui tantum, ſed etiam ipſius, magis obediendo miſerentur. Sui videlicet, quià animas ſuas ſaluant: ſcriptum eſt enim: Miſerere animæ tuæ placens Deo. Ipſius quoquè, qui præeſt miſerentur, quià onus eius alleuiant obediendo. Cum enim ſcriptum ſit: Filius ſapiens lætificat Patrem. Tantò plus gaudent, & libentius laborant Patres ſpirituales pro filijs, quantò eos vident ſpiritualibus obtemperare diſciplinis.

Regula.

Donet Dominus vt obſeruetis hæc omnia.

Ex-

Digitized by Google

Expoſitio.

APertè ſubditur poſt lectionem orare. Sic enim legere, & prædicare eſt quomodò agrum ſeminare; ſic orare quomodò ſemen operire. Sicut qui ſeminant in agro, ſi ſemen operire omiſerint, veniunt volucres, & totum quod ſeminatum eſſe videbatur, diripiunt. Ità quidem iſti, qui in agro ſui cordis, ſemina verbi Dei pſallendo, legendo, & prædicando ſparſerint, niſi etiam orando operire ſtuduerint, veniunt volucres, ideſt cogitationes huius ſæculi, volatiles, inanes, & vacuæ, & rapiunt quod in corde fuerat ſeminatum. Ideò poſt lectionem, & prædicationem ſemper orandum eſt, vt virtus verbi Dei maneat in corde, & fructus ſpiritualis creſcat in operatione. Benè autem ait.

Regula.

Tanquam ſpiritualis pulcritudinis amatores.

Expoſitio.

NOn enim poſſunt impleri hæc omnia regularia præcepta, niſi per amorem iuſtitiæ, quæ eſt ſpiritualis pulcritudo animæ. Non enim benè agit quiſque inuitus, etiam ſi bonum eſt quod agit. Quod verò ſubdit.

Regula.

Et bono Chriſti odore de bona conuerſatione fragrantes, non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti.

Expoſitio.

PErtinet ad bonam vitam, & bona fama. Vndè Apoſtolus ait; Chriſti bonus odor ſumus Deo in

omni loco. Serui ſunt ſub lege, qui ex timore Domino ſeruiunt: liberi ſub gratia, qui ex amore implent Diuina mandata. Gratia Dei, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis, implet legem. Iuſto autem non eſt lex poſita, vbi enim ſpiritus Domini, ibi libertas. Sic autem viam mandatorum Dei curremus liberè, ſi dilatatum cor noſtrum in charitate Dei habeamus.

Regula.

Vt autem in hoc libello, tanquam in ſpeculo, poſſitis inſpicere, nè per obliuionem aliquid negligatis, ſemel in ſeptimana vobis legatur.

Expoſitio.

IDeò legi præcipitur, quatenus memoriter lecta teneantur. Beatus enim Iacobus dicit: Qui perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Et benè hunc libellum dicit ſpeculum, quià in eo tanquam in ſpeculo, inſpicere poſſumus quales ſumus, ſiuè pulcri, ſiuè fœdi, ſiuè iuſti, ſiuè iniuſti. Vtrum quiſque noſtrum regulariter viuat, vtrum proficiat, an deficiat, vtrum Deo placeat, an diſpliceat. Scriptura quippè nobis ſacra, noſtrā interiorem repræſentans imaginem, oſtendit quid formoſum, quid deforme ſit in anima, & qualiter pulcritudo iuſtitiæ debeat obſeruari, qualiter debeat virtutum decor componi, quomodò vitiorum maculæ debeant abſtergi. Prauorum vſus eſt mala ſemper agere, & quæ egerint nunquam retractare: quidquid faciunt, cæca mente pertranſeunt. At contrà ſancti viri in ſcripturis ſacris quotidiè non ceſſant inſpi-

cere

Digitized by Google

cere vitam ſuam, moreſquè ſuos vigilanter penſare. Et ſi quid deforme, vel incompoſitum, aut inordinatum inuenerint; mox ſecundum quod ſcriptum vident, reformare, & componere ſe ſtudent, quatenus ſancti, & immaculati coram Deo, tam in corpore inueniantur, quam in anima. Ideò Pſalmiſta ait: Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. Et Apoſtolus admonet dicens: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Et iterum: Noſter homo interior renouatur de die in diem. Vndè apertè ſubiungitur.

Regula.

Et vbi vos inueneritis ea, quæ ſcripta ſunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori.

Expoſitio.

Gratiarum actio Patri luminum ſemper à nobis debetur, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum (ſcriptura teſte) deſcendit. Nemo eſt enim donis Dei beatus, qui donanti exiſtit ingratus. Vndè Apoſtolus: Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Meritò ergò Domino Deo noſtro gratias agere admonemur, vt agnoſcat homo ſi quidem benè viuit, gratia Dei ſe habere, & vt proficiat in dilectione iuſtitiæ, non ſe aliundè conſecuturum, quæ cogitatio pium facit. Ipſa eſt enim ſapientia, quæ pietas vocatur, qua colitur Pater luminum. Colitur autem ſacrificio laudis, & gratiarum actionis, vt cultor eius non in ſe ipſo, ſed in Domino glorietur.

Digitized by Google

Vbi autem ſibi quicunque veſtrum viderit aliquid deeſſe, doleat de præterito, caueat de futuro, orans vt ſibi debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen.

Explicit Expoſitio Vgonis de Sancto Victore ſuper Regulam B. P. N. Auguſtini.

CON-

Digitized by Google

CONSTITVTIONES REFORMATÆ CONGREGATIONIS OBSERVANTIÆ LOMBARDIÆ

Vulgariter nuncupatæ, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini.

PROŒMIVM.

QVoniam ex præcepto Regulæ Sancti Patris noſtri Auguſtini, iubemur habere cor vnum, & animam vnam in Deo, iuſtum eſt, vt qui ſub vna Regula, & vnius Profeſſionis voto viuimus, vniformes [a] in Obſeruantia Sanctæ Religionis inueniamur, quatenus vnitatem, quæ interius obſeruanda eſt in cordibus, [b] foueat, & repræſentet vniformitas exterius ſeruata in moribus. Quod profectò eo competentius poterit obſeruari, & facilius memoria retineri, ſi ea quæ agenda [c] ſunt, ſcripto fuerint commendata, ſi in omnibus qualiter viuendum ſit, ſcriptura teſte innoteſcat.

2 Sed mutare, [d] vel addere, vel minuere, nulli quidquam propria voluntate licebit: nè ſi minima negligimus paulatim deſluamus. [e]

3 Ad hæc tamen Prior in Conuentu ſuo diſpenſandi [f] cum Fratribus habeat poteſtatem, cum ſibi aliquandò videbitur expedire, niſi in illis caſibus, in

a *Arg. ex Concil. Agat. c. cõuenit de conſec. diſt. 5. Ex Concil. Brac. c. placuit. Ex Concil. Tolet. 11. cap. de his diſt. 12.*

b *Aug. in Regula.*

c *Arg. ex Gratiano c. in iſtis. §. Leges diſt. 4.*

d *Arg. in cap. 1. de conſtit. Aug. de vera Relig. c. in iſtis. diſt. 4.*

e *Arg. Greg. c. peruenit. in fin. 21. q. 3. Ambro. in c. eſt iniuſta. in fi. 23. q. 4. Ex Conc. Hiſpal. c. placuit. in fi. diſt. 93. Leo Papa in decr. c. exiguur. in fi. 1. q. 7.*

f *Arg. in c. cum ad Monaſt. § in Refector. de ſtatu regular.*

in quibus aliqua Conſtitutio, vel Diffinitio diſpenſari contradicit.

4 Vt igitur paci, & vnitati totius Congregationis prouideamus, volumus, & declaramus, quod tam Regula, quam Conſtitutiones, & Diffinitiones noſtræ, non obligent nos ad culpam, ſed ſolum ad pœnam, niſi propter præceptum, [g] vel contemptum. [h] Præceptum autem in Regula noſtra nullum contineri declaramus, niſi ratione diuinæ, aut eccleſiaſticæ legis, vel ratione trium votorum: idem de Conſtitutionibus, & Diffinitionibus dictum eſſe volumus. Sicut etiam vbi ponitur ſententia Excommunicationis, aut præceptum exprimitur per iſta verba, vel alia eis æquiualentia (præcipimus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel in virtute ſanctæ Obedientiæ, aut Sancti Spiritus) & hoc idem in ordinationibus, & litteris, vel verbis Superiorum intelligi volumus, & mandamus.

5 Hunc ergò librum conſcripſimus, & per quadraginta quatuor capita diſtribuimus, vt in eo quiſque noſtrum quid agere, & qualiter ſe habere debeat, clarè, & diſtinctè cognoſcat. Sit igitur.

g *Arg. ex Greg. cap. ſi qui ſunt Presbyt. diſt. 81. & c. præter hoc. §. porrò. in fin. diſt. 32. cap. ſi quis Sacerdotũ. 11. q. 1. & cap. at ſit. ead. q. 3.*

h *Ex Conc. Milleuit. c. quiſquis. 2. q. 6. Ex Conc. Agaten. c. contumaces diſt. 50. Ex Concil. Antiochen. c. ſi quis Presbyter. 7. q. 1. Ex Conc. Cartag. cap. ſi quis Presbyt. 11. q. 3. Ex Conc. Cartag. 3. cap. petimus 11. q. 1. & cap. quorundam in fin. diſt. 34.*

Quomodò Fratres intrent ad Matutinum, & ad alias Horas. Cap. 1.

1 AVdito primo ſigno, ad Matutinum feſtinent ſurgere omnes [a] Fratres, munientes ſe ſigno Crucis, [b] & honeſtè, ac compoſitè [c] Eccleſiam adeuntes, antequam ingrediantur, [d] aqua benedicta ſe aſpergant, & ingreſſi bini, & bini coram Altari maiore genua flectant deuotè dicentes: *Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, &c.* Deindè ſurgen-

a *Arg. ex Conc. Aurel. c. Cler. diſt. 91. & c. ſi quis diſt. 92. & in Clem. graui. & Clem. dignũ de cel. Miſſ. & c. dolentes eo tit. in antiquis.*

b *Arg. ex doctr. Aug. c. Eccleſiaſt. diſt. 11.*

c *Arg. ex Reg. Aug. & diſt. 41. c. Cler. §. ſicut ergò. Clem. graui. de celeb. Miſſ.*

Digitized by Google

gentes, inclinent ſe profundè, & reuerenter, & vadant ad loca ſua ordinatè, iuxtà primogenita[f] Congregationis. Et hic idem modus intrandi ad omnes horas eſt ſeruandus.

2 Poſt completum Officium, exeuntes bini, & bini, vnus ſcilicet ab vno choro, & alter ab altero procedant, incipientes à minoribus in ordine.

3 Pulſato itaquè vltimo ſigno, & ad ſignum Prioris dicto ſub ſilentio[g] *Pater noſter, &c.* incipiant Matutinum de Beata Virgine, ſi dicendum ſit, iuxtà quod in Breuiario adnotatur. Quo expleto, vel omiſſo, ſi omittendum ſit, verſi[h] ad Altare, & Crucis ſigno ſe ſignantes (quod in inchoatione omnium horarum, volumus obſeruari) incipiant Matutinum de tempore, debito[i] modo proſequentes, ſecundum ritum Romanæ Curiæ, & Breuiarij noſtri Ordinis, iuxtà quod, totum Officium per anni circulum, volumus obſeruari.

4 Statuimus etiam, & ordinamus, quod Fratres noſtri omnes, tam choriſtæ, quam laici poſt Matutinum, vel poſt Primam, ſi hæc imediatè poſt Matutinum dicatur, ſemper conueniant in Eccleſia, seù in cellis ſuis ad Orationem[k] mentalem faciendam per vnam horam, vel ſaltem mediam. Et per Sacriſtam, & antè Orationem, & poſt, pulſentur tres, vel quatuor ictus Campanæ, vt intelligant Fratres, quandò incipere, & quandò finire debeant Orationem.

De Officio Fratrum Illiterâtorum, & operibus manuum. Cap. 2.

1 FRatres laici, seù Conuerſi, præmiſſo *Pater noſter, &c.* quem dicere debent ſicut Clerici ad omnes

O

d *Arg. de Conſec. diſt. 3. cap. aquam.*

e *Arg. ex ſexta Sinodo c. Venerabiles imagines de conſ. diſt. 3. c. perlatum. ea.*

f *Arg ex Conc. Agat. diſt. 74. c. Epiſcopor. ex Concil. Cabilonen. c. placuit diſt. 18. c. Epiſ. diſt. 17. c. ordinationes. in fin. diſt. 75.*

g *Arg ex Conc. Gerundin. c. id ſemper. de conſ. diſt. 5.*

h *Arg. Aug. d. c. Eccleſiaſt. di. 11.*

i *Arg. ex Conc. Agath. c. Preſbyter. & c. dolentes. de celeb. Miſſ. & Clem. graui. & Clem. dignum. eo tit. & ex Conc. Nanneten. c. Presb. & c. Eleut. diſt. 91. c. cantantes diſt. 92. c. quoniam. diſt. 61.*

k *Arg. in c. ipſi 1. q. 1. & in c. ſi laicus diſ. 31. & Hieron. c. ſi quis vult. in fin. diſt. 36. c. ſi ergo. 8. q. 1.*

omnes horas, vel flexis genibus, vel inclinati profundè, ac reuerenter, & verſi ad Altare, ſi ſint in Eccleſia, ſignantes ſe ſigno Crucis, [a] incipiant Matutinum hoc modo. *Domine labia mea aperies, &c. Deus in adiutorium meum intende, &c. Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c. Alleluia*, ſeù *Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ*, pro temporum congruentia. Alias verò Horas, excepto Completorio ſic incipiant. *Deus in adiutorium, &c.* Completorium autem ſic incipiant. *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, &c. Deus in adiutorium, &c.* Omni autem tempore dicant pro Matutino vigeſies [b] quinquies *Pater noſter, &c.* & pro Laudibus decies, & in fine cuiuslibet excepto vltimo dicant. *Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.* ſe profundè inclinando. In fine autem vltimi *Pater noſter, &c.* cum dixerint. *Sed libera nos à malo. Amen.* Subiungant. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. Domine exaudi, &c. Et clamor, &c. Benedicamus Domino. Deo gratias. Fidelium animæ, &c.* Et hoc modo omnes horas debent terminare.

a Argu. ex doctrina Aug. in d.c Eccleſiaſticarum. diſt. 11.

b Argu. Hieron. in c. non mediocriter. de conſ. diſt. 5.

2 Pro qualibet autem Hora dicant ſepties. *Pater noſter, &c.* Sed pro Veſperis decies, & in fine cuiuslibet dicant. *Gloria Patri, &c.* excepto vltimo, vt dictum eſt ſuprà. Et idem omninò ritus ſeruandus eſt in recitatione Officij Beatæ Mariæ Virginis, quandò dicendum erit, excepto, quod in fine cuiuslibet *Pater noſter, &c.* loco verſiculi *Gloria Patri, &c.* dicere debebunt, *Aue Maria, &c.*

3 In Matutino verò Defunctorū non dicant: *Domine labia, &c.* neque *Deus in adiutoriū, &c.* ſicut nec in Laudibus, aut Veſperis, ſed profundè inclinati, ſignantes ſe ſigno Crucis, incipiant abſolutè. *Pater noſter, &c.* Dicant autem pro Matutino [c] vigeſies quin-

c Arg. Aug. de cura agend. pro mor. c. non æſtimemus. 13.q.2.

quinquies *Pater noſter*, *&c.* pro Laudibus decies, & pro Veſperis ſepties, & in fine cuiuslibet dicant. *Requiem æternam, &c. Et lux perpetua, &c.* Sed cum oratur pro ſingulari Defuncto dicatur, *ei*, cum verò pro pluribus oratur dicatur, *eis*. In fine autem vltimi *Pater noſter, &c.* poſt *Requiem æternam, &c.* addatur. *Requieſcat, ſeù Requieſcant in pace. Amen.* Porrò totũ Officium ſuum Fratres laici ſub ſilentio [d] dicant.

d *Arg. Hieron. in d. c. non mediocriter. in ver. corde orandus Deus. de conſec. diſt. 5.*

4 Ipſis quoquè Fratribus laicis inhibemus, vt niſi Pſalterium legere ſciuerint, in eo, vel libro alio legere non præſumant. Et ſi contrafecerint per tres dies prò qualibet vice, in pane, & aqua ieiunare cogantur. Et qui eos docuerit, eandem pœnam portet. Nec alicui Fratri laico, quantumcumquè legere ſciuerit, concedatur habere clericalem coronam [e] vllo modo.

e *Arg. à contr. ſen. in c. duo. 12. q. 1.*

5 Statuimus quoquè, vt tam Fratres noſtri, quibus Deus donum ſcientiæ dederit, quam hi qui ſciunt manibus operari, Fratribus alijs, ſiuè Conuentibus, ſeruire gratis, [f] de talento eis tradito, ſecundum Priorum ſuorum mandatum teneantur, ità quod nulli abſquè Prioris licentia, vel ſibi ipſi, vel alijs, intus, vel foris, aliquid liceat operari. Extrà Congregationem nulli quidem omninò licebit pro pretio [g] aliquid operari, ſeù ab aliquo extraneo pretium accipere. De arte verò medicinæ, ſeù chirurgiæ, nullus Frater noſtræ Congregationis penitus ſe intromittat, niſi in ipſa ſcientia fuerit ità ſufficienter edoctus, quod Pater Vicarius Generalis, ac Præſidens, & Diffinitorium Capituli Generalis noſtræ Congregationis, eidem prius concedant licentiam, in huiuſmodi facultate conſulendi. Adijcientes, quod ad inciſionem, ſeù aduſtionem, [h] ſi mor-

f *Aug. in Regula.*

g *Arg. ex Conc. Meguntin. cap. multa nè Cler. vel Mon.*

h *in Conc. Gener. cap ſententiã ſanguinis §. nullus quoque. nè Cleric. vel Mon.*

ſi morbus ægroti hoc requirere videretur, huiuſmodi licentia nullatenus ſe extendat.

6 In ædificatione autem Eccleſiarum, & Domorum, ac Clauſtrorum Congregationis noſtræ, ſemper in principio Magiſtri habentes experientiam requirantur, de quorum conſilio, & maioris, [i] ac ſanioris partis Conuentus conſenſu, fundentur, & in opere procedatur.

[i] Arg. ex Conc. Later. c. cũ in cunctis. de his, quæ fiunt à mai. part. capit. & c. quanto, et c. nouit. de his, quæ fiunt à Præla. c. eſtote. 1. q. 1.

7 Priores autem antiqua ædificia, aut aliàs facta, vel incœpta deſtruentes, vel mutantes, aut noua erigentes, contrà formam præmiſſam, & ſinè licentia ſpeciali Patris Vicarij Generalis, aut Viſitatorum tempore viſitationis, in ſcriptis habita, quæ prius in Capitulo coram Fratribus Conuentus c[illegible]rè legatur, ab officio Prioratus ex nunc ſuſpendi[illegible] & ſuſpenſos eſſe declaramus. Fratres verò, qui a[illegible] prædicta, vel aliquod prædictorum conſilium, auxilium, vel fauorem præſtiterint, ex nunc actiua, paſſiuaquè voce per triennium priuamus.

8 Exercitium [k] quotidianum fiat ſecundũ Prioris arbitrium, & locorum diſpoſitionem.

[k] Arg. ex Conc. Cartag. c. Clerel 1. & c. Clerel 2. & ex Conc. Nanet. c. Preſbyter. di. 91. & Hieron. in cap. nunquã. de conſec. diſt. 5. & c. de præſentiũ 16. q. 1. ex 7. Synodo c. Cler. 21. q. 1.

Quandò, & quomodò Fratres intrent Capitulum, & de modo, qui in eo ſeruatur, & de benedictione danda in ſero, ac diſciplina. Cap. 3.

1 POſt Matutinum omni tempore, ſiuè ferialis, ſiuè feſtiuus dies fuerit, exceptis diebus Cœnæ Domini, & Paraſceues, ac Sabbato Sancto tantum, hora quæ Priori videbitur opportuna, vbiquè in noſtra Congregatione, Fratres ad Capitulum pro-

proceſſionaliter accedant, cum Pſalmo *De profundis*, & c. vel *Miſerere*, & c. cum *Requiem æternam*, & c. Intrantes verò bini Capitulum, inclinanteſquè ſe ad Crucem, [a] vadat vnuſquiſque ad locum ſuum. Et ſi Prior vltimò venerit, omnes ei reuerentiam [b] exhibeant.

2 Tunc Prior dicat. *Adiutorium noſtrum*, & c. & Conuentus reſpondeat. *Qui fecit Cælum, & terram*. Deindè: *Benedicite*, & c. vt in Breuiario continetur. Quo dicto ſedeat Prior, & Conuentus poſt [c] eum. Ipſo igitur Priore, & cæteris poſt eum ſedentibus, ſurgat Lector, & de Conſtitutionibus, ac Diffinitionibus noſtris clara, & intelligibili voce legat quantum Priori placuerit, & ex tunc accedat reuerenter ad Priorem, eí librum offerens, & locum lectionis ei digito oſtendens, & poſteà vadat ſedere in loco ſuo. Prior autem, niſi fuerit hora nimis breuis, ſententiam lectionis Fratribus exponat, & omnes ad obſeruantiam eorum, quæ lecta ſunt, hortetur. Volumus enim, quod Conſtitutiones, ac Diffinitiones noſtræ Congregationis in Capitulo ſic frequenter legantur, & explicentur, vt eas nullus, etiam minus intelligens ignoret. Si autem ſermo in Capitulo fieri debebit, is qui facturus eſt illum, flexis genibus, benedictionem [d] accipiat à Priore. Si verò Prior non adfuerit, Vicarius det illam, alioquin antiquior, [e] vel dignitate, vel profeſſione, qui fuerit in Capitulo, det benedictionem. His expletis, ſi quis habuerit dicere ſuam culpam, dicat.

3 Si verò fuerit feria ſexta, in qua ſolemniter de culpis agi debet, Prior dicat: *Agamus de culpis*. Et tunc omnes proſternant ſe. Et ipſis Prior dicat: *Quid dicitis?* Et quilibet eorum dicat: *Meam culpam*. Et

dicat

a *Arg. in cap. perlatum, & c. venerab. Imagines. de Conſec. diſt. 5.*

b *Arg. in Regu. & c. eſto ſubditus diſt 95.*

c *Arg ex Conc. Laodicen. c. non oportet ex Concil. Cartag. 4. c. Epiſc. di. 95.*

d *Arg. Aug. in c. dictum 1 q. 1. & cap. denique diſt. 21.*

e *Arg in Conc. Agath. c. Epiſ. diſt. 74. & c. ordinationes el 3. in fi. diſt. 75. ex Conc. Cabilon. c. placuit el 1. diſt. 18. de maior. & obed. c. 1.*

Digitized by Google

dicat eis Prior: *Surgite*. Qui ſurgentes, humiliter, & purè confiteantur culpas ſuas, incipientes à ſenioribus, ità videlicet, vt completo primo choro Vicarij, incipiant à capite alterius chori, & vno genibus flexis ſe ipſum accuſante, cæteri ſedeant, & taceant, donec dixerit. Et ſi aliquis fuerit proclamatus, ab alio Fratre; Qui modus proclamationis talis erit. *Frater N. habet dicere ſuam culpam*. Ipſe ſic proclamatus genua flectat, dicens humiliter. *Meam culpam*. Et purè confiteatur culpam ſuam. Quod ſi non recordetur, dicat proclamans: *Recordetur Frater N. quod tale quid dixit, vel fecit*. Si verò Fratres Forenſes habeant dicere ſuam culpam, antè omnes dicant, & egrediantur Capitulum. Poſt quos Nouitij, ſi adſint in loco, dicant culpam ſuam, & egrediantur Capitulum, ſecundum diſcretionem Prioris, vel antè, vel poſt Forenſes. Et ſi Priori videbitur, poterit retinere Nouitios vſquè ad finem Capituli, ſimiliter, & Forenſes. Expletis verò omnibus, quæ eadem hora inſtant, Prior dicat: *Adiutorium noſtrum, &c.* Ad quod Conuentus reſpondeat: *Qui fecit cælum, &c.* Et hoc dicto inclinantes ſe omnes Fratres ad Crucem, bini cum ſilentio, & bini egrediantur. Quandò autem de culpis non agitur, & ſilentium non ſoluitur. *Adiutorium noſtrum, &c.* ſemel dictum ſufficiat.

4 Sexta feria in Capitulo de culpis agi volumus, aut poſt Matutinum, aut poſt Veſperas. Et alijs diebus de culpis agi poterit, ſi cauſa rationabili ſubſiſtente, diſcretioni Prioris videbitur expedire. Et etiam ſingulis diebus, [f] antè prandium, vel antè cœnam, cum Fratres fuerint in ſilentio, exiſtente ibi Priore, vel Vicario, poterunt dicere culpam ſuam de

f *Aug. in cap. tres. poſt med. & argu. in cap. quis aliquandò. de pœnit. diſt. 1. & c. menſuram. ea.*

de negligentijs, ſicut iamdiù in noſtra Congregatione ſeruatum eſt..

5 Item volumus, & mandamus, quod ſingulis diebus, quandò cœna fit antè pulſationem *Aue Maria*, de ſero, poſt ipſam pulſationem Sacriſta ad mandatum Prioris, pulſet ſilentium. Si verò fiat cœna poſt pulſationem, *Aue Maria*, tunc etiam ad ſignum Prioris idem Sacriſta pulſet ſilentium, & omnes Fratres, nemine excepto (niſi ſit infirmus) in Choro, vel Capitulo cum ſilentio cõueniant, ibiquè genuflexi, deuotè in ſpiritu aliquamdiù orent. Deindè Prior, ſi neceſſitas expoſcat, pro infirmis, ſeù alio modo afflictis, & indigentibus, particulares orationes iniungat, & ſi quid in communi, vel annunciare, vel monere oportuerit, breuiter annunciet, vel moneat, ac in fine dicat: *Confiteor Deo, &c.* vt in Breuiario continetur. Quibus expletis, iterum modicum orent pro recõmendatis, & facto ſigno à Priore, omnes cum ſilentio vadant ad cellas [g] ſuas, ità vt nullus cuiuſuis conditionis exiſtat, extrà remanere præſumat, ſinè ſpeciali licentia Prioris.

g *Arg. in c. præter. §. præcipiẽtes di. 32. & in cap. pernitioſam 18. q. 2.*

6 Volumus inſuper, quod ob reuerentiam, & deuotionem Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac carnis macerationem [h] omni feria ſexta, poſt datam benedictionem à Priore in ſero, ad ſignum Campanellæ Fratres omnes conueniant in Dormitorium, & vnuſquiſque in cella ſua, vel priuato loco, in communi faciat Diſciplinam per ſpatium trium Pſalmorum *Miſerere mei Deus, &c* ad minus, & quinquè ad plus, ſecundum diſcretionem Prioris. Qua completa Prior egrediens de cella, & ſtans ſignum faciat. Ad quod omnes Fratres, venien-

h *Arg. in cap. ſi Paulus. in prin. 32. q. 5.*

Digitized by Google

nientes ſinguli ſuper limen oſtij cellæ ſuæ genua fle-ctant, verſis vultibus è regione. Tunc Prior dicat,

℣. *Saluos fac ſeruos tuos.*

℟. *Deus meus ſperantes in te.*

℣. *Mitte eis Domine auxilium de ſancto.*

℟. *Et de Sion tuere eos.*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Qualiter ad culpas audiendas in Capitulo quotidiano procedatur. Cap. 4.

1 IN proclamationibus autem culparum, hunc modum ſeruari volumus, vt cum alius, alium proclamat, vel eum memorem facit, non loquantur mutuò, nè forte (quod abſit) contentiones in Capitulo oriantur. Sed in prima, vel tertia perſona loquantur. In prima, ſcilicet. *Ego dico Omnipotenti Deo meam culpam, & vobis, quià tale quid egi, vel dixi.* In tertia autem ſic. *Frater N. habet dicere ſuam culpam.* Vel vt diximus, ſi non recordatur. *Recordetur Frater N. quod tale quid dixit, vel egit.* Et ad Priorem vterque dirigat ſermonem ſuum. Qui eis de culpis ſuis, de quibus confeſſi fuerint, vel

a *Ex Conc. Toletan. 11. c. in loco. in text. & in gloſ. 5. q. 4. c. ſi ergò. 8 q. 1.*

Digitized by Google

vel conuicti, ſecundum ſtatuta Congregationis pœnam imponat.

2 In Capitulo nullus ſinè licentia loquatur, niſi duabus de cauſis, ſcilicet culpas ſuas, vel alterius dicendo, & Priori ſuo ad interrogata reſpondendo. Et ſi culpa illius talis fuerit, quod diſciplina ſit digna, Prior det illam ſolus.

3 Quod ſi quis forſitan ſuperbia ductus, culpas ſuas confiteri, vel prò eis diſciplinam Congregationis ſubire noluerit, Prior non ſtatim ſententiam ferat in illum, niſi fortè talis ſit caſus, cuius correctio nullo modo, abſquè graui periculo, differri poſſit. Vt puta quandò, ſi incorrectus recederet, Congregationi fortaſſè ſcandalum generaretur. Et tunc Prior mittat ad eum de ſenioribus Conuentus, [b] qui blandis [c] ſermonibus, & pijs exortationibus ad ſatisfactionem illum inducant. Si autem ipſe (quod Deus auertat) expectatus per diem, & noctem, & exhortatus, videlicet ſemel, ſecundò, & tertiò, à duobus, vel tribus de ſenioribus, alternatim, vel ſimul, obſtinati cordis extiterit, ſatisfacere nolens: Ex tunc Prior ſecundum ſtatuta Congregationis noſtræ procedat [e] in ipſum, non obſtante etiam, ſi ad Superiorem appellauerit, cum à correctione [f] iura nulli indulgeant appellare. Si verò pœna huius delicti in Conſtitutionibus, aut Diffinitionibus noſtris non fuerit taxata, habito conſilio ſeniorum [g] de loco, Prior ſecundum ſuum diſcretum arbitrium, [h] vt per Regulam Beati Patris noſtri Auguſtini Præpoſito eſt indultum, procedat in illum.

b *Ideſt ſapientioribus. ſic exponitur in ſimili diſt. 20. c. fin. diſt. 84. c. porrò argu. ad hoc ſapi. cap. 4.*

c *Arg. in c. qui ſincera, & in c. licet nonnunquã, & ex Cõc. Brac. c. cũ beatus. in me. c. recedite. di. 45. c. clemens. 8. q. 1.*

d *Argu. in ca. licet plerumquè d. c. licet nonnunquã. d. c. qui ſincera. & 5. c. ſeq. diſt. 45.*

e *Arg. ex Conc. Tolet. 7. c. plorimus. 20. q. 3. & c. à nobis. de Apoſt.*

f *Ex Conc. Lateran. c. reprehenſib. in princ. & §. præcipuè. & c. ad noſtrã. de appell. quãdo delictum eſt publicum, et notorium. c. peruenit. in fin. eo tit. niſi modus excedatur. cap. de Priore eo tit. & c. licet. de offi. Ordinarij.*

g *Ideſt ſapientiorum ſic exponitur in ſimili c. de quibus di. 20. & c. porrò. di. 84. arg. ad hoc ſap c. 4.*

h *Arg. in c. fi. de tranſact. c. inter dilect. de fide inſt. reg. inſpicimus. cũ concor. de reg. iur.*

Digitized by Google

4 Ex ſola ſuſpicione [i] nullus aliquem accuſet, & ſi contrafecerit, accuſans ſuſtinere cogatur pœnam [k] quam ſi accuſatus, fuiſſet de obiecta ſibi culpa conuictus, portare debuiſſet. Eandem [l] pœnam ſuſtineat, qui in probatione accuſationis alicuius defecerit.

5 Rurſus ſi quis alicui crimen obiecerit, quod ipſe tanquam ſciens eum commiſiſſe illud, etiam ſi iuramento ſe ingerat affirmare, vt puta quià criminis ipſius particeps, vel ſocius fuit, non admittatur contrà illum crimen obiectum, cum ipſe turpitudinem [m] ſuam allegare non poſſit. Sed idem, ſicut reus culpæ, quam ſe commiſiſſe, ex ore ſuo confeſſus eſt, publicè puniatur. [n] Quod ſi is, qui obijcit crimen vſquè tunc vitæ laudabilis, & ſanctæ conuerſationis extiterit, & de eo cui obijcitur crimen, quod illud, vel ſimile quid aliàs commiſerit, apud graues perſonas Congregationis noſtræ, inter quas conuerſatus fuit, ſit opinio læſa, [o] licet contra eum non procedatur ad pœnam, quæ tali culpæ debetur, eo quod non ſit legitimus accuſator, & ſufficiens [p] teſtimonium non appareat, nihilominus de loco, vbi idipſum dicitur commiſiſſe, remoueatur, [q] & in loco alio collocetur. Sed ſi non ſit auditus huiuſmodi ſermo de illo, cuiuſcumque meriti ſit accuſans, ipſe accuſatus ob id grauari in aliquo non debebit. [r]

i Cap. oues 6. q. 1. arg à contra. ſent. in c. qualiter. & quando. el 2. §. fin. ibi qui ſciunt. de accuſ.

k Arg. in c. calumniat. & ca. qui non probauerit. & c. paulum. 2. q. 3. c. quiſquis. & ca. qui crimen. 2. q. 8. c. qui calumniã 5. q. 6.

l Arg. ex Conc. Cartag. 4. c. accuſat. di. 46. & ca. omnis, & ca. quià iuxtà. 5. q. 6 arg. in c. ſignific. de adult.

m De confeſſ. c. 1. & 15. q. 3. cap. nemini de adult. c. ſignifi. de teſtib. c. veniens. el 1. & c. neganda. el 1. & c. non eſt credendũ 3. q. 11.

n Arg. in d. cap. ſignif. de adult.

o Argu. in d. c. 1. §. ſi tamen eos infamia. de confeſſ. & c. non eſt. de purg. can. c. inter. eo ti. de adult. c. ſignif.

p Arg. in d. c. veniens. el 1. §. nos tuam. de teſtibus.

q Arg. in d. c. valet. di. 81. & arg. ad hoc. in d. c. 1. §. ſi tamen eos infamia. de confeſſ.

r Arg. in d. c. 1. in priu. de confeſſ.

Quo-

Quomodò Fratres ſe habeant cum ad horas, & ad Capitulum, atquè collationem, & ad refectionem tardè eos venire contigerit. Cap. 5.

1 QVis quis ad Matutinum, vel ad alias horas tardè venerit, intrans Chorum more ſolito, verſus maius Altare genua flectat reuerenter, [a] & erectus ſtet immobilis, nec vadat ad locũ ſuum, donec ſignum factum fuerit ei à Priore. Audito autem ſigno, inclinet ſe profundè, & reuerenter ad Altare, & ad locum ſuum accedat.

2 Ad Capitulum verò, ſeù ad refectionem tardè veniens, coram Priore genua flectat, & benedictionem accipiat, antequam ad menſam, ſeù ad locum ſuum accedat. Si quis autem ſic tardè ad refectionem, vel ad collationem venerit, quod iam Fratres ſedeant in locis ſuis, tunc ei nullus cedat, ſed in vltimo loco ſedebit.

3 Ad horas illum intelligimus tardè venire, qui ad inchoationem horæ in Choro non fuerit. Idcircò ſtrictè præcipimus, vt pulſato vltimo ſigno ad horas, extrà Chorum, [b] cum aliquo, ſinè ſpeciali licentia Prioris nullus audeat remanere, niſi forſitan aliquandò cum venerabilibus perſonis fuerit, quas honeſto modo dimittere non poſſit. Nec in Choro exiſtens, ſinè ſpeciali licentia Prioris, ab Officio recedat.

4 Qui verò ad Horas, vel ad Capitulum tardè [c] venire in vſum duxerit, diutius ſtare erectus, vt erubeſcat cogendus eſt, & pœna alia, ſicut cenſuerit prouida Prioris diſcretio, puniendus. Et ſi fortè ali-

a *Arg. in Clem. decet. §. ſit itaquè. de immun. Eccleſ. in 6. c. perlatum. c. venerabiles. de cõſec. diſt. 3.*

b *Arg. ex Conc. Aurel. ca. Cler. di. 91. ex Conc. Martini Papæ c. ſi quis Presb. & c. ſi quis Epiſc. el 3. in ſi. di. 92. Clem. grani. de celeb. Miſſ.*

c *Arg. ex Conc. Antioc. c. propter Eccleſ. el 1. ex Conc. Tolet. ca. decernimus. ex Conc. Laodic. ca. non opus. ex Conc. Calc ca. peruenit. ex Cõcil. Arelat. c. ſi quis autem. ex Conc. Agat. c. ſi Epiſc. ex Conc. Mart. Pa. c. propter. el 2. di. 18.*

aliquis alta ſapiens, licet tardè veniat in locis prædictis, ſe habere ſicut à nobis mandatur, contempſerit, ſi monitus ſemel, & ſecundò non ſe correxerit, tanquam inobediens, nè morbo ſuo inficiat humiles, puniatur.

Quomodò Miſſæ à Fratribus audiantur quotidiè, & pro Benefactoribus viuis, atquè defunctis, ac Fratribus decedentibus debeat celebrari. Cap. 6.

1 Miſſam Conuentus [a] omnes Fratres quotidiè audiant ſimul, nec foris quiſquam remaneat, niſi ſit infirmus, aut communi negotio occupatus, quod commodè dimitti non poſſit, vel de Prioris licentia ſpeciali. Et ſi aliqui communibus negotijs occupati Miſſæ Conuentus intereſſe non poterunt, etiam infirmi, quibus ex motu non ſurgit probabilis de reciduatione timor, horas obſeruent, in quibus priuatas [b] Miſſas audire, vel celebrare teneantur.

2 Dum autem Miſſa Conuentus, aut Officium celebratur, omnes qui in Choro ſunt, ſic intendant [c] ad illa, vt pro eo quod agatur in Miſſis priuatis, de locis eorum non ſe moueant, niſi quando exiſtentes in ſtallis ſuis, in ipſis priuatis Miſſis beatam Hoſtiam viderint eleuari. Tunc nudis capitibus genua flectant, [d] & facta adoratione ſurgant.

3 Statuimus etiam, quod quilibet Sacerdos, prò Fratribus, Familiaribus, Propinquis, & Benefactoribus [e] defunctis Congregationis noſtræ, omni anno incipiendo à Feſto S. Michaelis, vſque ad Feſtum

a Arg. in c. cum creatura de celeb. Miſſ.

b Arg. in c. dolentes. de celeb. Miſſ. & ex Cõcil. Aurelia. c. cum ad celebrãdũ. ex can. Apoſtolor. c. omnes fideles. ex Conc. Agat. c. Miſſas. d e conſ. diſt. 1.

c Arg. ex can. Apoſt. d. c. omnes fideles. de conſec. diſt. 1. c. decet. §. ſic itaque. de immun. Eccl. lib. 6.

d Arg. in c. ſanè. §. Sacerdote. de celeb. Miſſ.

e Arg. in c. ipſi Sacerdotes. 1. q. 1.

Digitized by Google

Feſtum Omnium Sanctorum, dicat vnam Miſſam de Requiem. Fratet verò Clericus vnum integrum Officium Defunctorum. Et Frater Conuerſus ſuum Officium pariter Defunctorum. Prò Fratribus quoquè, Familiaribus, Propinquis, & Benefactoribus viuis, ſimiliter quilibet Sacerdos, eodem tempore quo ſuprà, dicat vnam Miſſam de Sanctiſſima Trinitate, cum Oratione prò peccatis, ſeù prò remiſſione peccatorum. Clericus ſemel Pſalmos Pœnitentiales, cum Litanijs, Precibus, & Orationibus. Et Conuerſus totum ſuum Officium de Beata Virgine. Singulis etiam menſibus, in quolibet Conuentu noſtræ Congregationis, cantetur vna Miſſa de Requiem, prò Benefactoribus Defunctis Congregationis noſtræ, & illius Conuentus, & eadem die omnes alij Sacerdotes orent in Miſſa prò prædictis. Clerici verò ſi adſint in loco, dicant prò illis totum Officium Defunctorum. Et Conuerſi ſuum Officium pariter Defunctorum.

4 Decedente verò Summo Pontifice, f infrà decem dies, poſtquam eis de obitu ipſius conſtiterit, totum Officium Defunctorum, in quolibet Conuentu noſtræ Congregationis, cum Miſſa prò eo ſolemniter decantetur, & eadem die omnes alij Sacerdotes orent in Miſſa prò eodem. Clerici verò dicant priuatim prò eo totum Officium Defunctorum. Et Conuerſi ſuum Officium pariter Defunctorum. Decedente autem Cardinali Protectore, aut Priore Generali noſtri Ordinis, vel Vicario Generali Congregationis noſtræ, fiant ſuffragia modo prædicto, de Summo Pontifice.

f *Arg. in ca. ſi Papa. diſt. 40.*

5 Decedente autem aliquo de Fratribus noſtræ Congregationis, etiam ſi Nouitius fuerit, vel Con-

Digitized by Google

Conuerſus, [g] aut Commiſſus, in Conuentu, in quò eum mori contigerit, Officiũ Sepulturæ eius ſolemniter celebretur, cum Inuitatorio, tribus Nocturnis, & Laudibus Defunctorum, ac Miſſa ſolemni, & cætera peragantur, prout in Rituali continetur. Similiter omnes Sacerdotes illius Conuentus eadem die Miſſam prò eo celebrent, & ſi fieri poterit, etiam Sacerdotes exteri vocentur ad celebrandum. Clerici verò eiuſdem Conuentus ſi adſint, dicant prò eodem priuatim integrum Officium Defunctorum. Et Conuerſi ſuum Officium pariter Defunctorum. In alijs verò Conuentibus, cum primum Priores de morte illius per Patrem Vicarium Generalem admoniti fuerint, vel per ſchedulas, vti ſingulis annis circà Feſtum Epiphaniæ Domini, fieri mos eſt in noſtra Congregatione, vel extrà id tempus, per priuatas epiſtolas, aut aliàs, notitiam mortis huiuſmodi habuerint, dicatur in Choro Nocturnum cum Laudibus Defunctorum, & Miſſa vna cantetur prò anima illius. Porrò alij Sacerdotes ipſa die orent in Miſſa prò eodem. Et Clerici priuatim dicant integrum Officium Defunctorum. Similiter, & Conuerſi ſuum Officium Defunctorum.

[g] *Arg. in cap. innouamus. de treu. & pa. ca. Parochianus, & ca. ſeq. de ſent. excom.*

6 Vt autem, quæ interdum ex infirmitate, vel aliquorum negligentia omittuntur, poſſint ex plurimorum ſuffragijs reſtaurari, volumus, quod in quolibet Conuentu noſtræ Congregationis, annuatim [h] poſt Feſtum S. Agathæ, Anniuerſarium Patrum, Matrum, Fratrum, Sororum, Familiarium, & Propinquorum Defunctorum noſtrorum celebretur. Quod etiam fiat prò Defunctis omnibus Benefactoribus noſtris poſt octauam SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli. Sicuti prò omnibus noſtri Ordinis Fra-

[h] *Arg. in c. cum creatura. de celeb. Miſſ.*

Digitized by Google

Fratribus, ac Sororibus defunctis, poſt Solemnitatẽ Omnium Sanctorum noſtrorum. Quibus reſpectiuè diebus quilibet Sacerdos de eodem Anniuerſario celebret. Frater verò Clericus dicat priuatim totum Officium Defunctorum. Et Frater Conuerſus ſuum Officium pariter Defunctorum.

7 Et nè prædicti termini tradantur obliuioni, in Martyrologio, & Kalendario ſcribantur, & in Choro ſuo tempore, ad modum Feſtiuitatum recitentur, & pronuncientur.

Quomodò Fratres ſe habeant cum aliquod Officium eis iniungitur, & pro quibus caſibus Procurator, ac Sacriſta ab officio abſoluantur. Cap. 7.

1 ORdinamus, vt cum Prior in Capitulo, aut alibi, aliquam communem Orationem, vt ſæpè prò Benefactoribus, [a] & afflictis, aut conſimilibus fieri ſolet, vel quidpiam operis verbo, vel ſigno alicui ex Fratribus ſpecialiter iniunxerit, ſeù omnibus in communi, deuotè omnes inclinent ſe ſtatim, facturos [b] quod eis iniunctum fuerit annuentes. Si verò iniunxerit in Capitulo alicui, eum præeſſe alicui officio, vt eſt Cantor in Choro, Portinarius, Eleemoſynarius, Infirmarius, Seruitor hoſpitum, Superſtes operum, & huiuſmodi, flectant genua ſtatim, audito mandato ſui Superioris, annuentes ſe ſe facturos, quidquid iniunctum fuerit eis.

2 Omnia enim officia, [c] & miniſteria domus committere Fratribus, & inter ipſos ea diuidere, pro-

a *Arg. in c. ipſi 1. q. 1.*

b *De ſta. reg. c. cum ad Monaſt. §. Albas. & libro capitulor. c. in omnibus. de conſ. diſt. 5.*

c *Arg. in d. ca. cum ad Monaſter. §. tales de ſtat. reg. c. cũ ad noſtram. & cap. porrecta. de confir. vtili.*

proprium eſt Prioris domus, excepto quod Sacriſtam, & Procuratorem eligant Fratres ſui Conuentus, quorum electionem acceptabit Prior. Eorum tamen auctoritatem decernimus, & volumus in ſola Prioris conſiſtere voluntate; ità vt ſi Procurator, aut Sacriſta, ſeù eorum aliquis, fines auctoritatis, quam in eorum officijs ipſe Prior eis commiſerit, exceſſerint, & moniti ſemel, ſecundò, & tertiò in Capitulo ab eo coram Conuentu, vlterius id facere præſumpſerint, poſſit eos auctoritate ſua, ab eorum officijs remouere. *d*

d Arg. ex Conc. Later. c. Monachi §. Priores de ſtat. reg. & cap. innotuit. circà fi. de elect.

3 Si autem ex huiuſmodi officijs, ſeù quodcumque aliud mandatum, dumodò illud non ſit Diuinæ iuſſioni contrarium, alicui ſubditorum ſuorum iniunxerit Prior, illud iuſſus ſinè diſceptatione ſuſcipiat, etiam ſi graue multum, & ſuis viribus importabile videatur, ſed poſteà imbecillitatem ſuam, & præcepti difficultatem *e* Priori ſuo, cum omni humilitate, ſecretò inſinuet. Et ſi quod optat obtinere meruerit ab eodem, gratias agat Deo, & humilior fiat. Sin autem, ſciat ſic ſaluti animæ ſuæ expedire, & quantum in eo eſt faciat, ſicut nouerit imperantem velle. Non enim volumus Priorum noſtrorum mandata cauſari, nec eorum præceptis, etiam ſi valdè, aut prorſus difficilia *f* ipſi imperent, aliquem contraire. *g* Si verò poſt quam in Prioris ſui obedientia, ſecundum datam ſibi à Deo gratiam, ſe cœperit humiliter exercere, probabiliter viderit, id quod iniunctum eſt ſibi, implere, & in eo vtiliter laborare, abſquè interioris, vel exterioris hominis periculo, & nimia difficultate non poſſe, ſi fruſtratorias non videatur cauſas, vel excuſationes prætendere, Prior Fra-

e Arg. in cap. ſi quãdo. de reſcri. & in c. cum teneamur. de præben.

f Arg. in c. quid culpatur. 23. q. 1.

g De ſtat. Reg. d. c. cũ ad Monaſteriũ. §. Abbas.

trem

Digitized by Google

trem ab huiuſmodi obedientia abſoluat, vel eidem de Socio prouideat, diligenti tamen conſideratione præmiſſa. Ad quod ſi quacumque ex cauſa, Prior ipſe difficilis videretur, Conuentus, qui in ſua prece fruſtrari non debet, apud eum, vt id faciat, procurabit.

Quomodò, vbi, & à quibus ſecretæ Confeſſiones Fratrum Congregationis, & etiam Sæcularium audiantur. Cap. 8.

1 SEcretæ Confeſſiones Fratrum audiantur à Priore, vel ab alio, ſeù alijs, de mandato, aut de licentia [a] ipſius. Nunquam tamen Prior Fratres ſuos ad ſibi confitendum cogat, [b] ſed grauioribus ſui Conuentus Sacerdotibus, doctrina [c] ſufficienti præditis, honeſtiſquè moribus [d] decoratis, & à Patre Vicario Generali, vel à Viſitatoribus in actu viſitationis per examen approbatis, tam grande munus demandet. [e]

2 Nullus Prior alienum [f] ſubditum, vel ſubditus Sacerdos aliquem, abſquè licentia Superioris illius, excepto mortis articulo, abſoluat. Sic autem abſoluens, & confitens, ſi Sacerdos fuerit, Fratris alicuius, aut extranei confeſſionem aliquam (niſi in articulo mortis) non audiat, donec per Patrem Vicarium Generalem cum eo fuerit diſpenſatum.

3 Verum nè Fratres noſtri ex obedientia ſuorum Superiorum à Conuentu ſuo abſentes, acephali

a *Greg. c. Placuit. de pæn. di. 6.*

b *Arg Clem 8. Sanctiſs. Dominus noſter §. nõ liceat 26. Maij 1593.*

c *Arg. in c. ſtatuimus. 4. diſt. 61. Clem. dudum. §. ſtatuimus. de Sepult. ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. de refor.*

d *Arg. in c. fin. diſt. 25. c. vna tantũ 4. di. 26. cap. ſicut hi. 8. §. neceſſe di. 47. c. in Sacerdot. 2. c. Epiſcoporũ. 6. di. 61. c. propoſuiſti. 2. di. 82 c. quid autem. 23. 8. q. 1. Clem. dudum. §. ſtatuimus. de Sepult. ex Conc. Trid. ſeſſ. 14 de refor. in proem.*

e *Arg. in cap. ſi Epiſc. de pæn. in 6 ex Clem. dudum §. ſtatuimus. de Sepult. Clem 8. de reform. §. ſuperior.*

f *Arg. in c. Paſtor. §. ad quod. de Offic. Ordin Clem. religioſis § quibus etiam. de priuil. cap. ſi Epiſc. 2. de Offic. Ord. Concil. Trid. ſeſſ. 14. de pœnit.*

phali videantur, aut contrà Iuris formam, officium ſuum g eis videatur eſſe damnoſum, declaramus Fratres noſtros ſub illius Prioris obedientia, & auctoritate eſſe, in cuius Conuentu, vel Quæſta, cum Superiorum obedientia, eos contigerit inueniri.

g *Arg. in c. cũ in officijs. de reſt. & à cõtra. ſent. in capit. omnis vtriuſquè ſexus de pœnit. & remiſſ.*

4 Quilibet Prior in ſuo Conuentu, infraſcriptos caſus, vel omnes, vel aliquos eorum, prout melius in Domino expedire iudicauerit, ſibi reſeruare poterit, h huiuſmodi autem ſunt.

h *Clem. 8. in decret. hac de re adit. 26. Maij 1593.*

1 *Veneficia, Incantationes, Sortilegia.*

2 *Apoſtaſia à Religione, ſiuè habitu dimiſſo, ſiuè retento, quando eo peruenerit, vt extrà ſepta Monaſterij, egreſſio fiat.*

3 *Nocturna, ac furtiua è Monaſterio egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta.*

4 *Proprietas contrà votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale.*

5 *Iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeù legitimo.*

6 *Procuratio, auxilium, ſeù conſilium ad abortum faciendum, etiam effectu non ſequuto.*

7 *Falſificatio manus, & ſigilli Officialium Monaſterij.*

8 *Furtum de rebus Monaſterij in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale.*

9 *Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus.*

10 *Occiſio, aut vulneratio, ſeù grauis percuſſio cuiuſcumque perſonæ.*

11 *Malitioſum impedimentum, aut retardatio, ſeù aperitio litterarum à Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad Superiores.*

5 Præter iſtos autem caſus, nullum i aliud peccatum, quantumuis graue, Prior aliquis, abſquè con-

i *Clem. 8. vbi ſuprà.*

Digitized by Google

conſenſu Capituli Generalis noſtræ Congregationis, ſibi reſeruare audeat, vel præſumat. Imò in paruis Conuentibus,facultate reſeruandi, ſibi caſus Priores circumſpectè vtantur, nè Confeſſio ſacramentalis odioſa reddatur.

6 Omnes autem, & ſingulos Sacerdotes noſtræ Congregationis, ad audiendas Fratrum Confeſſiones deputatos, vel impoſterum deputandos, ſemel, ſecundò, & tertiò monemus, & in virtute Sancti Spiritus præcipimus, vt nullum Fratrem ab aliquo ex prædictis caſibus, quem ſibi Prior in ſuo Conuentu reſeruauerit, abſoluere præſumant, ſinè ipſius Prioris, vel eius Locumtenentis licentia ſpeciali. Contrafacientes verò, trina canonica monitione præmiſſa, in his ſcriptis excommunicatione innodamus. Prior tamen in concedenda huiuſmodi facultate difficilis non ſit, nec illam poſtulantibus omninò neget. Quod ſi aliquandò alicui negauerit, aut petenti dare noluerit, poſſe nihilominus Fratrem illum prò illa vice, etiam non obtenta à Priore facultate, licitè, & validè abſolui, ex indulto Apoſtolico, [k] concedimus. Socium autem criminis in aliquo ex prædictis caſibus, ſub quouis prætextu, nullus abſoluat, quicumquè ille ſit, hoc enim omnibus abſolutè interdictum eſſe volumus, & declaramus.

k *Clem. 8. vbi ſuprà.*

7 Statuimus etiam, & ordinamus, quod deputati ad audiendas Confeſſiones Fratrum, non intelligantur deputati ad audiendas Confeſſiones Nouitiorum, niſi accedat ſpecialis licentia Prioris, quam pluries in anno, & in diebus præſertim Communionis generalis, vel quoties opportunum iudicauerit, & Nouitij ipſi petierint, ſinè vlla difficultate, dare

Q 2 pote-

poterit ipſe Prior. Non probamus enim, quod Nouitij cogantur Magiſtro ſuo tantumodò confiteri, ſed ad Priorem pertinebit prouidere de aliquo, vel aliquibus, quos ad huiuſmodi munus magis aptos iudicauerit, qui prædictis temporibus, ſacramentales Nouitiorum Confeſſiones audire poſſint.

8 Præterea volumus, & firmiter obſeruari mandamus, vt ſemel ad minus in ſeptimana, Frater quilibet noſtræ Congregationis, cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtat, teneatur debitè confiteri, vel in Choro, vel in Capitulo, vel in Sacriſtia, vel deniquè in aliquo publico, & decenti loco. Si quis autem hoc facere neglexerit, per Priorem ſuum publicè puniatur. Si quis verò Prior hanc noſtram ordinationem executioni mandari non fecerit, aut ſingulo ſaltem menſe [l] diligenter non inquiſierit, an Fratres omnes ſui Conuentus debitè confiteantur, & cui, tanquam Subditorum ſuorum ſaluti non intendens, Prioratus officio priuetur.

l Arg. ex Clem. nè in agro. §. ſanè. de ſta. Mon. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 10. de regul.

9 Nullus Sacerdos noſtræ Congregationis ad audiendas Confeſſiones Sæcularium cuiuſcumque conditionis, aliarumuè perſonarum exterarum, ac præſertim Mulierum, aſſumi poſſit, aut deputari, vel Epiſcopo Diœceſano prò facultate audiendi Confeſſiones præſentari, niſi ſit in ipſa Congregatione actualiter profeſſus, & inſuper ſit bonæ famæ, & probis moribus decoratus, ac in caſibus conſcientiæ ſufficienter inſtructus, ſuper quibus à Patre Vicario Generali, vel à Viſitatoribus in actu viſitationis fuerit diligenter examinatus, & demum à Diffinitorio Capituli Generalis noſtræ Congregationis per ſecreta ſuffragia approbatus.

10 Volumus propterea, & ordinamus, quod

Pater

Pater Vicarius Generalis, & Viſitatores noſtræ Congregationis, tempore viſitationis, in ſingulis Conuentibus diligenter inquirant de Fratribus, ad audientiam Confeſſionum approbandis, & eos ſuper caſibus conſcientiæ rigoroſè examinent. Quatenus media eorum informatione, tam quoad mores, & alia requiſita ſuperius expreſſa, quam quoad ſcientiam, poſſit Diffinitorium Capituli Generalis noſtræ Congregationis, quos dignos iudicauerit approbare, & indignos, ac ineptos repellere.

11 Contrafacientem verò Priorem, & contrà præfatam formam ad Confeſſiones audiendas aſſumentem, Prioratus, & officij ſui ſuſpenſione mulctamus, irritam nihilominus aſſumptionem huiuſmodi decernentes, quam ſtatim præcipimus reuocari. Fratrem verò ſubditum ſic aſſumptum, & contrà præmiſſam ordinationem ad audientiam Confeſſionum huiuſmodi temerè ſe ingerentem, etiam ſi à proprio Priore cum auctoritate Ordinarij Epiſcopi de facto ad huiuſmodi officium promoueretur, ac etiam ſi Sæculares, & extraneæ perſonæ eligendi ſibi Confeſſorem facultatem haberent, vſquè ad tres annos tunc futuros, & donec cum eo per Diffinitorium fuerit diſpenſatum, ad huiuſmodi officium exercendum inhabilem, & ſuſpenſum eſſe decernimus, & declaramus, voceque actiua, & paſſiua per biennium priuamus.

12 Mandamus nè Confeſſores Sęcularium apud ſe pecunias retineant, quæ Confeſſionum occaſione, vel aliàs pro Miſſis celebrandis dantur eis, ſed ſtatim eodem die, vel ſequenti Sacriſtæ conſignent. Contrafacientes verò, vel fraudantes, vt proprietarij habeantur, & furti iudicio puniantur.

De

Digitized by Google

De forma collocutionis Fratrum cum Mulieribus, & Confeſſionibus earumdem audiendis. Cap. 9.

a Ex Conc. Afric. 4. c. Clerici ex Conc. Cartag. 4. c. cum omnibus. & ex eo. cap. §. ad reatum. ex 7. Synodo c. in omnibus. & c. Cler. & 5. c. ſeq. diſt. 81. ex Conc. Niceno diſt. 32. c. interdixit.

1 QVoties verò in Eccleſia, aut extrà locum Frater aliquis cum Mulieribus [a] loqui debebit, ſeù volet, non loquatur, niſi prius licentiam obtinuerit à Priore, & Prior ei de Socio idoneo prouidebit, ſinè cuius conſpectu, & auditu, loqui cum Muliere is, qui requiſitus fuerit non debebit, niſi Mater, vel Soror carnalis fuerit, cum quibus Frater loqui poterit, Socio non audiente, ſed vidente.

2 Fratres verò foràs prò neceſſitatibus domus petendis miſſi, cum eis loqui poſſint de ijs, quæ ad neceſſitatem petendam ſpectabunt, etiam alter ſinè altero: vt cum in petendo eleemoſynas, per vicos ſeparatim vadunt, quià tunc neceſſitas ſic loqui exigit. Intrare autem domos, aut ſedere, aut confabulari cum eis, non licebit. Procurator, & Fratres alij, cum ad procurandum neceſſaria Fratrum vadunt, poterit Frater præſente Socio ſuo ſemper, & vidente eum, de huiuſmodi cum Muliere loqui ſolus, ità tamen quod cum vna eademquè Muliere, frequens [b] non ſit talis collocutio. Nuſquam autem Frater aliquis ſolus, abſquè tertia perſona præſente, cum Muliere ſola moram faciat, vel loquatur, nec remaneat cum ea ſolus in Eccleſia. Sed ſi de conſilio, aut de Confeſſione, aliqua Mulier Sacerdotem conſulere voluerit, ad aliquod Confeſſionale eat, ſicut moris eſt in noſtra Congregatione. Nec niſi clara luce Mulierum Confeſſiones au-

b De cohab. cle. c. ſi quiſquam & diſt. 81. cap. ſi quiſpiam. Ex Conc. Laodicen. ca. non oportet. & cap. ſed ſi ea. & c. quorumdã diſt. 34.

Digitized by Google

audiantur, niſi mortis, vel infirmitatis articulus aliud exigat.

3 Cum autem ad audiendum Confeſſiones qualiumcumque Mulierum Frater Sacerdos egreditur, ſemper ei prouideatur de Fratre Socio, quem opinio bona commendet, & vbiquè & ſemper ſic ſe habeat, vt Socius ſuus patenter videat eum. Quod ſi contrafecerit, ipſe Sacerdos ſit ſuſpenſus ab audientia Confeſſionum per annum, & ſuper terram in pane, & aqua ſolum, tribus diebus ieiunet, coram Fratribus de Conuentu. Si autem Frater Clericus, vel Conuerſus in tali priuata locutione fuerit repertus, voce careat per annum, & per tres dies ſimili modo ieiunet. Et ſi de prædictorum priuata locutione ſcandalum oriretur, acrius puniantur, ſecundum quod ſcandali magnitudo requirit. Si verò Socius fuerit Sacerdos, ſimili negotio occupatus, ſic ambo ſtabunt, vt poſſint ſe mutuò videre. Et ſi fortè Sacerdos alicuius Mulieris infirmantis Confeſſionem audiat, quæ in thalamo, vel tam arcto loco iaceat, quod Socius vt videat ipſum, commodè manere non poſſit, tunc Socius ipſe quantum poterit, iuxtà oſtium thalami manebit, dumodò verba intelligere non poſſit confitentis. Vbi tamen veriſimiliter perciperet Socius, perſonas de domo propter obſeruantiæ cuſtodiam ſcandalizari, [c] admirantes, quod ſic propè oſtium maneret, nolumus, quod tunc obſeruetur quod dictum eſt. Quià nolumus nos [d] maiorem ſuſpicionem habere de noſtro Sacerdote Confeſſionem audiente, quam perſonæ de domo habeant de ſua Muliere confitente.

c *Arg. in c. ad aures de temp. or. c. qui ſcandalizauerit. de ſen. & re iud. c. cũ ex iniuncto. §. ſuper eo. de no. ope. nunc. c. aliquantos in ſi. diſt. 51. c. preſbyter. diſt. 95. in c. illa. §. alia verò. diſt. 12. c. vt cõſtitueretur. in ſi diſt. 50. c. quiſquis. 3. q. 4. ca. ſuper quodã. de ſta. reg.*

d *Vt maius ſcãdalum vitetur. argu. in c. conſilium. de obſeruitin. c. ſi quid 23. q. 2.*

Quo-

Digitized by Google

Quoties, & quandò Fratres communicare debeant, & qua pœna puniantur, qui nolunt communicare. Cap. 10.

1 FRatres noſtri omnes, tam Nouitij, quam Profeſſi, Clerici, Conuerſi, & Commiſſi viginti vicibus communicare [a] teneantur in anno, niſi de licentia, ſeù mandato Prioris, propter aliquam cauſam, alicui remanere contingat, videlicet. *In prima Dominica Aduentus. In die Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti. In Epiphania Domini. In Feſto Purificationis B Mariæ Virginis. In prima Dominica Quadrageſimæ. In Dominica quarta Quadrageſimæ. In Feſto Annunciationis B. Mariæ Virginis. In Feria quinta in Cœna Domini. In die Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. In Aſcenſione Domini. In die Sancto Pentecoſtes. In Feſto Corporis Chriſti. In Feſto Natiuitatis S Io. Baptiſtæ. In Feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. In quarta Dominica Menſis Iulij. In Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis. In Feſto S. Patris noſtri Auguſtini. In Natiuitate Beatæ Mariæ Virginis. In Feſto S. Michaelis Archangeli. In Solemnitate Omnium Sanctorum.*

a Arg. ex doct. Augu. in c. quotidiè. & c. per acta & Ambro. c. ſi quoties & 2. c ſeq de conſe. diſt. 2. Clenè in agro. § ſanè. de ſta. reg.

2 In huiuſmodi autem diebus Communionis generalis Prior poſt Matutinum faciat Abſolutionem generalem, prout in Breuiario noſtri Ordinis continetur, & concedat ſemper delectis Confeſſoribus ſui Conuentus facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus reſeruatis, niſi ipſi neceſſarium videretur, ob aliquam rationabilem cauſam, aliquem caſum retinere.

3 Si quis autem ex Fratribus, in aliquo prædictorum dierum, abſtinere à Communione petierit, ſinè

ſinè rationabili, & manifeſta cauſa, non concedatur eidem. Quam cauſam, ſi ei recitanda ſecretè non fuerit, coram Priore, & Conuentu, vel ſaltem duobus de ſenioribus Conuentus, confiteri [b] penitus teneatur. Quod ſi facere renuerit, [c] quotidiè ſedeat in terra coram toto Conuentu, ſecunda, quarta, & ſexta feria ad minus, in pane, & aqua ſolum, ſeptimanis ſingulis ieiunando. Teneat etiam continuum ſilentium, morando in Cella, donec de prædicta culpa ſatisfecerit ſicut decet. Et talis cuiuſcumque conditionis exiſtat, vſquè ad plenam ſatisfactionem, ab omni officio, & miniſterio Congregationis ſuſpendatur. Sacerdotes etiam, qui ratione cæcitatis, vel ſenectutis, vel alicuius alterius corporalis impedimenti, ſiuè ad tempus, ſiuè in perpetuum à celebratione ſunt ſuſpenſi, diebus prędictis communicare teneantur.

b *Arg. in d. Clo. nè in Agro. de ſta. reg.*

c *Arg. ex Conc. Agathen. c. Cōtumaces. di. 50.*

3 In omnibus porrò diebus Communionis generalis omnes Fratres, vel celebrent, vel communicent, & poſt celebrationem, vel communionem, genibus flexis dicant Orationem: *Deus omnium Fidelium paſtor, & rector, &c.* aut Orationem Dominicam, qui prædictam neſcierint, prò conſeruatione ſtatus S. Matris Eccleſiæ, ac Romani Pontificis prò tempore exiſtentis. Et tunc ex gratia, & conceſſione Sedis Apoſtolicæ, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, ſingulis diebus prædictis conſequentur.

Digitized by Google

Quomodò Silentium in Choro, & Dormitorio, & cæteris locis, & horis à Fratribus teneatur. Cap. 11.

1 IN Choro, [a] Dormitorio, & Clauſtro primo, in Refectorio, Capitulo [b] quoquè, & Sacriſtia, atquè in Cameris priuatis, ſummum ſilentium ſemper ſeruetur. In Capitulo tamen primi Clauſtri, lectiones, ac diſputationes fieri non prohibemus. Vbi verò Clauſtrum primum non eſt completum, ſecundum prouidentiam Prioris, in parte eius loqui liceat, & in parte alia ſilentium teneatur. Vbi autem tantum vnum eſt Clauſtrum, quod in parte eius Fratres loqui valeant, Prior ſimiliter poterit diſpenſare. In Eccleſia verò, vel etiam in Choro, & in Sacriſtia (in Cella autem minimè) Sæcularium virorum poſſumus Confeſſiones audire.

a *De ſta. reg. c. cum ad Monaſterium. ſ. in oratorio. & Concil. Tolet. 11. c. in loco. 5. q. 4. ca. decet ſ. ſit itaquè de immunit. Eccl. lib. 6. cle. nè in agro. ſ. præmiſſa. de ſta. reg. ca. dolentes. ſ. ſunt & alij. de celeb. Miſſ.*

b *Ex Conc. Tolet. 11. cap. in loco. 5. q. 4.*

2 In Dormitorio quoquè lectioni, & orationi vacare poterunt Fratres, ſcribere etiam, & quidpiam aliud operari, ſi id abſquè vllo ſonitu, & inquietudine alicuius fieri poſſit. In quo per totam noctem lampas ardeat, & luceat clarè. Quod ſi Prior neglexerit facere, arguatur, & puniatur, ſecundum quod diſcretioni ſuorum Superiorum videbitur expedire.

3 In Clauſtro verò ſecundo Officium præuidere, & cantare, ac manibus operari licebit. In alijs etiam locis honeſtis, & omni ſuſpicione carentibus Fratres ad lectionem, orationem, & pſalmodiam eſſe poterunt. Extrà autem ambitum domorum, vt puta in Pomario, orare nocturno tempore, vel diur-

diurno, cum Conuentus dormit, aut reficitur, aut diuinis inſeruit, ſuſpicione [c] dicimus non carere.

c Regul. qui cõtrà iura. cum ſuis concord. de regu. iur. in 6.

4 Prior etiam in Refectorio ad menſam, & in Choro de ijs, quæ expedierint, ſilenter loqui poterit. Et Magiſter Nouitiorum, cum eis tantum, in ijſdem locis, ſimili modo poterit loqui: nec non & Cantor in Choro, in diſtributione officij, qui tamen ſic deprimat vocem in loquendo, tanquam ſi loqueretur in aure. In locis autem ipſis, & horis ſilentio deputatis, Fratres, qui ſigna neſciunt, ſilenter aliquid, cum neceſſe fuerit, breuiter tamen poterunt loqui, verum illa tantum, quæ neceſſitas ſuadebit.

5 A ſigno ſilentij, quod de ſero pulſatur, vſquè ad Primam ſequentis diei, ſilentium vbiquè teneatur; ità tamen quod liceat Priori cum laborantibus, & cum illis, qui Fratribus, vel perſonis alijs ſuperuenientibus, horis prædictis deſeruiunt, in ſilentio diſpenſare.

6 Ab ipſa etiam Reſurrectione Domini, vſquè ad Feſtum Exaltationis S. Crucis, pulſato ſigno ſilentij, poſt prandium vſquè ad Veſperas, Fratres in Cellis ſuis, aut dormiant, aut legant, aut orent, ſeù aliquid vtile operentur, tamen ſinè inquietudine dormientium, vel alicuius eorum, & ſummum ſilentium ſtudeant tota deuotione ſeruare. Quod ſi aliquis in Cella ſua, vel extrâ eam aliquid voluerit tunc operari, quod ſinè ſonitu, & alicuius inquietudine fieri non poſſit, non illud præſumat facere.

7 In omni loco quoquè extrà Monaſterium, Fratres ad menſam ſilentium teneant, nec aliquid loquantur, excepto vno ſolo, qui magis ſit notus, vel maior fuerit. Si autem in menſa alicuius Cardi-

nalis, aut Epiſcopi, vel alterius Prælati fuerint, eis de mandato eorundem loqui licebit.

8 Pater Vicarius Generalis Congregationis noſtræ ad ſilentium non cogatur, & ſi quandò ei videbitur, cũ alijs in ſilentio diſpenſandi liberam habeat facultatem. Benedicite quoquè dicere, ſeù licentiam loquendi dare, in menſa hoſpitum, vel in alia, in qua Fratres manducare contingat, nulli alij quam ipſi, ſi adſit, vel etiam Priori licebit.

In quibus caſibus Mulieres Clauſtrum noſtrum ingredi permittantur. Cap. 12.

1 CLauſtrum primum noſtrorum Conuentuum, cum Officium in funere agitur alicuius Defuncti, & in Proceſſionibus, ac prò Miſſis audiendis, intrandi facultas Mulieribus dari conſueuit. Hanc tamen conſuetudinem poſſit Prior loci obſeruare, vel non obſeruare, ſicut diſcretioni ſuæ videbitur expedire. Dum verò Diuinum Officium, & Miſſæ celebrantur, nec Chorus, [a] nec Sacriſtia, quantum fieri poteſt, pateant Viris, & à fortiori nec Mulieribus, ſed exterior Eccleſia, tunc omnibus ſit aperta. Non ſemper tamen in die ſit aperta, ſed maneat clauſa dum Cõuentus eſt in Refectorio, aut dormit, niſi quandò ex magna perſonarum frequentia, opus ſit etiam temporibus prædictis, Confeſſiones audire.

a Arg. ex Conc. Mogunt. c. vt laici. §. ſed pars illa. de vita, & hone. cler. & ex eo Conc. c. inhibendum. §. prohibendũ. de cohabit Cler. cap. Sacerdotum. de conſec. diſt. 2.

2 Caueant autem Ianitor, & Sacriſta, nè Fratres hora debita dormientes, ſiuè exiſtentes in Choro ad Diuina Officia, vel in Refectorio, aut in Capitulo, ſolicitent ad exeundum, niſi cauſa neceſſitatis fuerit magna.

Quam

Digitized by Google

Quanta, & qualis ſolicitudo habenda ſit circà Infirmos. Cap. 13.

1 CIrcà Fratres infirmos [a] tam Nouitios, quam Profeſſos, Conuerſos, aut Commiſſos noſtros, caueat nè ſit negligens [b] Prior, quià cura de eis antè omnia, & ſuper omnia eſt habenda, cum ſoli Deo ſeruiatur in illis. Si quis tamen talem habeat infirmitatem, quæ nec eum debilitet multum, nec ſibi turbet appetitum edendi, vt eſt inflatura, vel inciſio cutis in quacumque corporis parte, vel aliquid aliud huiuſmodi, ex leui cauſa proueniens, talis, nec conſueta ieiunia frangat, nec cibos Refectorij vitet. Qui verò grauiter infirmantur, vtpotè febribus tertianis, vel quartanis: ſimplicibus, vel duplicibus: continuis, vel quotidianis: ſeu aliquo graui languore, temporaneo, vel perpetuo laborantes, talium curam vni ex Fratribus, cuius cor poſſideat timor Dei, Prior iniungat, qui eis cum omni charitate neceſſaria die noctuquè miniſtret, & ſi propter multitudinem, aut diuerſitatem infirmantium ſolus nō ſufficiat, coadiutor detur eidem. Prior ſæpè viſitet infirmos, de Confeſſione moneat, hortetur ad patientiam, & ſolicitè intendat, nè aliquid deſit Infirmario, quod neceſſitati expediat infirmorum. Quod ſi ſecus fecerit Viſitatores tempore viſitationis, Priorem huiuſmodi ab officio ſuſpendant, & Patri Vicario Generali ſtatim ſignificent, qui eundem officio priuet. Super quibus ipſum Patrem Vicarium Generalem, ac Viſitatores ſub diuini Iudicij interminatione, quantum cum Deo poſſumus, excitamus, & grauamus in conſcientia,

a *Aug. in regul. & idem Aug. in c. Nabuchodonoſor. §. fin. 23. q. 4. c. cum ad Monaſteriū. §. in Refectorio de ſta. reg.*

b *Arg. in d. c. cum ad Monaſterium. §. Abbas de ſtat. reg.*

tia, & omittentes per Capitulum Generale grauiter puniendos iudicamus.

2 Infirmi quamdiù adeò grauati ſunt, vt in lectis comedere neceſſe habeant, ad ſilentium non teneantur, ſed cum in conualeſcentia fuerint, ità vt exire, & adire Eccleſiam, & conſimilia facere ſinè alterius ſubſidio poſſint, dum comedunt, & in alijs horis, & locis ſilentio deputatis, ſicut qui ſani ſunt, ad ſilentium teneantur, excepto quod ad menſam eorum loqui poterit vnus ex illis. Et ideò Prior tales infirmos, ſi maximè poſt Completorium, aut dormiente Conuentu fuerint inquieti, ad Capitulum venire faciat, vbi eos increpet, & pœnam eis imponat, prò qualitate, & quantitate culparum, quam poſtquam conualuerint, ſuſtinere cogantur.

3 Licet autem infirmis omne velimus obſequium, in quantum neceſſitas eorum exigit, & facultas loci patitur, impartiri, debent tamen, & ipſi intendere parcitati, & cauere, nè ſibi propter Deum ſeruientes, ſua ſuperfluitate contriſtent, nec cibos illos exquirant, aut ſi exquiſierint, abſquè conſilio Medicorum non dentur eis, qui reciduationem conſueuerunt magis inducere, quam ſanitatem.

4 Poſt conſecutam verò de infirmitate conualeſcentiam, redeant ad Conuentum. Conualuiſſe ille credendus eſt, qui conſueto colori ſuo, aut priſtinæ corpulentiæ eſt rèſtitutus, qui paratus eſt diſcurſibus, qui labores placidos non abhorret, & qui cibos ſumit in ſolita quantitate. Et ideò quis quis poſt huiuſmodi ſigna conualeſcentiæ, redire pigritabit ad Conuentum, vt redeat compellatur, & ſubtrahantur ei cibaria infirmorum.

5 In-

5 Infirmarij quamdiù ſunt in miniſterio infirmorum occupati, ſub ſilentij lege non ſint. Debent tamen, & ipſi ſermones ſuos moderari, maximè quià infirmis conſueuit multiloquium non prodeſſe. Ipſi etiam quæ in Infirmatorio neceſſeria ſunt, & quæ aguntur in illo, & quomodò ſe habeant, qui plus minuſuè grauantur, ſæpè debent intimare Priori, vt ipſe tam in moribus corrigendis, quam in procurandis neceſſarijs eorum, qui in Infirmatorio fuerint, poſſit ſemper vigilantior inueniri.

6 Nullus ad Balnea, c vel ad Stuffas, quæ ſint extrà locum Congregationis, ire præſumat, ſinè licentia Patris Vicarij Generalis in ſcriptis habita, & de conſilio Medicorum. Quod ſi quis contrafecerit, prò qualibet vice pœnam, quæ prò grauiori culpa taxatur, per dies octo ſuſtinere cogatur, & voce careat, donec talis pœnitentia fuerit per eum, ſinè diminutione adimpleta.

c *Argu. ex regula Augu.*

7 Si quis verò ex noſtris Fratribus, etiam ſi Cóuerſus ſit, aut Commiſſus, extrà Conuentum ſuæ conuentualitatis, in loco aliquo noſtræ Congretionis fuerit infirmatus, Prior, & Fratres illius loci teneantur ei in neceſſitatibus omnibus charitatiuè ſubuenire. Quod de illis intelligi volumus, quos in alio, quam ſibi aſſignato loco noſtræ Congregationis, infirmari contigerit, non verò de illis, qui iam infirmi à loco ſuo receſſerint, aut cauſa recuperandæ ſanitatis aliò miſſi fuerint. Et ſi Fratrem aliquem extra Conuentum ſuum decedere contigerit, & pecuniæ, aut aliæ res apud eum repertæ fuerint, de licentia ſui Superioris eidem ad vſum conceſſæ, decernimus, quod tam huiuſmodi res, quam pecuniæ ſint illius Conuentus, in quo de-

Digitized by Google

deceſſerit, quatenus ab expenſis prò illius infirmitate factis, tam in medicinalibus, quam in alijs prò eo expoſitis, poſſit aliquod leuamen ſentire.

De cura habenda circà Fratres decedentes. Cap. 14.

1 CVm aliquis Frater infirmatur, volumus quod Prior ſtatim habeat curam, vt omninò debitè, & purè confiteatur, [a] & ſi incipiat grauari, tradatur ei Sanctiſſimum Corpus [b] Chriſti. Quod ſi adeò poſtmodum grauetur, vt aliquibus indicijs, Medicorum iudicio, de eius non videatur deberi, aut poſſe ſperari ſanitate, quamdiù ſani, & integri ſenſus eſt, ſecundum morem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, Oleo infirmorum vngatur, [c] & circà eum omnis diligentia, & cuſtodia adhibeatur. Ipſumquè Prior, & Fratres dulciter verbo, & obſequio adiuuent, & confortent, atquè ab omnibus orationis quotidianæ ſuffragio ſubleuetur. Et ſit memor vnuſquiſque conditionis ſuæ, quoniam mors [d] porta eſt per quam tranſit omnis caro. Nec relinquatur ſinè cuſtodia die, ac nocte, donec anima eius egreſſa fuerit de corpore. In hora verò egreſſionis animæ eius à corpore, ad ſignum Infirmarij, vel Sacriſtæ, ſinè mora omnes Fratres conueniant circà eum, & Officium commendationis animæ debito modo perſoluant ſuper eum. Mortuus verò ſpolietur, & lauetur ab aliquibus reuerenter, quibus Prior iniunxerit. Et deindè Cappa indutus, & caligis calceatus, ac Corrigia cinctus ponatur in Feretro, & tunc peractis quæ debentur ex ordine, ſepeliatur honeſtè.

a *Ex Conc. Cartag. 2. c. Aurelius. ex Con. Auteriſco. ca. qui recedunt. ex Cõcil. Cartag. 4. c. is qui. & Leo. Epiſc. c. his qui. 26. q. 6.*

b *Ex Cõc. Martin. Papæ. ca ſi quis de corpore. ex Conc. Cartag. 4. c. is qui. ex Conc. Nicen. ca. de his. 26. q. 6. arg. à ma. in c. quæſitum 13. q. 2.*

c *De ſacra Vnctione c. 1. §. ſcire te volumus.*

d *Ex Conc. Triburien. c. in Eccleſiaſt. 13. q. 2.*

2 Sepulto eo, & cæteris alijs expeditis, conueniant in Capitulo Fratres, quibus Prior animam Defuncti affectuosè commendet, eorum precibus, & ſacrificijs ſubleuandam. Et ſi fortè aliquis Sacerdos Conuentus, propter aliquod impedimentum, illa die pro eo celebrare non potuiſſet, vt id quamprimum faciat, Prior ipſeadmoneat eum. Ac demum Clericis, & Conuerſis iniungat, vt ſinguli quam citius ſoluant, ſecundum ſtatuta Congregationis noſtræ, debitum prò Defuncto, & dicto prò eo in communi Pſalmo *Deprofundis, &c.* cum Oratione *Abſolue, &c.* omnes de Capitulo egrediantur.

3 De bonis verò hæreditarijs aut aliàs acquiſitis, ſi quæ fortè Defunctus habebat; ſicut etiam de libris, ſupellectilibus, pecunijs, & alijs rebus ad eius vſum conceſſis, ſi quæ ſint, fiat, & diſponatur, ſicut in Diffinitionibus noſtris recentioribus Rubrica 8. ordinatur.

De modo receptionis Nouitiorum. Cap. 15.

1 SI quis in Congregatione noſtra prò Clerico recipi petierit, non ſtatim annuatur ei, quicumque ille ſit, ſed probetur [a] eius ſpiritus, ſi ex Deo eſt. Qui ſi perſeuerauerit in propoſito, non niſi nomine alicuius peculiaris Conuentus, ſecundum eius indigentiam, ad numerum Fratrum in eo præſcriptum, præuia acceptatione Capitulari, recipiatur. Prius tamen ſolerti inueſtigatione ſe informent, & in quantum poſſunt, certiores ſe reddant Fratres illius Conuentus de eius idoneitate; atquè ideò Prior, vna cum duobus alijs Fratribus, à Capi-

[a] *Prima Io. c. 4. arg. Gregor. in Gen. Synodo ca. multos. diſt. 54. ca. legem. in fi. diſt. 53.*

tulo eiuſdem Conuentus eligendis, diligenter perquirant an habeat conditiones, & requiſita omnia in ſequenti Capite expreſſa, quod etiam præſtare poterunt per litteras, requirendo ſcilicet ſinceras, & fideles aliorum atteſtationes, præſertim in caſu, quo recipiendus longè abeſſet, nec ſinè magno incōmodo, ad eum locum prò acceptatione, accedere poſſet, vel fortè ex alia Ciuitate, aut loco ortus, ſeù oriundus eſſet. Quod ſi in aliquo eorum defectuoſus fuerit inuentus, repellatur tanquam indignus, vel tanquam ad ferendum pondus noſtri Ordinis, & Congregationis ineptus, aut à ſacris Altaribus proiectus. Si verò ea omnia habere plenè, & clarè conſtiterit, tunc Prior cum prædictis Fratribus, duabus repetitis vicibus ſeriò requirant, vel requirere faciant ab eo, an zelo perfectioris vitæ, & Deo liberius in ſancta Religione ſeruiendi, vel potius (quod abſit) leuitate, ſeù alio fine inordinato ductus, vel timore aliquo, aut neceſſitate cōpulſus poſtulet admitti. Et ſi in his claudicare aliquo modo deprehendatur, reijciatur ſtatim abſquè vlla ſpe acceptationis. Si verò conſtet ipſum nullum aliū finem prætendere, niſi Dei ſeruitium, & animæ ſuæ ſalutem, nè vllo vnquam tempore dicere poſſit ſe fuiſſe deceptum, vel non crediſſe tot ardua eſſe in Religione; exponant ei aſperitatem Ordinis, & noſtræ Congregationis, nimirum abiectionem propriæ, voluntatis, vilitatem ciborum, aſperitatem veſtium, vigilias nocturnas, labores diurnos, macerationem carnis, opprobrium paupertatis, ruborem mendicitatis, laſſitudinem ieiunij, tædium Clauſtri, & his ſimilia, & de his omnibus voluntatem eius exquirant. Quod ſi reſponderit ſe velle

cum

cum Dei adiutorio cuncta iſta, & omnia alia ſufferre, & ſeruare, in quantum humana fragilitas ſeruare ſinit, tunc Prior poſt oblatam ei ſpem receptionis, ad exactam, & generalem omnium peccatorum ſuorum Confeſſionem hortetur. Et deniquè ab ipſo Priore, vna cum prælibatis duobus Fratribus, diligenter examinetur ſuper rudimentis Grammaticalibus, vt videant an ità benè calleat ea, vt poſſit ſtatim recipi, & acceptari: an verò expediat acceptationem eius differri, donec melius, & perfectius ea didicerit, ſi ſaltem aptus ad diſcendum inueniatur.

2 Quibus omnibus peractis, ad ſonum Campanellæ vt moris eſt, congregatis iterum in Capitulo Fratribus, Prior, & duo vt ſuprà deputati, cuncta ex ordine referant eis, & de idoneitate, indole, habilitate, promptitudine, cæteriſquè qualitatibus, & neceſſarijs conditionibus in eo inuentis, illos ſincerè, & veraciter informent. Qua informatione habita, ab ipſis vt ſuprà capitulariter congregatis, per ſecreta ſuffragia, ſeù ballotulas, nomine ipſius Conuentus, maiori parte votorum concurrente, ſi placuerit, acceptetur. Poſt acceptationem verò Prior, & duo Fratres deputati, Patri Vicario Generali, atteſtationem idoneitatis prædictæ, nec non acceptationis à Capitulo factæ, tranſmittant, per manus tamen Viceſgerentis loci, ſeù Conuentus, cuius nomine Nouitius acceptatur. Et ab eo facultatem petant, vt ad habitum recipi poſſit, & vt locum Nouitiatus, vbi annum probationis agere queat ei deſignet. Formula autem atteſtationis, & petitionis huiuſmodi, talis erit.

R. Pater.

EXponunt reuerenter P. V. R. Prior, & Fratres Conuentus S.N.N. quod cum à multis menſibus elapſis, N. filius D. N. N. de N. vehementer cupiat Congregationis noſtræ habitu prò Clerico veſtiri, & hanc ſuam intentionem ſæpè ſæpius præfati Conuentus Fratribus manifeſtauerit, ipſius ſancto deſiderio annuere cupientes, capitulariter ad ſonum Campanellæ, vt moris eſt, congregati, deputauerunt Fratres N. N. de N. & N. N. de N. qui vna cum ipſo Priore debitas, & requiſitas caperent informationes. Quibus habitis, & per eundem Priorem, & Fratres deputatos inuentis in præfato N. omnibus conditionibus, & qualitatibus, quæ in Decreto S. M. Alexandri Papæ VII. ſuper hoc emanato, & noſtris Conſtitutionibus, ac Diffinitionibus continentur, in Capitulo iterum congregati, auditis relationibus, tum Prioris, tum Fratrum deputatorum, & benè perpenſis omnibus, propoſitus fuit ab ipſo Priore, & ſucceſsiuè per vota ſecreta ad habitum noſtræ Congregationis admiſſus, nec non nomine eiuſdem Conuentus acceptatus fuit. Quamobrem nos Prior, & Fratres vt ſuprà deputati, hiſcè litteris manu noſtra ſubſcriptis, & iuramento noſtro firmatis, de idoneitate prædicti N. fidem facimus: nec non P. V. R. humiliter rogamus, vt hunc eundem N. propria auctoritate acceptare, & ad habitum noſtræ Congregationis, nomine huius noſtri Conuentus admittere, ac eidem aliquem Nouitiatus locum, prò anno probationis peragendo aſsignare, & deputare dignetur. Quod, &c. Datum in Conuentu noſtro S. N. N. die Menſis Anni

Ego Fr. N. N. Prior Conuentus affirmo, & iuro vt ſuprà, manu propria.

Ego

Ego Fr. N. N. primus Deputatus affirmo, & iuro vt ſuprà, manu propria.

Ego Fr. N. N. ſecundus Deputatus affirmo, & iuro vt ſuprà, manu propria.

3 Sic litteræ exaratæ mittantur Patri Vicario Generali, modo ſuprà expreſſo, qui decreto ſuo (ſi ei placuerit) acceptationem confirmabit, Nouitium ad habitum recipiet, eiquè locum Nouitiatus deputabit: ſinè quo decreto, Prior loci Nouitiatus, nec Nouitium induere, nec in Nouitiatum poterit introducere. Caueant autem Prior, & duo Deputati prædicti, nè in facienda huiuſmodi atteſtatione, ſcienter à veritatis tramite, vel minimum recedant. Quod ſi in aliquo inuenti fuerint mendaces, Prior ſit ipſo facto Prioratus officio priuatus, & tam ipſe, quam duo Deputati, vtraque voce, abſquè vlla ſpe diſpenſationis, ſeù habilitationis, in perpetuum careant. Et inſuper acceptatio ipſa nulla ſit, ac nullius roboris, vel momenti cenſeatur, & Nouitius ſic nulliter acceptatus, & receptus, ſtatim de Congregatione expellatur, tanquam ad profitendum inhabilis. Et Prior, vel quicumque alius Superior, qui deprehenſa nullitate acceptationis ob aliquod impedimentum in Nouitio detectum, illum non eiecerit, ſupradictam pœnam indiſpenſabiliter portare cogatur.

4 Nouitius ergò cum ſupradictis litteris, Patris Vicarij Generalis decreto roboratis, ſi ibi non ſit, mittatur ad locum Nouitiatus, prò anno probationis peragendo ſibi deſignatum, vbi Prior ipſius Conuentus deſignati, viſis huiuſcemodi litteris die, & hora, qua ſibi videbitur, congregatis Fratribus,

ad

ad Nouitium habitu Religionis induendum accedet, hocquè, vel in Eccleſia, vel in Choro, vel in Capitulo, vel in Sacriſtia, iuxtà exigentiam, & opportunitatem. Si Nouitij plures fuerint, in plurali omnia dicantur, & peragantur, quæ infrà diſponuntur, ſi vnicus, in ſingulari. Tunc Nouitius exutus veſtibus ſæcularibus, excepto pallio, quod ſuper humeros habeat, & de ſub ipſo veſtibus albis, non tamen talaribus indutus, à Magiſtro Nouitiorum, qui ipſum de modo Miſericordiæ petendæ diligenter inſtruxerit, ducatur ad pedes Prioris ſedentis in loco ſuo, coram quo proſternat ſe ſuper terram, vel ſuper tapetum ad hoc ibi præparatum. Cui Prior interrogando dicat: *Quid petis?* Ipſe autem reſpondeat: *Miſericordiam Dei, & veſtram Societatem.* Deindè Prior iubeat eum ſurgere ſuper genua, & dicat ei: *Fili cariſsime miſericordiam Dei tibi dare non valemus, ſed benè credimus tecum factam fuiſſe, quandò Dominus Deus te inſpirauit ad ingreſſum huius noſtræ Auguſtinianæ Congregationis. Ad noſtram verò Societatem te admittere contenti ſumus, ſi ex parte tui non obſtet aliquod ex impedimentis, in Decretis Apoſtolicis, & noſtris Conſtitutionibus, ac Diffinitionibus expreſsis, & adnotatis.*

5 Tunc Magiſter Nouitiorum tradat Nouitio litteras ſuæ acceptationis, quas apud ſe ad hunc effectum paratas habeat. Nouitius verò porrigat eas Priori, deoſculando reuerenter eius manum. Prior acceptas litteras reſtituat Magiſtro Nouitiorum, qui eas ſtatim clara, & intelligibili voce coram omnibus legat. Quibus lectis, Prior diligenter inquirat à Nouitio, ſub pœna priuationis officij ſui, an ea quæ in prædictis litteris continentur ſint vera, & an

in

Digitized by Google

in conficiendis huiuſcemodi litteris, vel in capiendis informationibus ſuæ idoneitatis, fraus aliqua, ſeù dolus interuenerit. Qui ſi reſpondeat omnia vera eſſe, nec fraudem aliquam, ſeù dolum, quod ſciat, interueniſſe, admoneat illum Prior de veritate dicenda, & proteſtetur ei, vt benè aduertat quid faciat, quià ſi fortè accidat, quod poſteà aliquo tempore (quod Deus auertat) inueniatur mendax, ſtatim cum dedecore de Congregatione expelletur. Quod ſi promptè, & alacriter dicat ſe contentum eſſe, iterum Prior inquirat ab eo, an ergò maneat firmus in eodem propoſito, quod vſquè modo oſtendit, habitum religioſum ſuſcipiendi, & an ſua ſponte, & voluntate, non verò coactus ab aliquo, vel ſeductus; an animo perſeuerandi, vel potius leuitate ductus ad Religionem acceſſerit; & demum an benè perpenderit ea, quæ ſtatus religioſus fert ſecum difficilia, & præſertim exactam trium votorum eſſentialium, ſcilicet Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ obſeruantiam. Qui ſi reſponderit ad omnia benè: dicat ei Prior. *Accipiemus te ad probationem* [b] *anni ſicut mos eſt fieri*. Et poſt hæc dicat. *Dominus, qui incœpit in te bonum opus, ipſe perficiat*. Et Conuentus reſpondeat. *Amen*.

b *C. Gonſaldus 17. q. 2. de reg. c. ad Apoſtolicam. & c. non ſolũ eo tit. in 6.*

6 Et ſucceſſiuè Cantores incipiant Hymnum *Magne Pater Auguſtine, &c.* Dum cantatur Hymnus, à Priore tondantur [c] crines Nouitij, quibus detonſis, exuatur Nouitius Pallio, ſeù Mantello ſæculari à Priore dicente. *Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis*. ℟. *Amen*.

c *Arg. ex 7. Synodo ca. quoniã diſt. 69.*

Finito autem Hymno, Cantores dicant.

℣. *Ora pro eo Beate Pater Auguſtine*.

℟. *Vt dignus efficiatur promiſſionibus Chriſti*.

Et

Et Prior ſurgens dicat:

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

ADeſto ſupplicationibus noſtris Omnipotens Deus; & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente Beato Patre noſtro Auguſtino Confeſſore tuo, atquè Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Oremus.

DOmine Deus virtutum ſupplices deprecamur clementiam tuam, vt hunc famulum tuum miſerationis tuæ abundantia, ab omni vetuſtatis corruptione expurges, & capacem ſanctæ nouitatis efficias. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

7 Quibus Orationibus dictis, ſedeat Prior, & Nouitius eodē modo manens genibus flexis antè eum, induatur habitu Religionis, ſcilicet Tunichino albo, & Scapulari paruo, cum haſtis Capucio conſutis, & deſuper Cappa nigra, quæ cingatur Zona, ſeù Corrigia pellicea nigri coloris, & deniquè Capucio nigro eiuſdem qualitatis cum Cappa. Imponendo autē Cappam dicat Prior. *Induat te Dominus nouum, hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.* Faciatquè ſignum Crucis ſuper eum cum Cappa. Et imponendo Capucium dicat. *Accipe iugum Domini: iugum enim eius ſuaue eſt, & onus eius leue. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.* Et eo modo quo fecit

cum

Digitized by Google

cum Cappa, ſic faciat ſignum Crucis ſuper eum cum Capucio.

8 Induto Nouitio, & adhuc genibus flexis ibi manente, ſurgat Prior, & dicat.

℣. *Saluum fac ſeruum tuum.*
℟. *Deus meus ſperantem in te.*
℣. *Oſtende ei Domine miſericordiam tuam.*
℟. *Et ſalutare tuum da ei.*
℣. *Eſto ei Domine turris fortitudinis.*
℟. *A facie inimici.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
℣. *Mitte ei Domine auxilium de ſancto.*
℟. *Et de Sion tuere eum.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & hunc famulum tuum bene ✠ dicere dignare, cui in ſancto nomine tuo ſacræ Religionis habitum dedimus: vt te largiente deuotus in ea perſiſtere, & vitam percipere mereatur æternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Oremus.

DEus, qui à ſæculi vanitate conuerſos, ad brauium ſupernæ vocationis accendis, & qui renunciantibus ſæculo manſiones paras in Cælo, dilata famuli tui cor cæleſtibus donis, vt fraterna nobiſcum teneatur compagine charitatis. Vnanimis Regularia inſtituta cuſtodiat: ſobrius, ſimplex, & quietus, gratis ſibi datam ſuæ conuerſionis gratiam fuiſſe cognoſcat,

Digitized by Google

eiuſquè vita perfecta ſentiatur in opere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Oremus.

D*omine Ieſu Chriſte Dux, & fortitudo noſtra, te humiliter petimus, vt hunc famulum tuum, quem compunctionis ardore ab hominum cæterorum propoſito ſeparaſti: à conuerſatione carnali, & ab immunditia terrenorum actuum, infuſa ei cælitus ſanctitate diſcernas, & gratiam, quam te donante affectat, opere adimpleat: vt ſic ſuæ conuerſionis executor effectus, ad ea, quæ perſeuerantibus in te promittere dignatus es, pertingat bona. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum.* ℟. *Amen.*

9 Deindè detur Nouitio Candela accenſa in manibus, & cantetur Hymnus. *Veni creator Spiritus, &c.* Et dum cantatur Hymnus, ducatur Nouitius proceſſionaliter antè Altare Maius, Priore, & Nouitio poſt alios remanentibus. Quò cum peruenerint, Prior accedat ad Sellam, juxtà Altare ad hoc præparatam, Nouitius verò genua flectat antè eum, cæteris Fratribus hinc indè adſtantibus, prò quibus etiam ſint ſedilia ad ſedendum accomodata. Finito autem Hymno, Cantores dicant.

℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabitur.*

℟. *Et renouabis faciem terræ.*

Et ſtatim Prior dicat.

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

D*Eus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da huic famulo tuo in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fi-*

lium

Digitized by Google

lium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen.*

Oremus.

D*Eus, qui de Beatæ Mariæ Virginis vtero Verbum tuum, Angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui verè eam Genitricem Dei credimus, eius apud te interceſsionibus adiuuemur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.* ℟. *Amen.*

10 Expletis his omnibus, à Magiſtro Nouitiorum capiatur Candela de manibus Nouitij, & extinguatur, & ducatur Nouitius ad Priorem, à quo accipiat pacem, dicente Priore. *Pax tecum.* Ipſe autem reſpondeat: *Et cum ſpiritu tuo.* Et ſic ſucceſſiuè ab alijs Fratribus. Expleta pace, reducatur Nouitius ad Priorem, antè quem genibus flexis, audiat ab ipſo Diuinum oraculum: *Non qui incæperit, ſed qui perſeuerauerit vſquè in finem, hic ſaluus erit.* Tandem Prior, mutato Nouitij nomine, ſi videbitur expedire, habitoquè ad ipſum breui ſermone, tradat ſub obedientia Magiſtri, e qui eum dirigat in via Dei, & doceat de Regula, de Conſtitutionibus, & Diffinitionibus noſtris, de Officio, de cantu, de moribus, de ſignis, & de alijs obſeruantijs Ordinis, & noſtræ Congregationis. Et explicet ſibi Magiſter ſuus Regulam, & Conſtitutiones, ac Diffinitiones noſtras, ſimul cum alijs Nouitijs, pluries in anno, vt quilibet Nouitius diſcat, ſi ſe Congregationi voto profeſſionis adſtrinxerit, ſub qua lege militare debebit.

e *Ex Conc. Tolet. 12. q. 1. c. omnis ætas. Clenè in agro. §. ſanè. de ſtat. reg.*

11 Toto illo tempore, quo in probatione Nouitius manebit, excepto victu, & veſtitu, à Parentibus,

tibus, vel Propinquis, aut Curatoribus eius, ex bonis eiuſdem, Monaſterium nihil omninò accipiat, ſub quouis prætextu, etiam eleemoſynæ, aut ſpontaneæ oblationis, nè hac occaſione Nouitius, ſi voluerit, diſcedere liberè non poſſit, quod totam, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ Monaſterium poſſideat, neuè difficulter, ſi diſceſſerit, id quod ſuum erat, recuperare poſſit.

12 Nouitius, infrà tempus ſuæ probationis, in pſalmodia, & cantu, & alio Diuino Officio ſtudeat diſcere *f* diligenter, atquè hoc tempore nulli Ordines eidem conferantur. Cuius etiam veſtes in eo ſolum differant à veſtibus profeſſorum, quod antè horam ſuæ profeſſionis, Cappa non *g* benedicetur ipſius.

13 Nouitius à die ingreſſionis ſuæ ad nos, vſque *h* ad annum, & diem in probatione manebit, vt aſperitatem vitæ Ordinis, & noſtræ Congregationis experiatur, & Fratres mores experiantur illius.

14 Porrò in recipiendis Conuerſis ſeruabitur iſte modus. Si quis in Congregatione noſtra prò Conuerſo recipi petierit, non ſtatim annuatur ei, vt de Clericis dictum eſt, ſed probetur ſpiritus eius vtrum ex Deo ſit. Qui ſi perſeuerauerit in propoſito, Prior, adhibitis ſecum aliquibus de Senioribus Conuentus, diligenter inquirat an eas omnes conditiones habeat, quæ pro recipiendis in noſtra Congregatione Conuerſis requiruntur, prout in ſequenti Capite exprimitur, quibus inuentis, & ſuppoſita neceſſitate Conuentus, de idoneo Seruitore indigentiam habentis, ad ſonum Campanellæ vt moris eſt, conuocet in Capitulo Fratres, quibus coadunatis in vnum, exponat Prior, tum indigen-

tiam

f *Arg. ex Concil. Gen. c. Clerici. el 2. de vita, & honeſt*

g *Arg. in Cle. eos qui. de Regul. & Alex. Papa 4. in Bul. vnionis Ord. noſtri. c. ſtatuim. de Regul.*

h *De Reg. c. ad Apoſtol. ca. ſuper eo. c. conſul. c. poſtulaſti c. ſtatuimus eo tit. c. non ſolum. eo tit. in 6. c. Gōſaldus 17. q. 2. Ex Concil. Triburien. c. Puella. 20. q. 2.*

Digitized by Google

tiam Conuentus, tum petentis idoneitatem, ac habilitatem in ipſo inuentam, poſt diligentem inquiſitionem, ſimul cum Senioribus ſecum aſſumptis vt ſuprà factam, poſtulans ab eis, num his ſtantibus, eundem prò Commiſſo ad habitum recipere contenti ſint. Qui ſi annuerint, & per ſecreta ſuffragia, maiori parte votorum concurrente, fuerit acceptatus. Habita poſtmodum in ſcriptis facultate à Patre Vicario Generali, die, & hora qua ſibi videbitur, priuatim tamen, & coram aliquibus tantum de Senioribus Conuentus, induat illum Prior habitu Commiſſorum, ſcilicet veſte talari ex panno nigri coloris, ſed ſinè Capucio, & deſuper Zona pellicea præcingat, cuius manicæ ſint longitudinis vſquè ad manus excluſiuè, & latitudinis vnius palmi, cum toto pollice flexo. Et crines eius tonderi faciat eo modo, quo tondentur Conuerſi. Sicquè indutum, breuibus verbis hortetur ad fideliter, & cum charitate, ac humilitate ſeruiendum, & ad ſeruitium Conuentus deputet, iuxtà eius indigentiam. In eodem autem habitu maneat per triennium integrum ad minus. Quo tempore, licet de vno ad alium Conuentum remoueri, ſeù transferri poſſit, prout ipſorum Conuentuum neceſſitas poſtulabit, nullatenus tamen ad Profeſſionem admitti poterit, ſed ſicut ipſe toto illo tempore liber erit ad exeundum, ità volumus quod de Congregatione licentiari poſſit: hoc tamen non fiat niſi legitima ſubſiſtente cauſa, à Capitulo Conuentuali probanda, & cum debita facultate Patris Vicarij Generalis in ſcriptis habita. Quapropter ſtrictè præcipimus omnibus, & ſingulis Prioribus noſtræ Congregationis ſub pœna priuationis officij, quam ipſo

facto

facto incurrant, vt in recipiendis ad habitum Commiſſis, nihil omninò accipiant ab eis, ſub quouis prætextu, aut quæſito colore, etiã eleemoſynæ, ſeu ſpontaneæ oblationis, vel ſubleuandæ qualiſcumque Conuentuum ſuorum neceſſitatis, nè ob difficultatem reſtituendi eis quod dederunt, Conuentus ineptos, & minus ad ſeruiendum idoneos, vel etiam indignos retinere cogantur, & ipſi Commiſſi ob eandem difficultatem, ſi velint, liberam diſcedendi poteſtatem non habeant.

15 Poſtquam autem prædictũ tempus trium annorum, & amplius fuerit tranſactum, poterit Commiſſus, ſi inuentus fuerit dignus, & habeat omnia requiſita, conformiter ad ea, quæ in ſequenti Capite dicuntur, ad habitum Conuerſorum, & ſucceſiuè ad Nouitiatum, & profeſſionem admitti. Hoc autem non fiat, niſi prius nomine alicuius Conuentus iuxtà eius indigentiam, & ad numerum in eo præfixum, modo ſuperius dicto, fuerit acceptatus. Hinc duo per Capitulum Conuentus deputentur Fratres, qui vna cum Priore debitas capiant informationes de eius idoneitate, & conditionibus requiſitis, quibus inuentis, & Capitulo Conuentus expoſitis, per ſecreta ſuffragia, ſi placuerit acceptetur. Cuius acceptationis, & idoneitatis atteſtationem, Prior, & duo vt ſuprà deputati, Patri Vicario Generali tranſmittant, ab eo petentes, vt ad habitum Conuerſorum illum admittere, & aliquem locum Nouitiatus, ad annum probationis peragendum ei aſſignare velit. Formula autem atteſtationis, & petitionis huiuſmodi, talis erit.

R. Pa-

R. Pater.

EXponunt reuerenter P. V. R. Prior, & Fratres Conuentus S. N. N. quod cum Fr. N. N. de N. Commiſſus, in Congregatione noſtra per annos laudabiliter vixerit, cupiatquè modo ad habitum Conuerſorum, & Nouitiatum gradum facere, & hanc ſuam intentionem ſæpè ſæpius præfati Conuentus Fratribus manifeſtauerit, qui ipſius ſancto deſiderio annuentes, capitulariter ad ſonum Campanellæ, vt moris eſt congregati, deputauerunt Fratres N. N. de N. & N. N. de N. qui vna cum ipſo Priore debitas, & requiſitas caperent informationes. Quibus habitis, & per eumdem Priorem, & Fratres deputatos, inuentis in præfato Commiſſo omnibus conditionibus, & qualitatibus, quæ in Decret. S. M. Alexandri Papæ VII. ſuper hoc emanato, & noſtris Conſtitutionibus, ac Diffinitionibus, prò recipiendis in Congregatione noſtra Conuerſis, continentur: in Capitulo iterum congregati, auditis relationibus tum Prioris, tum Fratrum deputatorum, & benè perpenſis omnibus, propoſitus fuit ab ipſo Priore, & ſucceſsiuè per vota ſecreta ad habitum Conuerſorum noſtræ Congregationis admiſſus, nec non nomine eiuſdem Conuentus acceptatus fuit. Quamobrem nos Prior, & Fratres vt ſuprà deputati, hiſcè litteris manu noſtra ſubſcriptis, & iuramento noſtro firmatis, de idoneitate prædicti Commiſsi fidem facimus: nec non P. V. R. humiliter rogamus, vt hunc eumdem Commiſſum, propria auctoritate acceptare, & ad habitum Conuerſorum noſtræ Congregationis, nomine huius noſtri Conuentus admittere, ac eidem aliquem Nouitiatus locum, prò anno probationis peragendo aſsignare, & deputare dignetur. Quod &c. Datum in Conuentu noſtro S. N. N. die

Menſis Anni

Ego

Digitized by Google

Ego Fr. N. N. Prior Conuentus affirmo, & iuro vt ſuprà, manu propria.

Ego Fr. N. N. primus deputatus affirmo, & iuro, vt ſuprà, manu propria.

Ego Fr. N. N. ſecundus Deputatus affirmo, & iuro, vt ſuprà, manu propria.

16 Sic exaratæ litteræ mittantur Patri Vicario Generali, & cætera omnia peragantur eo modo, quo ſuprà de Clericis dictum fuit. Excepto quod in induendis Conuerſis non tondentur eis crines, quià iam detonſos habent, nec procedunt ad petendam Miſericordiam cum pallio ſæculari, ſicut Clerici, ſed cum ſua veſte Commiſſorum, qua non exuantur à Priore, cum ſit habitus Religionis, ſed ſuper eam induantur habitu Conuerſorum, ſcilicet Cappa nigra, cum Capucio nigro, & Zona, ſeù Corrigia pellicea. Non recipiantur autem Conuerſi in Eccleſia, ſed ſolum in Capitulo, & dum induuntur, nihil cantetur, ſed omnia ſupraſcripta ſinè nota dicantur.

De ætate, & qualitatibus eorum, qui in Congregatione recipiuntur. Cap. 16.

1 NVllus minor quindecim annis completis prò Clerico, & viginti itidem completis prò Commiſſo, ac vigintiquatuor incœptis ad minus prò Conuerſo, ad habitum recipiatur. Nullus quoquè prò Clerico, Conuerſo, aut Commiſſo recipiatur, qui non ſit de legitimo thoro, [a] & honeſtis parentibus natus, qui vitam honeſtam nõ duxerit, & de aliquo vitio notabili infamatus [b] extiterit; qui

a *Ex Concil. Pictau. de fil. Presb. c. 1. et c. is qui. eo tit. lib. 6.*

b *Arg. in c. infames. c. omnes verò. 6. q. 1. c. alieni. 3. q. 4. c. diffinimus. 4. q. 1. c. conſtituimus, & c. omnes. 3. q. 5. c. ſi quis verò. & c. ſeq. 3. q. 4. c. cõſpirationũ. 11. q. 1. c. attendendũ. 17. q. 4.*

Digitized by Google

qui aliqua promiſſione, aut vinculo matrimoniali [c] ligetur: qui ſit ſeruus, [d] aut ratiocinijs obligatus, aut ære alieno notabiliter grauatus, vel occulta infirmitate detentus: qui comitiali morbo, vel aliquo graui iudicij defectu aliquandò laborauerit: qui aliquo notabili defectu, vel deformitate [e] corporis ſignatus exiſtat: qui de Apoſtaſia à Fide, vel de Hæreſi licet ſemel fuerit iuſtè accuſatus: qui fuerit homicida, vel facinoroſus, & ſimilium, vel grauiorum criminum reus, ſeù vehementer ſuſpectus.

2 Prò Clerico autem nullus recipiatur, qui vltrà prædicta etiam hoc habeat, quod non ſit bigamus, [f] aut irregularis ex cauſa ſanguinis, [g] & legere ſciat competenter, & ſit docibilis ad adiſcendum, latinamquè linguam ità ſaltem didicerit, vt ad ſacros Ordines promoueri poſſit. Pater verò Vicarius Generalis, & Viſitatores noſtræ Congregationis, in ſingulis locis inquirant Fratres Clericos, qui competenter legere neſciunt, & ſi qui ſint, præfixo eiſdem termino ſibi benè viſo, Prioribus iniungant, vt ad adiſcendum modis omnibus, & præſertim ſalutaribus pœnitentijs, etiam cum alimentorum ſubtractione, ſi opus fuerit, eos compellant.

3 Prò Commiſſo etiam, ſeù Conuerſo nullus recipiatur, niſi præter ea, quæ ſuperius dicta ſunt, præcipua ſaltem Doctrinæ Chriſtianæ capita nouerit, & ſit robuſtus, ac bonæ, perfectæquè valetudinis, nec piger, aut deſes, vel ocio deditus, ſed promptus, & ſolicitus ad operandum, vt in exercitijs corporalibus, prò quibus tantũ recipitur, ſinè inter-

V mis-

c *Arg. in c. manifeſtum. c. noluit. 33. q. 5.*

d *Arg. ex Conc. Gangren. ca. ſi quis. 17. q. 4. ex Conc. Tribur. c. nulli. ex Conc. Aurelian. ca. ſi ſeruus. ex Conc. Martini Papæ. c. ſi quis obligat. ex Conc. Tolet. 4. c. quicumque. ex eo. Conc. ca. de ſeruorũ, & c. de reb. ex Conc. Moguntin. cap. magnus. diſt. 54. ex Conc. Tolet. de ſer. non ordi. c. 1. ex Conc. Pictauien. de fil. presb. d. c. 1. in fi.*

e *C. fi. diſt. 55. c. qui partẽ. ea. de corp. vitia. c. 1. & 2. diſt. 33. c. cõmuniter. c. Clerici. c. vſquè adeò Greg. in c. hinc etenim. in prin. diſt. 49.*

f *Ex Conc. Aurelian. de biga. c. vt bigami, & vltrà per totũ. & ex Conc. Gen. Lugdun. c. altercat. eo. tit. in 6. ex Conc. Arelat. 3. c. nullus. & ex Conc. Arel. 2. c. hi qui. diſt. 55.*

g *Ex lib. Exodi de homi. c. 1. & ibi not. ex Conc. Tolet. 2. c. ſi quis. di. 52. c. aliquantos in fi. di. 51. ex Conc. Martini Papæ c. ſi quis viduam. & c. miror. diſt. 50.*

miſſione laborare poſſit, Conuentuiquè, ac Fratribus, cum humilitate, & charitate, in omnibus deſeruire. Priores verò, ſeù Superiores quicumque, qui contrà hanc formam, ineptos, & inhabiles, ſiuè Clericos, ſiuè Conuerſos ad habitum, & Profeſſionem ſcienter admiſerint, vtraquè voce, officijs, gradibus, dignitatibus, & honoribus quibuſcumque, ipſo facto in perpetuum priuentur, & ad alia quæcumque obtinenda declarentur perpetuò incapaces.

4 Cum verò lepra ſimoniacæ [h] prauitatis infectus, ſit quaſi membrum putridum à corpore S. M. Eccleſiæ alienum, omnibus, & ſingulis Prioribus, & quibuſcumque Superioribus, ac alijs Fratribus noſtræ Congregationis ſtrictè præcipimus, & mandamus, vt nullus ex eis [i] aliquem ad habitum recipiat, vel recipi faciat, vel vt recipiatur conſentiat, vel permittat, aut intercedat, re aliqua accepta, vel detenta prò ſe ipſo in particulari, vel prò Conuentu, ſeù pactione aliqua tacita, aut expreſſa interueniente, ad effectum, videlicet receptionis. Quod ſi quis immemor ſuæ ſalutis contrafecerit, ſi officium habuerit cum cura animarum, ipſo facto ſit tali officio priuatus, [k] & tanquam Eccleſiaſtica cenſura [l] ligatus ad aliquod officium cum prædicta cura in noſtra Congregatione nullatenus aſſumatur, & actiua paſſiuaquè voce careat in perpetuum, & pœnæ grauioris culpæ per tres menſes ſubiaceat. Quicumque verò Frater ſubditus inueniatur ſimoniam in eodem caſu commiſiſſe, eidem pœnæ ſubiaceat, & pœnam grauioris culpæ ſimiliter incurrat, & ſuſtinere cogatur. Et ille qui ſic receptus fuerit, etiam ſi de facto profeſſus fuerit, ſtatim de Congregatione expellatur, [m] rebus quibuſcumque ſic acce-

h *Ambro. in c. reperiuntur. 1. q. 1.*

i *In Conc. Gen. c. quoniã ſimoniaca. de ſimo. c. non ſatis. in prin. eo tit. ex Cõc. Lat. c. Monachi in princ. de ſta. regu. c. quam pio. & c. nullus. 1. q. 2.*

k *Ex Conc. Mogunt. cap. quis alium. de ſimo. argu. in c. ſicut ſimoniaca, & ex Conc. Tolet. c. de hoc. & veniens eo. tit.*

l *Scilicet excõmunicat. Greg. c. quicumque. 1. q. 1. Paulus Papa 2. in extrauag. de ſimo.*

m *In Conc. Gen. c. quoniã ſimoniaca. de ſimo. & c. veniens. §. hoc etiam. eo tit.*

ceptis, quibus de iure debentur, integraliter reſtitutis. [n]

5 De [o] regula Beati Benedicti, & Prædicatorum, ac Minorum,& aliorum cæterorum Ordinum, nullus omninò recipiatur, quantùmcumquè extiterit importunus: nec alterius profeſſionis, quantumcumquè noſtro ſit laxior Ordo illius: nec etiam eorum qui ex noſtra Congregatione, Ordini noſtro, aut alicui ipſius Prouinciæ, ſeù Congregationi legitimè ſunt incorporati, ſeù ad aliquem alium Ordinem tranſitum fecerunt, & in eo profeſſionem emiſerunt, amplius recipiantur.

6 Pterea ſi Nouitius (quis quis ille ſit) dum in probatione fuerit, modum, qui ſibi ex ordine ſeruandus traditur, non ſeruauerit, vel inhoneſtè ſe habuerit, aut præſumpſerit cum aliquo malitioſè contendere, ſeù in ſuperbiam erectus, aliquid aliud attentauerit, per quod poſſit in domo alicuius perturbationis materia ſuſcitari, ſi de eius emendatione non ſit probabilis ſpes, differri huius eiectio non debebit, ſed ſtatim de Congregatione expellatur. Et Nouitius, qui prò culpa ſua [p] expelletur, vlterius non recipiatur. Si verò aliquis Nouitius, quacumque die infrà aſſignatum ſibi tempus probationis, reſpexerit retrò, ſi poſtmodum, tranſacta die ſuæ egreſſionis, iterum redire voluerit, non recipiatur, niſi ea conditione, vt denuò per annum, & diem debeat in probatione manere, ac ſi nunquam in Congregatione fuiſſet, niſi eius vita, & conuerſatio, dum erat Nouitius, talis fuerit, quod videatur diſcretioni Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis, & Fratrum Conuentus, à quo acceptatus fuerat, cum eo miſericorditer diſpenſandum.

n *De ſimo. d. c. veniens. & ex Conc. Mogunt. c. conſtituit. 20. q. 3.*

o *Arg. ſingulorũ eſt ex Conc. Hiſpalen. ca. in noua. 16. q. 7. & in c. cũ cauſam. §. quià. de elect. ſumptum ex lege Domini dicẽtis Deuter. c. 22. Nõ arabis in Boue, & Aſino, &c.*

p *Arg. in c. ſuper eo. in tex. & gloſa magna. de elect.*

Qualis debeat eſſe Magiſter Nouitiorum, & de quibus ipſi Nouitij inſtruantur. Cap. 17.

1 PAter Vicarius Generalis præponat Nouitijs vnum ex Fratribus Magiſtrum, [a] doctum, & honeſtum, virum approbatum, & obſeruantiæ præcipuum zelatorem. [b] Qui eos antè omnia doceat purè, & diſtinctè, ac frequenter confiteri, caſtè, & ſinè proprio viuere: inſtruat eos de Regula, de Conſtitutionibus, ac Diffinitionibus noſtris, de cantu, de Officio diuino, [c] de moribus, de ſignis, & alijs obſeruantijs noſtræ Congregationis, & neceſſaria eis omnia apud Priorem, & Procuratorem procuret. Surgere citò ad vigilias faciat, [d] & ſi fuerint ſomnolenti in Choro, vel in Eccleſia, aut in Capitulo excitet, & vbicumquè ſe negligenter habuerint, eos quantum poterit ſignis, & verbis obſecrando, & increpando ſtudeat emendare, quià eorum cura ei ſpecialiter eſt commiſſa. De apertis culpis, & negligentijs, cum coram eo veniam petierint, aut puniat, aut eos in Capitulo accuſet.

a *Ex Conc. Tolet. c. omnis ætas 12. q. 1. cap. ſi quis incognitus. in text. & gloſ. 17. q. 2. Clemẽ in agro. §. ad ampliationem de ſta. reg.*

b *Argu. in c. cũ ad Monaſteriũ. §. prior. de ſtat. regul.*

c *Ex Conc. Gener. c. Cler. el 2. de vita, & hon.*

d *Ca. Eleuther. di. 91. ex Conc. Niceno c. Preſbyter. ea.*

2 Doceat Nouitios Magiſter quomodò inclinationes, & genuflexiones, atquè proſtrationes horis, & locis debitis faciant. Quomodò inclinent ſe Conuentui, & vnicuique Fratri, cum eum obuium habuerint. Quomodò inclinent ſe danti ſibi aliquid, vel ab eis recipientibus. Quomodò deſignatum eis locum teneant. Quanta diligentia, & cuſtodia cor ſuum, & linguam ſuam ſeruent. Quomodò, & quid orent, & quam ſilenter, [e] vt ſtrepitum alijs non faciant. Quanta diligentia libros, ve-

e *Ex Conc. Tolet. cap. in lecõ. poſt medium. 5. q. 4.*

veſtes, vaſa, & alias res domus cuſtodiant. Quale alijs exemplum præſertim humilitatis, & obedientiæ præbeant.

3 Inſuper ſolicitè doceat eos vt cum nemine cõtendant, [f] ſed omnibus, & præcipuè Magiſtro ſuo obediant, ſaluo [g] ſemper, & vbiquè mandato Prioris, cui neminem præferre debent. Vt de occultis cum nemine, niſi cum Magiſtro ſuo, aut cum Priore proprio, vel cum alio ab eo deputato, debeant confiteri. Vt cum nemine Profeſſo niſi de licentia Prioris, aut Magiſtri, loqui audeant, vel præſumant. Vt non coniungant ſe Conuentui, niſi fuerint à Magiſtro ſuo ſigno, vel verbo vocati. Vt cum hoſpites, vel infirmi comedunt, illuc niſi miſſi, ire non audeant. Vt neminem, quis quis ille ſit, iudicent, [h] ſed ſi aliqua aliquandò viderint, licet mala videantur, bona ſuſpicentur, vel bona intentione facta. Vt non ambulent extento collo, ſed defixis cum humilitate in terram oculis. Vt cum ſibi aliquid datur, vtpotè veſtes, & ſimilia, genua flectentes dicant: *Benedictus Deus in donis ſuis.* Vt cum Fratres proceſſionaliter vadunt, ſocium collateralem attendant. Vt non loquantur de abſente [i] niſi bona. Vt neminem in faciem laudent. [k] Nulli iniuriam faciant, ſed illatam ſibi patienter tolerent. Vt ſinè licentia munera, [l] vel litteras aliquas, nulli mittant, nec ab aliquo recipiant. Paupertatem ament, delicias fugiant, quià caſtitas periclitatur in illis. Voluntatem propriam prò voluntate Superioris deſerant. Sacram Scripturam [m] auidè legant, deuotè audiant, & ardenter adiſcant. Gradus parentelæ ſuæ nõ recitent. De generis nobilitate [n] non ſe iactent. De honore ſæculi non

f *Ex 8. Synodo. c. ſi quis Monacus. diſt. 90.*

g *Arg. ex Conc. Tolet. c. quamquam. in ſi. di. 23.*

h *Arg. in c. cõſulaiſti. 2. q. 4.*

i *Arg. ex 8. Synodo. c. alienus. diſt. 90.*

k *Arg. ex Conc. Cartag. 4. c. Cleric. qui. diſt. 46.*

l *Aug. in Reg. & ca. non dicatis. 12. q. 1.*

m *Hieron. cap. nunquã de conſ. diſt. 5. Cle. nè in agro. §. ad ampliationem. de ſta. reg. c. ſuper ſpeculat. de magiſtris. exemplo Augu. ca. ſi habes. circà medium. 24. q. 3.*

n *Aug. in reg. Greg. c. nos. di. 40. Ambr. c. incitare. 6. q. 1. arg. ex Concil. Triburien. c. nobis. 2. q 4. & c. venerabilis. de preben.*

Digitized by Google

lætentur, nec de parentum diuitijs extollantur, ſed ſolum de pauperum Fratrum ſocietate glorientur, ſicut in Regula ſua Beatiſſimus Pater noſter Auguſtinus nos docet.

4 Tandem ſtudeat Magiſter quantum poterit, in cordibus Nouitiorum ſuorum, dilectionem Dei, & Proximi ſuper omnia imprimere. Deuotionem, & amorem ergà Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, eiuſquè ſacratiſſimam Paſſionem, nec non Beatiſſimam Virginem Mariam, & Diuum Patrem noſtrũ Auguſtinum, Nicolaum de Tolentino, & alios Sanctos Ordinis noſtri, iugiter inſtillare. Singulis propterea diebus, hora, quæ ipſi videbitur opportunior, ad ſonum Campanellæ, conuenire faciat omnes, ad deuotè recitandum Officium Beatæ Virginis Mariæ. Sicut etiam Feria quarta cuiuslibet hebdomadæ prò Benefactoribus defunctis, totum Officium Defunctorum; & Feria ſexta ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, cum Litanijs, & Precibus, prò Benefactoribus viuis, recitare faciat.

De modo Profeſſionis tam à Fratribus Clericis, quam à Conuerſis faciendæ. *Cap.* 18.

1 COmpleto termino probationis [a] alicuius Nouitij, Prior ad ſonum Campanellæ congregatis in Capitulo Fratribus, audiat illius inſtantiam, poſtulantis ad Profeſſionem admitti. Deindè faciat illum exire de Capitulo, & de vita, ac moribus eius, diligenti examine à Fratribus inquirat, & præſertim à Magiſtro ſuo, & ab alijs cum quibus fuerit conuerſatus, qui ſiuè prò eo, ſiuè contrà

a *Arg. de reg. c. ad Apoſtolicam. & c. non ſolum eo. tit. in 6. ca. Gonſaldus. 17. q. 2. ex Concil. Tribur. c. puella. 20. q. 2. c. ſuper eo. c. conſulti. c. poſtulaſti. c. ſtatuimus. de regul. iur. in antiqu.*

trà eum, poſtpoſito odio, vel amore, fidele teſtimonium reddere teneantur. Quod ſi eius vita, & conuerſatio talis inuenta fuerit in probatione, quod de eo ſpes bona habeatur, atquè adeò dignus videri poſſit, vt eius petitioni annuatur, Prior proponat illum Fratribus vt ſuprà congregatis. Qui ſi annuerint, & per vota ſecreta, concurrente maiori parte votorum fuerit admiſſus, & ad Profeſſionem acceptatus, habita prius licentia in ſcriptis à Patre Vicario Generali, ſtatuta die congregatis iterum in Capitulo Fratribus, introducatur ibi Nouitius à Magiſtro ſuo, veſtibus albis indutus, ſcilicet Tunichino albo, cum Scapulari paruo. Hic flexis genibus antè Priorem ab ipſo interrogetur, velit nè diſcedere, ab Ordine, & Congregatione abſolutus; an Ordini potius, & Congregationi per Profeſſionem ſe obligare. Si Profeſſionem reſponderit ſe potius velle facere, & ſic totum Deo, & Ordini noſtro, ac Congregationi ſe offerre, Prior moneat ipſum ad benè perpendendum quid faciat, ſciens, quod poſtquam ſe ſic obtulerit, & ſemel iugo Religionis collum ſubmiſerit, non licebit amplius, quacumque ex cauſa, illud excutere, aut quod ſpontè ſuſcipere voluit, cum recuſare liberè poſſet, dimittere.

2 Quod ſi Nouitius ipſe firmus in propoſito profitendi manſerit, Prior diligenter inquirat ab eo, an teneatur aliquo ex impedimentis ſuprà Cap. 16. recenſitis, ſerioquè moneat eum de veritate abſolutè dicenda. Deindè proponat ei tria Religionis eſſentialia vota, ad quæ per Profeſſionem ſe obligare intendit, ſcilicet Obedientiam, Paupertatem, & Caſtitatem, & vt decet, breuiter tamen, explicet

qua-

qualiter intelligenda, & ſeruanda ſint, vt ipſe Nouitius antequam voueat, nedum declaratione prius ſibi ſæpè ſæpius à Magiſtro ſuo facta, verum etiam dum profiteri debet, à ſuo Priore clarè intelligat, quæ voueat, & quid poſtquam vouerit obſeruare teneatur.

3 Qui ſi propoſitis, & declaratis ſibi Religionis votis, adhuc perſiſtens in voluntate profitendi, & ſic vouendi inueniatur, vltimo loco inquirat ab eo Prior, an ſponte, & libera ſua voluntate, an verò vi, aut metu, vel ab aliquo ſeductus, ad Profeſſionem faciendam moueatur. Quo reſpondente, ſe ſponte, & liberè, non verò vi, aut metu, nec ab aliquo ſeductum, ad Profeſſionem emittendam paratum eſſe, deferatur à Magiſtro Nouitiorum ad pedes Prioris Cappa nigra, cum Capucio, & Corrigia, præcedentibus duobus Acolythis, quorum vnus Aquam benedictam, alter verò Thuribulum cum Incenſo deferat.

4 Tunc Prior imponens ſibi Stolam, benedicat Cappam, dicens.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit Cælum, & terram.*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Domine Ieſu Chriſte, qui tegumentum noſtræ mortalitatis induere dignatus es: obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam: vt hoc genus veſtimentorum, quod Sancti Patres noſtri ad humilitatis indicium, abrenunciantes ſæculo, ferre ſanxerunt:

Tu

Digitized by Google

Tu ità Bene ✠ dicere digneris: vt poſtquam hic famulus tuus eo vſus fuerit, te induere mereatur. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen.*

Oremus.

DEus æternorum bonorum fideliſsime promiſſor, & certiſsime perſolutor, qui veſtimentum ſalutis, & indumentum iucunditatis, tuis fidelibus promiſiſti: clementiam tuam humiliter expoſcimus: vt hæc indumenta humilitatem cordis, & contemptum mundi ſignificantia, quibus hic famulus tuus, viſibili eſt informandus propoſito, propitius Bene ✠ dicas: vt beatæ abnegationis habitum, quem te aſpirante ſuſceperit, te protegente cuſtodiat: & quem veſtibus venerandæ Religionis Sancti Patris noſtri Auguſtini, induere volumus: beata facias immortalitate veſtiri. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Oremus.

DOmine Deus bonarum virtutum dator, & omniũ benedictionum largus infuſor: te obnixius deprecamur: vt has veſtes Bene ✠ dicere, & ſanctificare digneris, quas hic famulus tuus, prò indicio agnoſcendæ Religionis ſuæ, induere vult: vt inter reliquos Auguſtiniani inſtituti Fratres, tibi agnoſcatur dicatus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

5 Quibus Orationibus completis, tam Nouitius, quam veſtes aſpergantur Aqua benedicta, & adoleantur Incenſo. Poſteà Prior induat [b] Nouitium antè ſe genuflexum Cappa benedicta, dicens: *Induat te Dominus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Faciatquè ſignum Crucis ſuper eum cum Cappa. Deindè præcingat ipſum Corrigia benedicta, dicens:

b *Arg. ex Conc. Tolet.* 10. *cap. ſi.* 20. *q.* 1.

cens: *Accipe Corrigiam ſuper lumbos tuos, in ſignum caſtitatis, & continentiæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Faciatquè ſignum Crucis ſuper eum cum Corrigia. Tandem imponat ei Capucium benedictum, dicens: *Accipe iugum Domini: iugum enim eius ſuaue eſt, & onus eius leue. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Et eo modo, quo fecit cum Cappa, & Corrigia, ſic faciat ſignum Crucis ſuper eum cum Capucio.

6 Interim dum induitur Nouitius, cantent Fratres Hymnum: *Magne Pater Auguſtine, &c.*

Quo finito, Cantores dicant.

℣. *Ora pro eo Beate Pater Auguſtine.*

℟. *Vt dignus efficiatur promiſsionibus Chriſti.*

Et Prior dicat.

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

ADeſto ſupplicationibus noſtris Omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges: intercedente Beato Patre noſtro Auguſtino Confeſſore tuo, atquè Pontifice: huic famulo tuo, conſuetæ Miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

7 Induto Nouitio, Prior genibus flexis incipiat Hymnum, *Veni creator Spiritus, &c.*

Et Fratres decantent totum. Et in fine Cantores dicant.

℣. *Emitte ſpiritum tuum, & creabitur.*

℟. *Et renouabis faciem terræ.*

Deindè Prior dicat.

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Ore-

Digitized by Google

Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da huic famulo tuo in eodem ſpiritu recta ſapere: & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum ℟. Amen.

8 Et ſic inuocato Spiritu Sancto, accipiat Nouitius Regulam in manibus, & genibus flexis, deponat eam apertam in gremio Prioris ſedentis, tenens iunctas manus ſuper eam in modum orantis; quam Prior apprehenſam teneat, ſicquè in eius manibus profeſſionem emittat, decantando eam in tono lectionum, hoc modo.

IN nomine [c] *Domini noſtri Ieſu Chriſti benedicti. Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo ſeptingenteſimo, &c Die Menſis Ego Frater N. N de N. facio Profeſſionem, & promitto Obedientiam Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Patri noſtro Auguſtino, & tibi Patri Fratri N. N. de N. Priori huius Conuentus S. N. N. nomine, & vice Reuerendiſſimi in Chriſto Patris Magiſtri N. N. de N. Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, & ſucceſſorum eius canonicè intrantium: viuere ſinè proprio, & in caſtitate, ſecundum Regulam eiuſdem Beati Patris noſtri Auguſtini, vſquè ad mortem.*

c Arg. ad Coloſſen. c. 3. & c. legum. 2. q. 1.

9 Finita Profeſſione, detur nouiter Profeſſo Candela accenſa in manibus, & Prior ſtatim dicat.

Oremus

FRatres cariſſimi: vt quod Frater noſter ore Profeſſus eſt, opere feliciter compleat: auxiliante

Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu Sancto, viuit, & regnat, in ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen.*

10 Et poſteà Cantores incipiant Hymnũ, *Te Deũ laudamus, &c.* Dum cantatur Hymnus, Fratres bini, & bini proceſſionaliter accedant ad Eccleſiam, nouiter Profeſſo cum Candela accenſa in manibus, penes Priorem incedente. Ingreſſi verò Eccleſiam, ſtet nouiter Profeſſus flexis genibus antè Altare Maius. Et finito Hymno, *Te Deum laudamus, &c.* dicat ter hunc verſum, decantando ipſum in tono lectionum, & plus vocem eleuando ſecunda, quam prima vice, plus tertia, quam ſecunda. ℣. *Suſcipe me Domine ſecundum eloquium tuum, & viuam.* Et Fratres ſingulis vicibus reſpondeant. *Et non confundas me ab expectatione mea.* Poſteà dicat nouiter Profeſſus. ℣. *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.* Et Fratres reſpondeant. *Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.*

11 Poſt hæc Prior mediocri voce cantando dicat, *Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.*

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*
℟. *Sed libera nos à malo.*
℣. *Saluum fac ſeruum tuum.*
℟. *Deus meus ſperantem in te.*
℣. *Oſtende ei Domine miſericordiam tuam.*
℟. *Et ſalutare tuum da ei.*
℣. *Eſto ei Domine turris fortitudinis.*
℟. *A facie inimici.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere eĩ.*
℣. *Mitte ei Domine auxilium de ſancto.*
℟. *Et de Sion tuere eum.*

℣. *Do-*

Digitized by Google

℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, cuius charitatis ardore ſuccenſus hic famulus tuus, ſtabilitatem ſuam tibi in hoc noſtro Ordine, & Congregatione promittendo, tuo iugo collum ſubmiſit: concede propitius: vt in vltimo tui examinis die, in dextera tua collocatus, cuncta ſua deuotionis promiſſa ſe adimpleſſe lætetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Oremus.

Agnoſce Domine Ieſu Chriſte famulum tuum inter oues tuas, vt ipſe te agnoſcat, & te abnegando, alienum Paſtorem non ſequatur, nec audiat vocem alienorum, ſed tuam, qui dicis: qui mihi miniſtrat me ſequatur. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen.*

Oremus.

Sancte Spiritus, qui te Deum, ac Dominum reuelare dignatus es: poſtulamus immenſam tuæ maieſtatis clementiam: vt ſicut vbi vis ſpiras, ſic & huic famulo tuo affectum deuotionis indulgeas, & quoniam tua ſapientia conditus eſt, tua quoquè prouidentia, gubernetur: quem iuxtà conſuetam tibi gratiam, vnctio tua de omnibus doceat: & per interceſſionem Sanctiſſimi Patris noſtri Auguſtini, quem huius ſanctæ Inſtitutionis legislatorem dediſti; nec non & aliorum Sanctorum Ordinis noſtri, ad obſeruantiam ſancti propoſiti, fac eum ità certatim feruere, vt in tribulationibus, & anguſtijs, tua indeficienti conſolatione valeat reſpirare, & iuſtè, ac piè per veram humilitatem, atquè obedien-

tiam

tiam, in fraterna charitate fundatus, quod te donante promiſit, fęlici perſeuerantia compleat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui ſub magno Patre Auguſtino, in Eccleſia tua ſancta, grandem filiorum exercitum contrà hoſtes inuiſibiles adunaſti: Fratrem noſtrum nouiter collum iugo, ſub tanti Patris militia ſupponentem, amore Sancti Spiritus accende: vt per Obedientiam, Paupertatem, & Caſtitatem, quas modò profeſſus eſt, ità militando tibi Regi Regum, præſentis vitæ ſtadium percurrere valeat, vt fęlicitatis æternæ coronam, deuicto triumphatoquè mundo, cum pompis ſuis, te donante percipere mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Oremus.

DEus, qui Beatiſsimum Patrem noſtrum Auguſtinum de tenebris gentium reuocaſti, mundoquè ſpreto, tibi ſoli militare feciſti: tribue quæſumus huic famulo tuo, ſub eiuſdem magiſterio ad tuum ſanctum ſeruitium feſtinanti: & perſeuerandi conſtantiam, & perfectam vſquè in finem victoriam. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen.*

12 Orationibus finitis, auferatur Candela de manibus nouiter Profeſſi, & extinguatur, ipſe verò ducatur à Magiſtro Nouitiorum ad pacem dandam ſingulis Fratribus, incipiendo à Priore, & dicendo: *Pax tecum.* ℟. *Et cum ſpiritu tuo.* Deindè reuertatur ad Priorem, quem genibus flexis coram ſe conſtitutum, exhortabitur ipſe Prior, ad fideliter reddendum Deo quod vouit, caſtè ſcilicet viuendo

mente,

mente, & corpore: nihil poſſidendo proprium actu, vel voluntate: & obediendo Superioribus ſuis ſinè murmuratione, vel contradictione. Sicquè mores, quos in probatione didicit Nouitius, non negligat ſeruare Profeſſus, quià quod in probatione impendebat pro libito, nunc reddere tenetur ex voto. Et his, aut conſimilibus dictis, benedicat nouiter Profeſſo dicens: *Pax, & Benedictio Dei Omnipotentis Patris ✠ & Filij, & Spiritus Sancti, deſcendat ſuper te, & maneat ſemper tecum*. ℟. *Amen*. Et dicto *Adiutorium noſtrum, &c.* ſoluat Capitulum, & omnes in pace diſcedant.

13 Nouitij adoleſcentes, d vt magis in bono ſpiritu, regulariſquè diſciplinæ obſeruantia, ſtabiliantur, & confirmentur, ſub cura Magiſtri morum, etiam poſt Profeſſionem permaneant, vel in eodem, vel in alio Conuentu ad id deſſignato, quouſquè ad ætatem ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ſufficientem peruenerint, vel ſaltem vſquè ad triennium poſt Profeſſionem completum. Et infrà tempus prædictum, in nullo Capitulo vocem e habeant.

14 Conuerſi verò maneant in probatione per annum, & diem ſicut alij Fratres, in Conuentu pro Nouitiatu deſſignato, à quo pro eo tempore remoueri nequeant, & poſteà Profeſſionem faciant ſicut Clerici, in Capitulo tamen, & ſinè cantu, & cum accedunt ad pedes Prioris, veſtes albas non habeant ſicut Clerici, ſed veſtem nigram Commiſſorum. Et vocem f non habeant in electione Prioris, nec Vicarij, etiam poſt completum à profeſsione triennium, licet poſt idem tempus, per Diffinitiones noſtras, in quibuſcumque alijs Capitulis, curam animarum non concernentibus, ex gratia vocem habere

d *Arg. ex Concil. Tolet. c. omnis ætas. 12. q. 1.*

e *Licet aliàs de iure cõmuni omnes Clerici tacitè, vel expreſsè profeſsi vocem haberent. ca ex eo. §. in Eccleſijs de elect in 6. nunc autem ſtandũ eſt huic Conſtitutioni.*

f *De elect. in 6. cap. ex eo. §. in Eccleſijs. in fi.*

bere permittantur. Commiſſi verò, vt ſuprà dictum eſt, nullam Profeſſionem faciant, & in nullo vnquam Capitulo vocem g habeant.

15 Volumus autem, vt quandocumquè Nouitius aliquis, ſiuè Clericus, ſiuè Conuerſus Profeſſionem emiſerit, præſens ſit publicus Notarius, qui de omnibus, quæ viderit, & audierit, publicum h conficiat Inſtrumentum, & illud ſimul cum notula diei, & loci receptionis eiuſdem Fratris, in libro ſpeciali, ad id à Priore deputato, regiſtretur.

16 Si verò Nouitius taliter profiteri noluerit, aut de recipiendo eo, maior pars Capituli non concordauerit, dicat ei Prior: *Frater mi, mores tui non concordant cum moribus noſtris: tolle quod tuum eſt, & egredere liber à nobis*. Et omnia quæ ſua ſunt ei dentur, excepto habitu Religionis, vel quibuſcumque veſtimentis ad modum noſtrum factis, quæ non reſtituantur, ſed tantum pretium eorum. Et tam modeſtè, cautè, & occultè expellatur, vt nec alijs ſit ſcandalum, nec ipſe ſcandalizatus, ſed potius, quoad fieri poterit, ædificatus, & cum amore Congregationis, ac Fratrum recedat.

17 Ad omnem verò iniuſtitiæ vmbram tollendam, ſtatuimus, quod Nouitius ſemel receptus, infrà probationis annum, non poſſit à Priore expelli, niſi prius declaratis in Capitulo iuſtis, ac legitimis cauſis, ob quas non deceat eum in Congregatione permitti. Quas etiam cauſas explicare tenebuntur Priori, Fratres ſuffragium ferentes, ſi quandò contrà bonam de Nouitio, à ſuo Magiſtro datam informationem, nihilominus non fuerit per ipſos ad Profeſſionem admiſſus. Quod ſi requiſiti a Priore de huiuſmodi cauſis, eas aſſignare renuerint, tunc

Prior

g *Arg. in d. c. ex eo. §. in Eccleſijs in fi. de elect. in 6.*

h *Arg. ex Conc. Tolet. c. fi. 20. q. 1. & ex eodē Conc. c. omnes. 27. q. 1.*

Digitized by Google

Prior per litteras rem omnem Patri Vicario Generali ſignificabit, cui liberam elargimur poteſtatem, eiuſmodi Nouitium ad Profeſſionem admittendi, niſi ſibi conſtiterit de prædictis cauſis, eaſquè rationabiles iudicauerit. Similiter ſi de iam dictis cauſis, vel de aliquo impedimento, tempore probationis in Nouitio detecto, dubium aliquod fuerit ortum, ad Patrem Vicarium Generalem recurrendum erit, vt ipſe rebus omnibus benè perpenſis, id ſtatuat, quod ſecundum Deum, iuſtum eſſe cognouerit.

Qualiter recipiantur hoſpites, & extranei; & ad quid hoſpites noſtræ Congregationis teneantur. Cap. 19.

1 HOſpites, [a] quandò ad nos venerint, maximè Viri religioſi, Oſtiarius cum multa vultus hilaritate eos ſuſcipiat, & introductis eis, ſtudeat vt Eccleſiam intrent. Et poſteà in Capitulo primi Clauſtri, ſi ibi fuerit, ſin autem, in ipſo Clauſtro primo ſedeant, donec reſpondeatur eis. Interim Oſtiarius cum matura feſtinatione ad Priorem accedens, denunciet eos adeſſe. Qui audito eo, quantum poterit feſtinet ſatisfacere eis honeſtè, nè ſi abſquè reſponſo, longa ipſos mora tenuerit, materiam turbationis habeant, vel turbentur. Quod ſi hoſpites ipſi Venerabiles, & Religioſæ perſonæ fuerint, Prior eos ad habitacula interiora introducat, vel introduci faciat. Cum quibus, ſi gratia ſuſcipiendæ refectionis venerint, eſſe poterit ipſe Prior, aſſumptis ſecum de Fratribus, duobus, vel pluribus, aut vno, ſicut diſcretioni ſuæ videbitur expedire. Et ſi à remotis venerint, pedes eis faciat

a Arg. ex Conc. Gangre. cap. ſi quis. & c. quieſcamus. di. 42. Greg. ca. quià. §. fin. 12. q. 1. Greg. c. mos eſt. ca. q. 2.

lauari. Non autem quoſcumque Religionis habitum deferentes ad interiora duci volumus, nec parem familiaritatem cuilibet exhiberi. Cunctis tamen, etſi non æqualiter, ſecundum quod honeſtas Congregationis, & facultas domus permiſerit, charitatiuè, & hilariter ſeruiatur.

2 Paucis de Clero Sæculari, & de Laicis datur ad ſecundum Clauſtrum, & Hortum, vel Viridarium ingreſſus, ità vt Clauſtrum ſecundum, & Hortus ſint ab extraneorum acceſſibus [b] aliena. Primum etiam Clauſtrum, niſi in aliquibus caſibus, ſecundum diſcretionem Prioris, Sæcularibus intrare permitti non debet.

3 Hoſpites verò noſtræ Congregationis, ſiuè de propè, ſiuè de longè veniant, quantũ Prioris videbitur diſcretioni, in domo hoſpitum erunt, ità vt apud eum nõ ſit acceptio [c] perſonarum. Nec enim dicitur acceptor perſonarum, qui merita conſiderat non perſonas. Si enim ipſi hoſpites aliàs Viri auctoritatis, & præeminentiæ erunt, & Prælati famoſi, interdum cum eis comedere [d] poterit ipſe Prior, aſſumpto de Conuentu, nunc vno, nunc alio Fratre ſecum. Non autem debet indifferenter eſſe in menſa, cum quibuslibet hoſpitibus. Recumbentibus verò hoſpitibus, illi ſoli compareant, quibus iniunctũ fuerit, vt ſeruiant ipſis. Et ipſi hoſpites, maximè ſi nocturno, aut ſilentij tempore venerint, ſe nulli coniungant, vel loquantur, niſi illis ad quos ſpectat, hoſpites recipere, niſi dè licentia ſpeciali Prioris, cum & ipſi hoſpites, eodem tempore, quantum commodè poterunt, ſilentio intendere debeant.

4 Poſt exhibitam verò à Priore hoſpitibus humanitatem competentem, conſideratis eorum meritis,

b *Arg. in cap. peruenit. & ca. dudum.* 18. *q.* 2.

c *Arg ex Conc. Gangren. ca. ſi quis. deſpicit. §. hinc etiam. diſt.* 42.

d *Arg. in c. cũ ad Monaſter. §. in Refectorio. de ſta. reg.*

ritis, & labore, ſi vlterius in domo moram traxerint, vbiquè, & in omnibus, ſicut Fratres Conuentus ſe habeant,& ad omnia teneantur,excepto quod in Capitulo vocem non habeant.

5 Si autem ex ipſis hoſpitibus aliquis, quid habuerit à Priore ſuo in mandatis, ſeù quodcumque aliud negotium vtile, & honeſtum, cui oporteat ipſum intendere, Prior loci non patiatur ipſum negotijs alijs occupari, per quæ illud ad quod venit, grauiter impediri valeat, vel differri, ſed ſicut diſcretioni ſuæ videbitur, ei de Socio prouidebit, cum quo poſſit illud tale quid expedire, quià nolumus hoſpites ſimul ire, ex quacumque cauſa, niſi fuerint perſonæ Venerabiles, & Graues, vel niſi iudicio Prioris, cum id neceſſitas valdè grandis exigat, concedatur.

6 Cum Fratres debent aliquò ire, die ſequenti non reuerſuri, accedant antè Altare maius, & poſitis genibus, dicant Antiphonam. *In viam pacis, &c.* Poſteà Canticum. *Benedictus Dominus Deus Iſrael, &c.* cum reliquis, vt in Breuiario Romano continetur. Cum verò redierint, poſitis genibus antè maius Altare, dicant Pſalmum, *Leuaui oculos meos in montes, &c.* cum *Gloria Patri, &c.* Deindè. *Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.*

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos à malo.*

℣. *Saluos fac ſeruos tuos.*

℟. *Deus meus ſperantes in te.*

℣. *Mitte eis Domine auxilium de ſancto.*

℟. *Et de Sion tuere eos.*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus miſerere nobis famulis tuis, & quidquid in via nobis ſurripuit viſus, vel auditus malæ rei, aut ocioſi ſermonis, totum ineffabili pietate abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

7 Si autem aliquis Frater (quod abſit) extrà Conuentum ſuum aliquid commiſerit, propter quod corrigi debeat, ſi illud ſufficienter ſibi probetur, à Priore in cuius Conuentu, vel Quæſta deliquit, de eius delicto quod commiſerit, ſecundum ſtatuta, ac Diffinitiones Congregationis corrigatur. Quod ſi Prior ipſe Fratrem, qui in ſuo Cõuentu, seù Quæſta ſui Prioratus deliquit, corrigere ſinè ſcandalo non poſſit, Patri Vicario Generali exceſſum huiuſmodi Fratris, quam citius lucidè, & diſtinctè, cum omnibus circumſtantijs, ſcribat, & notificet.

o Arg. in c. ſi quis. diſt.42.

8 Quilibet Superior localis noſtræ Congregationis, qui non *o* receperit hoſpites charitatiuè, iuxtà poſſibilitatem loci, pœnæ grauioris culpæ ſubiaceat per quindecim dies, ad quam pœnam explendam Pater Vicarius Generalis eum cogat.

a Aug. in reg. & ex Conc. Later. c. Monachi in princ. de ſta. reg. ex Concil. Tolet. 11. c. illud. 7. q. 1. ex 7. Synod. ca. in omnibus. diſt. 81. Cle. nè in agro. §. ad hac. de ſta. reg.

Vt Fratres ſinè litteris Patentibus aliquò non mittantur. Cap. 20.

1 STatuimus, vt nullus Frater noſtræ Congregationis, ſiuè Subditus fuerit, ſiuè Superior, extrà Conuentum vadat ſolus, *a* ideſt abſquè ſocio Fratre Clerico, vel Conuerſo, aut Commiſſo eiuſ-

eiuſdem Congregationis, Profeſſo, vel Nouitio. Nequè Prior loci aliquem Fratrem de Subditis ſuis (Conuerſis, & Commiſſis dumtaxat exceptis) ſolum, ideſt ſinè Socio, vt præfertur, extrà mittat, aut ire permittat, niſi tam arduus caſus neceſſitatis [b] emergeret, quod id abſquè detrimento Congregationis, vel alicuius loci, aut perſonæ ipſius, obſeruari non poſſit, in quo caſu talis mittatur, de cuius honeſtate, & grauitate non dubitetur. Quandocumquè autem, & quauis ex cauſa, extrà Conuentum ire contigerit, prius coram Superiore Fratres genua flectant dicentes: *Benedicite Pater*. Qui det eis benedictionem. Similiter quamprimum redierint, idem faciant.

2 Inhibemus [c] etiam, nè aliquis Prior det licentiam aliquibus Fratribus ſui Conuentus, eundi de loco ad locum per Congregationem, vel extrà eam, ſinè neceſſitate, & hoc cum litteris [d] Patentibus Patris Vicarij Generalis, vel eius Viceſgerentis, in quibus cauſa huiuſmodi neceſſitatis, & nomen loci ad quem vadunt, ac redeundi terminus exprimatur. Volumus etiam, quod nec ipſi Priores de loco ad locum ire poſſint, ſinè cauſa euidenti. Contrafacientes autem ſiuè Priores, ſiuè Subditi fuerint, à Patre Vicario Generali puniantur.

3 Ambaſciatam [e] verò alicuius Perſonæ Eccleſiaſticæ, vel Sæcularis, vel Communitatis, Frater nullus aſſumat extrà Congregationem, vel intrà eam, ſinè Patris Vicarij Generalis licentia ſpeciali.

4 Si verò aliqui Fratres Congregationis noſtræ abſquè litteris Patentibus Patris Vicarijs Generalis

b *Quia legem non habet. c. ſicut. de conſ. di. 1. c quod nõ eſt licitum. de reg. iur. in 6. c. diſcipulos. de conſ. diſt. 5. ex Conc. Cartag. 4. c. cũ omnibus. diſt. 8. c. ſi quis propter neceſſitatem. de furtis.*

c *Arg. in c. Epiſ. diſt. 72. cle. nè in agro. §. 92. ver. Prælatis eorũ. de ſta. reg. c. nè Religioſi. in princ. de reg. c. vt periculoſa. nè Cler. vel Mona.*

d *Ex Conc. Agat. c. Monachũ. 20. q. 4. ex Cõc. Cartag. 4. cap. Cler. alienũ. di. 72. ex Cõc. Calced. c. extraneo di. 71. ex Conc. Cartag. 1. c. primatus. ex Conc. Antioch. c. nullũ. Aug. c. hortamur. ea. & c. due. & c. alienũ. in princ. 19. q. 2. c. quam ſit neceſſar. § nullus. 18. q. 2. ex Conc. Agat. ca. Monac. 16. q. 1.*

e *Arg. ex Conc. Mogunt. ca. multa. ex Conc. Later. ca. ſed nec procurationes. in fi. ca. ſecundum inſtituta. nè Cler. vel Monac.*

lis à ſuo Conuentu recedere præſumpſerint, venientes ad alium Congregationis locum, Oſtiarius quidem intromittat, ſed poſtquam eos Patentes litteras ſciuerit non habere, id quam citius Priori domus inſinuet. Qui ſtatim congregatis aliquibus de Senioribus, vel toto Conuentu, in Capitulo, vel alio loco, huiuſmodi Fratres inordinatè euntes ad ſe venire faciat, & comperto quod litteras Patentes non habeant, de conſilio prædictorum, puniat eos ſecundum diſcretionem ſuam. Si autem ad Conuentum ſuum redire voluerint, ire permittantur, ſed non impuniti. Et dum in loco ſteterint, ſi Priori, & Senioribus viſum fuerit, Dormitorium, Eccleſiam, & Sacriſtiam, ſeù alicuius Fratris Cellam non intrent, & cum aliquo, niſi de Prioris licentia non loquantur, donec de conditione eorum, per litteras Prioris ipſorum, certificatus fuerit ipſe Prior. Et interim ad manducandum ſedeant in terra in medio Refectorij, comeſturi ea, quæ Prioris diſcretio eis dari fecerit. Et ſi inueniatur quod ſint fugitiui, tanquam Apoſtatæ puniantur. f

5 Si verò veniant de Fratribus illis, qui ſinè licentia de Congregatione abierunt, recipiantur in Carceribus. g Si verò ex his, qui cum licentia abierunt, recipiantur quidem, ſed nemo loquatur eis, niſi Prior, aut alius de licentia Prioris. Et exhibita eis hoſpitalitate, quam citius fieri poterit, de Conuentu emittantur.

6 Inhibemus inſuper, vt nullus Frater etiam aſſociatus, extrà ſeptam h loci, ſinè licentia ſui Prioris exeat. Quod ſi quis cum deliberatione, id feciſſe deprehenſus fuerit, pœnam Apoſtaſiæ ſe no-

f *Videlicet carcere c. à nobis. de apoſtat. ex Cõc. Aurelian. c. Abbates. in fi. 18. q. 2. ex Concil. Triburien. cap. impudicas. & c. ſi cuſtos. & c. ſeq. 27. q. 1. ex Conc. Brach. c. cũ beatus. in fi. diſt. 45. cap. ſi in qualibet. 20. q. 2.*

g *Argu. in iuribus proximè allegatis.*

h *Arg. ex Conc. Calced. c. iuxtà. 16. q. 1. & c. qui verè & ca. quidam Monachi. & ex Conc. Agat. c. Monachi vagantes. ead. q. & cauſa. & ex Conc. Aurel. c. Abbates. in fi. 18. q. 2.*

nouerit incurriſſe, niſi ineuitabile detrimentum, & arduus caſus, vt ſuperius dictum eſt, hoc excuſet.

7 Si quis quoquè de Fratribus, cuiuſcumque conditionis exiſtat, ſiuè ſit de Conuentu, ſiuè hoſpes, Priore, Eleemoſynarijs, & Procuratore Conuentus exceptis, viſitandi gratia, vel quácumque alia ex cauſa exire debebit, domos, & perſonas ad quas ire intendit, Priori loci ſpecificet, [i] Socium nullum petens ex nomine, contentus eo, de quo Prioris diſcretio prouidebit. Et ſi forſitan vocatus, aliquam de non ſpecificatis, cauſa rationabili ſuadente, domum intrauerit, reuerſus ad locum, id Priori ſignificet.

8 Priores autem in quarumlibet perſonarum viſitatione, & allocutione, talem Fratribus legem imponant, quam & ipſi, inquantum debitum officij ſui patitur, ſeruent. [k] Hinc maximè caueant ab immoderata [l] viſitatione, & locutione cum Mulieribus, vt nulli materia ſcandali [m] tribuatur.

9 Vniuerſis noſtræ Congregationis Fratribus, tam Superioribus, quam Subditis inhibemus, nè quis ad loca in quibus ſunt Conuentus noſtræ Congregationis veniens, in domibus Sæcularium audeat quoquomodo comedere, [n] aut moram trahere, vel pernoctare, niſi prius Priori Conuentus noſtri ſe præſentet, & ab eo licentiam obtineat. Cōtrafacientes verò tribus diebus in terra ſedeant, & in medio Refectorij in pane, & aqua ieiunent. Pernoctantes verò ſicut Apoſtatæ [o] puniantur: decla-

i *Arg. ex Conc. Taracon. c. Monachi à Monaſterio. 16. q. 1.*

k *Arg. in c. cũ in magiſtrũ. de elect. c. ea qua. §. ſi. verò in fi. de ſtat. reg. ca. pro illorum. de preben. arg. in ca. cum omnes. de conſtit. Greg. ca. ſi cuſtos. 27. q. 1. ca. ordinatos diſt. 59. ca. miſerum. di. 61. Hiero. c. ſi Cler. 16. q. 1. Aug. c. Sacerdos. Greg. c. iudicet. c. in grauibus. c. poſtulatus 3. q. 7. c. qualis. 8. q. 1. Aug. ca. nequè diſt. 9. ex Conc. Toleta. c. quã quam. diſt. 23.*

l *Arg. ex 7. Synod. Nicena ca. in omnibus. ex Conc. Afric. 4. c. Cler. & ex eo. Con. c. ad reatum. ex Concil. Cartag. 4. c. cũ omnibus. & c. Cler. & 5. c. ſeq. di. 81. ex Conc. Nice. c. interdixit. di. 32. c. quorumdam. di. 34.*

m *Aug. c. nolo. 12. q. 1. Aug. c. non ſunt. 11. q. 3.*

n *Arg. ex 7. Synodo Nicen. c. in omnibus. de conſ. di. 31. ex Conc. Mart. Pap. c. nõ liceat. diſt 44. ex Conc. Nanneten. c. nullus. ex Conc. Agat. c. Presbyt. diſt. 34.*

o *Vt ſuprà in littera k. in verbo apoſtata.*

clarantes quod Prior loci, huiuſmodi pernoctantes Carceri valeat mancipare, niſi fortè talis neceſſitas, vel caſus occurrat, qui eos meritò valeat excuſare.

Qualiter ad refectionem intrent, & ſedeant ipſi Fratres. Cap. 21.

1 HOra competenti antè prandium, vel cœnam, Coquinarius campanellam pulſet, quo ſigno audito, om̃nes Fratres cũ ſilentio [a] ſtent, donec poſt refectionem exſoluerint gratias in Capitulo, vel Eccleſia. Interim abluant ſibi manus, & Capitulum ſecundi Clauſtri cũ ſilentio [b] intrent, ibi ſedentes honeſtè, donec ſignum audierint intrandi in Refectorium. Tunc ſi quis habeat dicere ſuam culpam, dicat. Prior verò pulſato primo ſigno, longam moram non faciat, ſed per ſe, aut per alium, pulſato ſecundo ſigno, Fratres introducat in Refectorium. Qui adſtantes hinc indè, verſis vultibus ordinatè, [c] ex tunc ad Benedictionem [d] menſæ procedant, ſicut in Breuiario de Benedictione menſæ omnia continentur. Fratres panem non diſcooperiant, donec primò lectio [e] incipiatur, & ſignum à Priore fiat. Fratrum præſentium in domo à prima menſa nullus remaneat, [f] exceptis cuſtodibus, & miniſtris, & quot quot remanſerint, in ſecunda menſa comedant, nec tertia fiat. Propter quod Prior iniungat egredientibus, vt ſic ad locum feſtinent reuerti, vt ſaltem ſecundæ menſæ valeant intereſſe.

a *De ſta. reg. c. cum ad Monaſter. §. in oratorio.*

b *Arg. ex Conc. Tolet. 11. c. in loco. 5. q. 4.*

c *Arg. in c. miramur. §. quod ſi quibuslibet. diſt. 61.*

d *Ex Conc. Nanneten. c. quandò autem. & ex Conc. Martini Papæ c. ſi. di. 44.*

e *Arg. Primum quærite regnũ Dei. ex Concil. Tolet. 3. c. pro reuerẽtia & ex Conc. Naneten. c. quandò autẽ. & Greg. c. conuiuia. diſt. 44.*

f *C. præter. §. præcipientes. di. 32.*

2 Nulla pictantia fiat in ſecunda menſa, quæ in prima non ſit facta, niſi forſitan interdum hoſpites adfuerint. Nam tunc eorum reliquiæ, poterunt in ſecunda menſa comedentibus dari.

3 Fra-

Digitized by Google

3 Frater ſedens in Refectorio, non mittat Fratri pictantiam abſquè licentia Prioris, ſed de ſibi data à Priore, vel permiſſione ipſius ab alio, dare à dextris, & à ſiniſtris ſedentibus, eo permittente, licebit.

4 Si quis iuxtà ſe ſedenti viderit aliquid deeſſe de communi, ſigno requirat à miniſtro quod deerit, ſi ſciuerit ſigna, ſin autem ſilenter requirat. Commune autem intelligimus, quidquid tunc, ideſt in Refectorio, hora prandij, vel cœnæ Fratribus communiter apponitur, de quo ſi quid vlli defuerit, illud intelligitur requirendum; quià ſi quis aliud quæſierit, non dabitur ei, quidquid ſit illud, abſquè licentia Prioris.

5 Et ſi quis quidpiam [g] aliud in Refectorium manifeſtè, vel latenter, ſinè licentia deferre præſumpſerit, vt vel ipſe, vel alius comedat illud ibi, ab eſu rei huiuſmodi in Refectorio, ex tunc vſquè ad dies quadraginta abſtinere cogatur, niſi ſtatim peractis gratijs poſt refectionem, publicè ſuam confiteatur offenſam, pro qua infrà dies octo proximos, vna die in pane, & aqua tantum, debeat ieiunare.

6 Prior ſolicitè, & attentè reſpiciat diſcumbentes, & ſi quos tumultuosè [h] agere, vel inutiliter ſignificare, vel inhoneſtè ſe habere deprehenderit, aut ſtatim ſigno coerceat, aut poſt gratias coram Fratribus durè arguat, vt cæteri [i] terreantur, atquè ſi hoc non ſufficiat, pœnam eis, quæ ipſos inſtruat, imponat.

7 Poſt quam igitur Prior ipſe conſpexerit, Fratres ab eſu deſiſtere, de menſis omnibus rebus eleuatis, exceptis tobaleis, ſigno Lectori imperet finem facere lectioni; qui ſtatim audito ſigno dicat.

g *Arg. Aug. c. quid dixit. diſt. 41. Auguſt. de doct. Chriſ. ca. quiſquis. Aug. c. delicia. Aug. c. non cogantur. ex Conc. Gangren. c. parſimoniam. ea diſt.*

h *Ex Conc. Tolet. 11. c. in loco. 5. q. 4.*

i *Arg. in c. inſtũ. 23. q. 3. c. loci. poſt princ. 35. q. 9. c. peruenit. el 2. in fi. diſt. 93. ca. ea, qua. §. ſi verò. de ſta. reg. ca. quapropter. 2. q. 7. arg. à con. ſen. c. vt Cleric. §. nè verò. ver. facilitas veniæ. de vita. & honeſt.*

Tu autem Domine miſerere nobis. Tunc Fratres diſcooperto, & inclinato capite reſpondeant. *Deo gratias*. Et ſtatim omnes Fratres egrediantur de menſis. Et ipſis adſtantibus, ſicut in Benedictione menſæ fecerunt, Cantor incipiat verſum gratiarum [k] vſque ad punctum, & Fratres proſequentes communiter totum compleant, ſicut in Breuiario continetur. Cellarius autem, aut alius Conuerſus ſic colligat tobaleas, vt non pereant, aut conculcentur fragmenta. [l]

k *Ex Cōc. Martini Papæ c. non liceat. & ex Conc. Nanneten. ca. quandò autem. diſt. 34.*

l *Arg. Ioannis cap. 6.*

8 In Cœna autem Domini, & in Paraſceue, poſtquam Lector in menſa finem lectioni, ad ſignū Prioris fecerit, Cantor media voce incipiat Pſalmum, *Miſerere mei Deus, &c.* Quem alternatim ad Capitulum, vel Eccleſiam proceſſionaliter euntes, ſicut alijs diebus fieri ſolet, complebunt, omiſſo tamen verſiculo, *Gloria Patri. &c.*

De Cibis, & Ieiunio Fratrum. Cap. 22.

1 FRatres à Feſto Omnium Sanctorum, vſquè ad Natiuitatem Domini excluſiuè, nullo labore, nullauè occaſione eos excuſante, excepto infirmitatis [a] articulo, non niſi ſemel in die, cibis quadrageſimalibus reficiantur, & verum ieiunium ſeruent. Verum quià non eſt alligandum [b] os Boui trituranti, volumus, quod in diebus ieiuniorū Priores de conuenienti refectione Fratribus prouideant in communi; ità vt quatuor fercula, diebus ſingulis miniſtrentur eiſdem.

a *Quia infirmis non eſt lex poſita. Aug. in regula. & c. conſilium. in fi. de obſer. ieiun. & cap. perueniunt. in fi. de conſecr. diſt. 3.*

b *Deuteronom. cap. 25.*

2 Frater verò, qui ieiunium à Feſto Omnium Sanctorum, vſquè ad Natiuitatem Domini, præſum-

ſumpſerit violare, quià poſtpoſita Dei reuerentia, & timore, tam honeſtum, & religioſum mandatum Ordinis noſtri infringere non veretur, pro qualibet die, qua ieiunium fregerit, tribus diebus continuis infrà duas hebdomadas à fractione ipſius ieiunij, in pane tantum, & aqua ieiunet, in medio Refectorij ſuper nudam terram ſedens. Quam pœnitentiam Priores, & Viſitatores tempore viſitationis, faciant ab omnibus delinquentibus inuiolabiliter obſeruari.

3 A Reſurrectione autem Domini, vſquè ad Feſtum Omnium Sanctorum, propter mendicitatem, vbiquè omnibus appoſitis, c etiam carnibus vti licebit, præterquam in die Mercurij, & alijs diebus prohibitis ab Eccleſia.

c Arg. ex Augu. de Doctrina Chriſt. ca. quis quis. ex Concil. Cartag. 4. cap. Cleric. ſ. ſicut ergò. diſt. 41.

4 Tempore ieiuniorum Fratres poſt Completorium, hora competenti conueniant ad collationem, pulſato per Cellarium ſigno Campanellæ. Deindè poſt collationem hora, quæ videbitur expedire, ad mandatum Prioris pulſetur ſignum ſilentij, & detur benedictio Fratribus. Nulli verò poſt datam, benedictionem, extrà Cellam d ſuam remanere licebit.

d Arg. in c. præter. ſ. præcipiẽtes. diſt. 32.

De numero, & qualitate Veſtium Fratrum. Cap. 23.

1 VEſtibus lineis a non vtantur Fratres ad carnem, niſi femoralibus, ſed laneas tantum veſtes habeant, niſi in caſu infirmitatis, & de ſui Superioris licentia ſpeciali. In quo tamen caſu eas ità coopertas deferant, vt nequè quoad collarium, nequè quoad manicas, foris quouis modo appa-

a De ſta. reg. c. cum ad Monaſter. in princ. & Cle. nè in agro. ſ. præmiſſa. eo. tit.

appareant. Similiter ſi alicui Fratri conceſſum fuerit portare armillam, ſeù thoracem lineum, ſupermanicas nihilominus ex raſſia, ſiuè ſargia, aut ſtaminea alba portare teneatur, ità vt nullo pacto aliquid lineum in veſtibus compareat. Laneæ etiam veſtes, tantò magis honeſtati noſtræ congruunt, quantò fuerint viliores. [b]

b *Arg. ex Conc. Gangren. c. parſimoniã. di. 42. in Conc. Gen. c. Cler. el 2. de vita, & honeſt. et in Clem. quoniã. eo. tit. & in Cle nè in agro. §. ſtatuimus. de ſta. reg. ex Cõc. Tolet. c. vidua. 20. q. 1. ex 7. Synodo c. omnis. & 4. c. ſequen. 21. q. 4.*

2 Vnicuique autem Fratri ſufficere volumus habere tres, aut quatuor camiſias ex ſargia, ſiuè ſtaminea alba, & blanchettam vnam pro hyeme ex panno vſquè ad mediam coxam. Tuniſchinum etiam vnum ex ſargia, ſiuè ſtaminea alba, ad portandum ſub Cappa, vſquè ad mediam tibiam longum. Similiter Scapulare breue, cum haſtis Capucio conſutis, eiuſdem materiæ, & coloris, ad dormiendum de nocte, cum camiſia enim, & Scapulari prædictis dormiant [c] Fratres.

c *Arg. ex Conc. Tolet. c. vidua. 20. q. 1. c. ſanctimonial. d. 23.*

3 Prætereà Cappam vnam ex panno humili, & honeſto veræ nigredinis, ea longitudine, qua terram non tangat, & in collari nullas, vel paucas habeat plicaturas, nihilquè in ea ſit, quod à vera nigredine [d] deuians appareat, cuius manicæ ſua longitudine manus cooperiant, vſquè ad digitos excluſiuè, earum verò latitudo ſit palmi vnius, cum toto pollice flexo. Similiter Capucium nigrum eiuſdem coloris, & panni cum Cappa, cuius latitudo per duos digitos tegat ſcapulas, cuſpis verò ipſius poſterior vſquè ad Corrigiam deſcendat, ità tamen, quod Corrigiam non tangat.

d *Arg. ex 7. Synod. c. omnis iactura. §. priſcis. 21. q. 4. & ex Conc. Tolet. c. vidua. 20. q. 1. cle. nè in agro. §. ſtatuimus. de ſta. reg.*

4 Suprà Cappam verò memoratam Fratres cingantur Corrigia, ſiuè Zona ex corio nigro, quæ ab extra neruum corij habeat non raſum, pro impertinenti habentes ex cuiuſuis animalis corio fiat, dumo-

Digitized by Google

dumodò quod non ſit ex lana, vel ſerico manifeſtè appareat. Cuius latitudo ſit duorum digitorum ad minus, & nihil ab ea dependeat, vel ſuſpenſum deferatur. Fibula verò ipſius ſit de oſſe nigro, & non alterius coloris, aut materiæ.

5 Cappam verò, aut Capucium nigrum ex raſſia, ſiuè ſargia ſimplici, aut duplici nuncupata nullus deferre præſumat. Contrafacientes verò, actiua paſſiuaquè voce priuamus per annum, & nihilominus ad deponendum, nec vlterius ferendum compelli mandamus.

6 Prouideat etiam Prior loci, vt Fratres habeant Clamidem, ſiuè Mantellum ex panno nigro, longitudinis vſquè ad genua, quod cum clauiculo ligneo, vel de oſſe nigro, ad pectus e ligatum deferant, ſinè ſerici f ligatura, vel alicuius ſpeciei metalli.

e *In Conc. Gen. c. Cler. el 2. de vita, & honeſt.*

f *Arg. in Clenè in agro. §. ſtatuim. de ſtat. reg. & ex 7. Synodo cap. omnis iactura. §. priſcis. 21. q. 4.*

7 Habitum autem nigrum, vt præfertur, ſemper, & vbiquè, in quocumque loco, & tempore, à Fratribus noſtræ Congregationis deferri volumus. Poterunt tamen in Cellis ſuis, aut etiam in Dormitorio, præſertim æſtiuo tempore, eſſe ſinè habitu nigro, & cum ſolo Tunichino albo, ſuprà quem tunc Scapulare paruum portare teneantur. Nec Dormitorium exeant, aut extrà illud immorentur in albis, nequè vllo modo coram Sæcularibus compareant ſinè habitu nigro. Contrafacientes autem à ſuo Priore, pro modo culpæ, ſeuerè puniantur.

8 Caligas g etiam non alterius coloris quam albi, nec longas more Sæcularium, ſed ad genua ligatas deferant Fratres. Supradicta autem omnia nullo modo ſint ex panno pretioſo, aut ſargia, vel ſtaminea nobili, ſed potius vili, ſicut paupertati, &ho-

g *Arg. in Clenè in agro. §. ſtatuimus. de ſta. reg.*

& honeſtati noſtræ congruit. Pretioſum verò pannum, & nobilem illum reputamus, qui nimis eſt carus, ſecundum conſuetudinem Patriæ, & noſtræ quotidianæ mendicitati non reſpondet.

9 Inhibemus igitur in veſtibus Fratrum tam internis, quam externis, quamcumque curioſitatem, tam in materia, quam in forma, vel etiam in colore, quæ habitum Sæcularium imitetur, vel noſtram non deceat paupertatem, & honeſtatem. Nullus propterea ſit omninò color infrà habitum nigrum, niſi albus, veſteſquè ſint omninò eiuſdem qualitatis, & formæ. Quarè præcipimus omnibus, & ſingulis noſtræ Congregationis Fratribus, tam Superioribus, quam Subditis, ſub pœna grauioris culpæ per menſem, vt non vtantur veſtibus interioribus Cappæ adherentibus, alio colore intinctis, quam albo, nec vlla arte elaboratis, ſiuè ornamento aliquo maximè ſerico ornatis, hæc enim omnia noſtræ ſimplicitati, ac paupertati maximè aduerſantur. Priores verò, qui in hoc exequendo negligentes reperti fuerint, officio Prioratus abſquè vlla diſpenſatione priuentur.

10 Quapropter ſtrictè mandamus Patri Vicario Generali, & Viſitatoribus noſtræ Congregationis, vt quoſcumque inuenerint contrarium facientes, ſiuè Priores ſint, ſiuè Subditi, puniant, & huiuſmodi veſtes ab eis auferant, vendiquè faciant, & de pretio indè accepto, eis emantur veſtes honeſtæ, & humiles. Quod etiam fieri volumus, ſi aliquid aliud prohibitum in toto hoc Capite, aliquis habere, vel deferre præſumpſerit.

11 Pellicias de pellibus ſylueſtribus nulli portare concedimus, niſi quis tali infirmitate laboret,

quod

quod de conſilio Medici, eis opus habeat vti. De domeſticis autem illi portare poterunt, quibus Prior loci duxerit concedendum. Et tam ſylueſtres, quam domeſticas, ſemper deferant coopertas. Calceamentis ſeù calceis de corio nigro, anterius non nimis acutis, nec nimis latis, vtantur Fratres omnes, altitudinis vſquè ad clauiculam, & ligentur ligaturis dumtaxat nigris, ſinè aliqua vanitate, ſeù curioſitate, nulluſquè poſſit vti ocreis, præter quam in itinere. Crepidæ etiam, ſeù planellæ, [h] quibus vtimur domi, ex corio ſint nigro, ac totum pedem tegentes, cum quibus extrà Monaſterium ire, nulli omninò licebit.

h *Alexander Papa 4. in Bulla vnionis Ordinis, cuius originale eſt in Cõuentu S. Auguſtini Lucæ.*

12 Biretum autem more Sæcularium, vel Clericorum, aut cuiuſuis alterius formæ, nullus omninò deferre pręſumat, cuiuſcumque gradus, & cõditionis exiſtat, ſed omnes Capucio religiosè caput contegant. Nullus etiam extrà domum vtatur Galero, ſiuè Pileo, niſi de feltro nigro, & honeſto, qui differat forma ab his, quibus Sæculares paſſim vtuntur, & nihil ſericum habeat. Burſas verò, & cultellos [i] deauratos, & alia notabilia: manubria item curioſa, nec non vaginas rubeas, & biſcoloratas, vel laminas aliquas habentes, cum cordulis alterius, quam nigri coloris, & ſimilia, in Fratribus deteſtamur, cum vanitates iſtæ non deceant ſeruos Dei.

i *Arg. in d. Clenè in agro. §. ſtatuimus de ſta. reg.*

13 Sudaria etiam, quæ prò ſudore tergendo, ſeù prò quauis alia cauſa deferunt Fratres, non à collo, vel ſcapulis dependeant. Quæ linea ſimpliciter eſſe mãdamus, & in eis, nil albo colori contrariũ miſceatur, nec aliquo modo elaborentur. Recipientes verò Fratres noua quæuis indumenta, reddant vetera.

14 Si-

14 Sigilla k verò propria, niſi de licentia Patris Vicarij Generalis, nulli habere licebit, niſi qui aliquandò Priores fuerint, quibus concedimus, quod ſigillis vti poſſint, etiam poſt abſolutionem ab officio Prioratus. Procuratorem autem Generalem noſtræ Congregationis, figura Sanctæ Monicæ in ſigillo ſuo, quamdiù in eo officio fuerit, ſemper vti volumus. Cæterum alij, quibus ſigillis proprijs vti conceſſum eſt, aut concedi contigerit in futurum, ità ſignis, ac figuris religiosè vtantur, vt nulli ſcandali materia præbeatur. Præcipuè verò nè quis armis, ſiuè ſcutis ſuæ familiæ, more laicorum vtatur, vniuerſaliter prohibemus, ſuper quibus Pater Vicarius Generalis, ac Viſitatores noſtræ Congregationis diligenter inquirant, & indecentia auferant.

k *Arg. in c. cũ dilecta. de exceſſ. Prela. c. in nomine. diſt. 23.*

15 Fratres in Dormitorio l ſuper fiſconos, aut paleas tantum dormiant, & in Cellis eis conceſſis, quæ nunquam ità claudantur, quo minus cum claue cõmuni loci aperiri poſſint. Nec alia quæuis propria clauis, exceptis clauibus Officialium Conuentus, alicui Fratri ſinè cauſa rationabili, & ſpeciali Prioris licentia, concedatur. In qualibet autem Cella Dormitorij ſit fiſconus ſuper lecticam religioſam, & honeſtam, & ſit etiam vnum puluinar ad tenendum caput, & in qualibet lectica ſint duo linteamina lanea, & coopertorium humile, & honeſtum. Quæcumque verò alia Cellarum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt Fratres noſtri, conueniat; nihilquè ſuperflui in ea ſit, nihil etiam quod ſit neceſſarium alicui denegetur.

l *Arg. in c. perniciosâ. 18. q. 2. c. præter. §. præcipientes. di. 32. c. quoniam. de vita, & honeſt.*

16 In Foreſtaria verò, loci poſſibilitate conſiderata, ſint lecticæ ſimili modo religioſæ, & honeſtæ, nu-

numero vſquè ad ſufficientem opportunitatem. Sit etiam in qualibet ex eis ad minus vnum materatium laneum, vel ſaltem fiſconus mundus, albus, & honeſtus, cum alijs pannis opportunis, tam prò exteris, quam prò Fratribus noſtris, ſaltem vt dictum eſt.

17 Infirmi [m] ſanè graui infirmitate grauati, & ex ea debiles, & languidi effecti, quouſquè fuerint languore, & infirmitate detenti; & ſimiliter valdè Senes, hoc eſt ſexagenarij, poterunt in linteaminibus lineis, & materatijs laneis iacere. Alij verò Fratres in materatijs laneis, & linteaminibus lineis, cum in Conuentu ſibi aſſignato fuerint, non iaceant, & alibi quantum poſſunt honeſtè vitent. Coopertorium verò, vel ceruical ex ſerico, [n] aut aliàs delicatum, & curioſum, nullus Frater ſiuè infirmus, ſiuè ſanus in lecto teneat, vel in eo modo aliquo iacere præſumat.

m *Arg. inc. cũ ad Monaſteriũ. §. in Refectorio. de ſtat. reg.*

n *Arg. ex 7. Synodo cap. omnis iactura. §. priſcis. 21. q. 4.*

18 Quicumque Frater Cellam alterius ſinè licentia Prioris expreſſa, quam licentiam Prior non det ſinè neceſſaria, & rationabili cauſa, de die intrauerit, per tres dies in medio Refectorij in terra ſedens, in pane, & aqua ieiunet: de nocte verò intrans, prædictam pœnitentiam ſuſtineat duplicatam. Si autem pluries de hoc notatus fuerit, & conuictus, de Conuentu illo tanquam ſuſpectus, & inobediens remoueatur. Et eodem modo puniatur ille, cuius eſt Cella, niſi euidenter oſtenderit immediatè, quod ſibi diſpliceat introitus ſupradictus. Ab hac tamen lege excipimus Cellam Prioris domus, & Vicarij in abſentia Prioris, nec non Magiſtri Nouitiorum prò Fratribus ſibi ſubiectis, & Lectoris prò Studentibus extrà tempus ſilentij.

Digitized by Google

19 Volumus autem, quod quilibet Prior localis ad minus quater in anno viſitet [o] omnes Cellas ſui Conuentus, & diligenter inquirat, aſſumptis ſecum duobus, vel tribus de Senioribus domus, & quidquid ſuperfluum, & inhoneſtum, aut Religioſo indecens inuentum fuerit, auferat, [p] & Fratrem inhabitantem puniat. Debent tamen Priores locorum cunctis Fratribus intendere, nè quid eis iuxtà loci poſſibilitatem, & Religionis decentiam deſit, præcipuè verò illis, qui diuino operi aſſiduè vacant.

o Arg. ex Conc. Aurel. cap. non ſemel. & c. viſitandi. 18. q. 2.

p Arg. in c. præcipimus. 21. q 4.

Quomodò, & quandò debeat Fratribus prò congruentia temporum in veſtibus prouideri. Cap. 24.

1 QVià congruum tempus ad prouiſionem veſtimentorum Fratrum eſt à Feſto S. Michaelis, vſquè ad Feſtum Omnium Sanctorum, volumus, quod quilibet Prior [a] noſtræ Congregationis, infrà tempus prænominatum, ſciat à Fratribus ſui Conuentus, quo veſtimento indigeant. Quo ſcito, charitatiua feſtinatione procuret idem Prior, vt infrà terminum prædictum, de vno veſtimento communis [b] pretij cuilibet Fratri ipſius Conuentus, non habito reſpectu quali, vel quanto tempore in eodem loco de familia extiterit, ſit prouiſum. Et quilibet Frater recipiat indumentum, vbi de familia inuenitur in Feſto S. Michaelis. Præter autem hæc, calceamenta, & veſtimenta neceſſaria [c], ſecundum loci poſſibilitatem, alicui ex dictis Fratribus non negentur. Non dentur autem alicui pecuniæ, vel pannus pro veſtibus, ſed veſtes factæ, vt

a Aug. in Regula.

b Arg. ex Conc. Tolet. c. ſi. 20. q. 1. ex 7. Synodo c. omnis. & quicumque. c. ſeq. 21. q. 4. ex Cõc. Gangren. c. parſimoniã. di. 42. ex Conc. Gener. c. Cler. el 2. de vita, & honeſt. Cler. c. quoniã. eo. tit. Clem. nè in agro. §. ſtatuimus. de ſtat. reg.

c Aug. in Regula.

Digitized by Google

vt iuxtà Regulam noſtram, ſicut paſcimur ex vno cellario, ſic induamur ex vno veſtiario.

2 Quapropter nolumus, vt aliquis Frater cuiuſcumque gradus, dignitatis, vel conditionis exiſtat, quouis modo poſſit ſibi abſquè licentia Prioris emere, vel facere, vel alicui vendere, aut quouis modo diſtrahere, aut ſibi ab alia perſona, quam à ſuo Priore, vel de eius licentia, datum portare, vel retinere aliquod veſtimentum, ſed omnes omnium, & ſingulorum Fratrum veſtes ſint in mera, & libera poteſtate Prioris, ità vt in rem communem (ſi Prior velit) redigantur, & cui neceſſe fuerit præbeantur. Contrafacientes veſte, vel veſtibus, ſeù calceamentis priuentur, & grauiter à Priore iuxtà Regulam noſtram puniantur.

3 Ille verò, qui de loco ad locum obedientiam receperit ſe transferendi, omnia quæ habet ſibi ad[d] vſum conceſſa, tam in libris, quam in alijs quibuſcumque rebus, Priori loci à quo recedit ſingulariter demonſtrabit, & ea omnia ſcripta in vna cedula, [d] ſigillo eiuſdem Prioris ſigillata, Priori ad quem ibit, cum prædicta littera ea repræſentabit, ſe ſciens, præuaricatione [e] ſuæ inobedientiæ, perditurum vſum quarumcumque rerum, quas ſecundum prætaxatam formam, omiſerit præſentare.

d *Argu. ex canon. Apoſtolorũ. c. ſint manifeſta reſ. 12. q. 1.*

e *Arg. in c. Ananias 17. q. 1. c dilectiſſimis. 12. q 1. c. quod interrogaſti. in fi. di. 27.*

Quoties in anno, & quibus temporibus minutio, & raſura fieri debeat in communi.

Cap. 25.

1 MInuere ſibi nullus audeat, niſi de conſilio Medici, & hoc etiam fiat de conſilio, & licentia Prioris ſui. Minuti à prima die minutionis

eorum, vſquè ad diem tertium, non ieiunent, [a] niſi interueniat ſolemne ieiunium. Prior verò ſeorſim melius [b] eis, quàm alijs, faciat in victu, & potu prouideri, & ad vigilias cum Conuentu ſurgere non cogantur. Sacerdos ea die, qua ſibi minuit, & ſequenti, Miſſam celebrare non cogatur, niſi forſitan talis ſit caſus, quod ſi non celebraret, Conuentui ſcandalum oriretur.

2 Raſura ſuperior, ſiuè corona, non ſit modica, [c] ſed lata, vt Religioſos decet; ità vt inter ipſam, & tonſuram, quæ immediatè ſuper aures, tam Clericis, quam Conuerſis omnibus æqualiter fiat, non reſeruentur Clericis pluſquam duo, vel ad ſummum tres digiti capillorum, & fiat de quindecim diebus, in quindecim dies ſemel. Præter has autem raſuras, nullus faciat ſe radi, ſinè ſpeciali licentia Prioris; niſi propter infirmitatem aliquam, id alicui concedatur de conſilio Medicorum. [d] Quod ſi alicui quacumque ex cauſa conceſſum fuerit differre raſuram, nulli Clerico, vel Conuerſo liceat differre tonſuram.

3 Cæterum quià Clericis barbam nutrire, vel comam, Canones interdicunt, [e] vniuerſis noſtræ Congregationis Fratribus, cuiuſuis gradus, & conditionis exiſtant, barbam nutrire, aut deferre, diſtrictè prohibemus.

a *Aug. ca. quod dicit. di. 41. Hiero. ca. non mediocriter. de cõſ. diſt. 5.*

b *Aug. in regula. & c. cum ad Monaſterium. §. in Refectorio. de ſta. reg.*

c *Aug. in c. prohibete. di. 23. & in ca. duo. 12. q. 1. ex Concil. Martini Papæ c. non liceat. el 2. ex Conc. Agat. c. Cle. qui comã. & c. ſi quis. di. 23. de vita, & honeſt. c. ſi quis. Clem. graui. de celeb. Miſſ.*

d *Aug. in Regula.*

e *Ex Cõc. Agat. c. Cler. qui comam. & c. ſeq. diſt. 23. ex eo. Conc. c. Cler. el 1. ca. ſi quis ex Cler. de vita & honeſt.*

De forma electionis Vicarij Conuentus, & Officio eius. Cap. 26.

1 QVilibet Conuentus noſtræ Congregationis habeat Vicarium à Diffinitorio inſtitutum, cuius officium, & auctoritas, in ſolius Prioris

po-

poteſtate conſiſtat, ità vt exiſtente Priore in loco, ſe habeat ſicut alius Frater in omnibus, excepto, quod ſi Prior aliquibus negotijs occupatus, in Choro, ſeù in Capitulo, vel ad menſam non fuerit, aut ſi cum hoſpitibus eſſet, Vicarius in locis illis, loco Prioris erit, & ſicut Priori obedietur [a] eidem. Præſente verò Priore, nulla eius auctoritas erit, ſed tamen ſecundum [b] locum tenebit, niſi adfuerit aliquis in eodem Conuentu, cui iuxtà noſtras Diffinitiones locum cedere teneatur. Cum autem Prior foràs egreditur, die ipſa ad locum proprium reuerſurus, ac ſi eſſet in loco, Vicarij auctoritas eadem erit, excepto, quod emittere poſſit Fratres, ſi neceſſarius caſus exegerit, & concedere Fratribus, vt ordinatè cum extraneis loqui valeant in caſibus cōceſſis. Si verò ad loca remota perrexerit, vtpotè ad Capitulum, vel alium locum, qui multum diſtet, Vicarius poterit in omnibus gerere vices [c] eius, niſi ipſe Prior ei ſpecialia aliqua interdixiſſet, contrà [d] quæ, vel aliquod eorum, etiam ſi omnium Fratrum ſui Conuentus conſenſus accederet, non præſumat aliquid attentare.

2 Quocumque autem caſu Vicario conuentuali infrà annum decedente, vel aliàs ab officio amoto, prouidere de alio Vicario conuentuali ad Patrem Vicarium Generalem noſtræ Congregationis pertinebit, cui Prior, & Fratres caſum mortis, aut alterius amotionis huiuſmodi, per litteras ſuas ſtatim ſignificare procurent. Verum nè interim Conuentus ipſe diſpendium patiatur, Prior ordinaria [e] poteſtate ſua, alicui de magis diſcretis, & prouidis familiæ ſuæ Religioſis, vices ſuas committere poterit. Si autem antequam Pater Vicarius Generalis de

a *Arg. in c. in nouo. diſt. 21.*

b *Arg. ex 6. Synodo c. præcipimus. diſt. 93.*

c *Arg. in c. valdè. diſt. 94. & c. nobiliſſimus. di. 97. ex 6. Synodo c. præcipimus. diſt. 93.*

d *Arg. in c. venerabili. §. quorum. de offi. deleg. ca. cum dilecta. de reſcrip.*

e *Arg. in c. ſuper quorum. §. intentionis. de offi. de leg.*

Vi-

Digitized by Google

Vicario conuentuali prouiderit, Priorem loci diem ſuum obire, aut ab officio ſuo contigerit amoueri, Fratres Vicarium eligant in communi, qui vices Prioris, donec aliter, vt præfertur, prouideatur gerat.

3 Quandò autem ad Capitulum iturus erit Prior, ſi Conuentus Vicarium non habuerit, Fratres Conuentus Vicarium de familia ipſa eligant per ſecreta *f* ſuffragia, qui poſt Prioris receſſum, ſicut Prior curam eorum, ac regimen in ſpiritualibus, ac temporalibus gerat, donec per Patrem Vicarium Generalem aliter prouiſum fuerit, aut Prior ipſe redierit, vel ſucceſſor illius aduenerit.

f Ex Conc. Gen. de elect. c. quià propter.

De modo electionis Procuratoris, & Sacriſtæ, & Officio eorumdem. Cap. 27.

1 PRocurator, & Sacriſta in ſingulo Conuentu noſtræ Congregationis, à vocalibus Conuentus capitulariter congregatis, per ſecreta ſuffragia eligantur. Procurator tamen, ac Sacriſta Conuentus noſtri S. Mariæ de Populo Vrbis, in quorum adminiſtratione maius imminet periculum, à Diffinitorio Capituli Generalis noſtræ Congregationis eligantur.

2 Procuratoris *a* officium eſt exteriora omnia quantum poterit procurare. Quid Conuentui, & Fratribus. Quid Coquinæ, & Refectorio, quid menſæ hoſpitum, quid neceſſitati infirmorum expediat ſolicitè, & diligenter inquirere, & neceſſitatibus ſingulorum prouidere, nè quantum in eo fuerit, & facultas domus permiſerit, Fratres incommodum graue, ſiuè ſani, ſiuè infirmi fuerint, pa-

a Argu. in cap. Saluator. poſt medium. 1. q. 3.

patiantur. Sed hæc omnia de voluntate Prioris tacita, vel expreſſa faciat, ſinè cuius conſenſu, & licentia ei aliquid expendere, etiam in commune commodum, non licebit. Hic tempore ſilentij, debitis horis cum Infirmario, Coquinario, Cellario, cum Conuerſis,& Famulis domus,de his quæ tunc neceſſaria fuerint, poterit loqui, diſcretè tamen, nè conceſſa ſibi poteſtate videatur abuti.

3 Pecunias, quæ ad manus eius peruenerint, & expenſas quas fecerit, in libro Diurnali ſcribat, vel per ſe, vel per alium, & de eis omnibus coram Conuentu, ſemel in menſe rationem reddat, ac etiam Patri Vicario Generali, & Viſitatoribus noſtræ Congregationis quoties fuerit requiſitus. Quod ſi de introitu aliquid forſan reſiduum fuerit, illud quantum, & vbi erit, ſicut ſi debitum contraxerit cui, & in quantum teneatur, & prò quibus cauſis, eiſdem reſignabit. Debitum [b] tamen prò quacumque cauſa, abſquè ſpeciali Prioris licentia, ſibi contrahere non licebit. Et quandò eundum eſt ad Capitulum Congregationis, omnium debitorum, & creditorum, introituum, & expenſarum ſummas, coram toto Conuentu declaret, & per litteras Cōuentus, Prioris, & Fratrum omnium, præcipuè Sacerdotum manu ſubſcriptas, Diffinitorio dirigat per Priorem portandas.

b *Argu. in cap. quod quibuſdā. de fideiuſſ.*

4 Depoſita aliqua cuiuſcumque perſonæ, Procurator, vel Frater alius recipere, vel ſeruare nullo modo præſumat, niſi de voluntate, & conſenſu Prioris, & ſanioris partis Capituli. Et ſi aliqua hoc modo recepta fuerint, in arca depoſiti Conuentus, cum Inuentario ipſorum, ſeruanda ponantur. Quæ Prior ipſe, aut Conuentus, ſub prætextu aliquo,

aut

aut occaſione aliqua, obligare alicui, vel de eis expendere aliquid, nullo modo præſumat. Sed ſi depoſita fuerint magna, niſi de licentia Patris Vicarij Generalis Congregationis nullatenus recipiantur.

5 Sacriſtæ [c] autem officium eſt, ornamenta Eccleſiæ cuſtodire, ſe reddere ſolicitum in his, quæ ad diuinum Officium pertinent, tam in horis pulſandis, quam in alijs ad eius officium pertinentibus, cum totus Conuentus in prædictis ad manus eius proſpiciat, & attendat. Sacriſta omnes oblationes fidelium, quæ prò Miſſis, & diuinis Officijs celebrandis, aut aliàs quauis occaſione, ad manus eius peruenerint, in libro Sacriſtiæ ſcribat. Et ſi notabilis fuerint quantitatis, nomina perſonarum, & cauſam propter quam datæ fuerint notet, deindè in depoſito Sacriſtiæ ſub duabus diuerſis clauibus reponat, quarum vnam ipſe, alteram verò Vicarius Conuentus teneat. Et ſingulo menſe, vel quandò Priori videbitur, extrahantur, & in libro eiuſdem Sacriſtiæ numeratę, in libro autem introituum Conuentus receptæ, per Procuratorem, ſeù Exactorem ſcribantur, & Procuratori ipſi, ſeù Exactori tradantur, à quo conſignentur Depoſitarijs, in arca depoſiti Conuentus reponendæ, & in libro eiuſdem depoſiti ſcribendæ.

c Arg. in cap. perlectis. §. ad Theſaurariũ. di. 75. ex Conc. Tolet. cap. unico de offi. Sacri. c. cuſtos. el 1. & 2. de offic. cuſto.

6 Si verò aliquæ notabiles eleemoſynæ ad manus Prioris, Procuratoris, vel Sacriſtæ, aut alicuius Fratris deuenerint, eas quales, & quantæ fuerint, & quarè datæ ſint, Prior coram Fratribus nominet, & dicat, & perſonas prò quibus datæ ſunt huiuſmodi eleemoſynæ, deuotè Fratribus recomendet, vt pro ipſis, ſecundum quod ab eo fuerit præſcriptum, affectuosè orent.

De

De trina Electione, ſeù Poſtulatione Priorum. Cap. 28.

1 AD trinam electionem, ſeù poſtulationem Priorum omnium Conuentuum noſtræ Congregationis, hoc modo procedendum erit. Appropinquante Capitulo Generali Cōgregationis noſtræ, Prior cuiuſcumque Conuentus, die ſibi benè viſa, ad ſonum Campanellæ, Fratres omnes conuocabit in Capitulum. Quibus omnibus coadunatis in vnum, ſurgat Prior, & cæteri poſt eum, & flexis genibus incipiat Hymnum, *Veni Creator Spiritus, &c.* quem Fratres vſquè ad finem proſequantur. Quo finito, Cantores dicant.

℣. *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.*

℟. *Et renouabis faciem terræ.*

Deindè Prior ſurgens dicat.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

2 Et ſic inuocato [a] Spiritu Sancto, ſurgant omnes, illiſquè circumquaquè ſedentibus, Prior breui Oratione hortabitur eos ad eligendum, ſeù poſtulandum Priorem, qui ſibi in gubernio Conuentus ſuccedat, aptum, idoneum, prudentem, vigilantem, obſeruantem, zelum Dei habentem, ætate maturum, bonæ famæ, moribus decoratum, lit-

a *De elect. cap. cum terra. cap. cum Eccleſia. de cauſa poſſ. & propriet.*

teris ſufficienter prædítum, ac omnibus illis conditionibus refertum, quas in Couentuum Prioribus, Conſtitutiones, & Diffinitiones noſtræ requirunt.

3 Deindè egreſſis de Capitulo illis, qui in electione Prioris vocem non habent, hi autem ſunt, Commiſſi, & Conuerſi omnes quantumuis Profeſſi, Clerici antè triennium à profeſſione completum: & quotquot propter aliquod impedimentum, vocem actiuam in Capitulo non habent. Prior cum cæteris vocalibus Conuentus, qui in Capitulo remanſerint, proponat eis vnum ex ipſis, quem viua voce eligant in Scrutatorem, ità vt tale munus ſimul cum ipſo Priore, & Vicario Conuentus, in electione, ſeù poſtulatione mox facienda exerceat. Quod ſi Conuentus tunc Vicarium non habuerit, proponat duos, qui vna cum ipſo Priore, vt præfertur, tale munus exerceant.

4 Igitur hi tres[b] ſecedentes in partem, vbi ſit poſita tabula, cũ tribus ſellis, in quibus ità ſedeant, vt Prior ſit in medio, Vicarius verò, ſeù antiquior ex Scrutatoribus electis ſit à dextris eius, & alius à ſiniſtris. Ponatur etiam ſuper tabulam vnum Atramentarium, cum atramento, & calamis aptis ad ſcribendum, & antè quemlibet ipſorum ſit vnum folium cartæ albæ, in quo nomina, & voces ſingulorum, qui poſtulabuntur, ſcribere, & notare poſſint. Interim vocales omnes depromant ſuas ſchedulas, quas paratas habeant, in quarum qualibet ſint inſcripta nomina trium Patrum, quos vtpotè aptiores, meliores, & digniores, vellent eligi in Priores eiuſdem Conuentus, ideſt aliquem ipſorum, & plicatas ponant ſuper tabulam in vaſe ibi parato, ità vt Prior antè omnes ponat ſuam, poſteà Vicarius, ſeù

b *In Conc. Gen. cap. quià propter.*

ſeù antiquior ex Scrutatoribus, deindè alius, & ſic ſucceſſiuè alij vocales accedentes per ordinem ad tabulam, ponant ſuas ſchedulas, quibus poſitis, ad loca ſua reuertantur.

5 Prior verò cum duobus, vt ſuprà, primò numerent ſchedulas, vt videant, an numero vocalium correſpondeant, ità vt tot ſint ſchedulæ, quot vocales, nec plures, nec pauciores. Quo viſo, eas aperiant, & nomina in eis inſcripta in folio notent, adnotando etiam quot voces quilibet eorum habuerit. Deindè conferant ad inuicem folia, & viſo quod omnia rectè ſe habeant, illum, qui plures inuentus fuerit habuiſſe voces, notent in primo loco in folio ſeparato, ſecundum in ſecundo loco in eodem folio, & tertium in tertio. Quo facto ſchedulas omnes, cum tribus primis folijs ſimul complicatas, ſeorſim reponant, per manus Prioris igne ſtatim comburendas.

6 Tunc Vicarius Conuentus, ſeù antiquior Scrutatorum in defectum Vicarij ſurgens, alta, & intelligibili voce, nomina trium Patrum in quibus plures conſenſerunt, pronunciet hoc modo, videlicet. *Hi ſunt tres Patres, in quibus plures conſenſerunt, vt vnus eorũ in Priorem huius noſtri Conuentus S N.N. eligatur, videlicet Patres in Chriſto Frater N. N. de N. Frater N N. de N. & Frater N. N. de N.* Quod ſi duo vel omnes inueniantur æquales in vocibus, illi ſemper præferantur, qui fuerint profeſſione, aut dignitate anteriores.

7 Intereà vltimus Scrutatorum ballotulas iam antè, cum Buſſulis ibi paratas, ſingulis vocalibus diſtribuat, & Buſſulis circum circà delatis, tres Patres iam nominati, ſigillatim per ſecreta ſuffragia ballo-

tentur, ità vt in primo loco ballotetur ille, qui plures habuit voces, deindè alius, & poſteà tertius. Et completa vnaquaque ballotatione, videntibus omnibus aperiantur Buſſulæ, & numerentur, ac adnotentur vota, quæ vnuſquiſque ipſorum, tam fauorabilia, quam contraria habuerit, & ille qui ex tribus, vt præfertur in ſchedulis poſtulatis, habuerit in ballotatione plura vota, ſeù ballotulas, cenſeatur, & ſit in primo loco electus. Ille verò qui minora quam primus, in ſecundo, & demum ille qui minora omnibus vota habuerit, in tertio. Quod ſi duo, vel omnes inueniantur habere æqualia vota, ille ſemper reſpectiuè præferatur, qui fuerit profeſſione, vel dignitate anterior.

8 Completa verò ballotatione, ſcribantur litteræ poſtulatoriæ, Præſidenti, & Diffinitoribus Capituli Generalis noſtræ Congregationis directæ, tenoris ſequentis, videlicet.

Reuerendi Patres. Inuocato prius Spiritu Sancto, celebrauimus Capitulum noſtrum Conuentus S. N. N. prout moris eſt in noſtra Congregatione, & egreſsis de Capitulo his, qui vocem non habent in electione Prioris, remanſimus in ſumma vota ſicquè procedentes ad trinam electionem, ſeù poſtulationem Priorum, primo loco electus fuit Ven. P. in Chriſto Fr. N. N. de N. qui per ſecreta ſuffragia ballotatus, in fauorem habuit vota contrà verò vota Secundo loco electus fuit Ven. P. in Chriſto Fr. N. N. de N. qui per ſecreta ſuffragia ballotatus, habuit in fauorem vota contrà verò vota Tertio deniquè loco electus fuit Vener. P. in Chriſto Fr. N. N. de N. qui per ſecreta ſuffragia ballotatus, habuit in fauorem vota contrà verò vota Quarè Reuerendas Paternitates veſtras rogamus, vt vnum

ex

Digitized by Google

ex his tribus nobis detis in Patrem, & Priorem, aut alium, [c] *quem dare melius viſum fuerit Paternitatibus veſtris, quibus nos, & hunc locum noſtrum intimè commendamus. Datum N. in Conuentu noſtro S. N. die menſis Anni*

9 Poſteà vocales ſinguli nominatim ſe ſubſcribant, & litteras ſigillo [d] Conuentus ſigillatas, per Priorem, ad Capitulum Generale tranſmittant portandas, cum hac ſupraſcriptione.

Reuerendis Patribus in Chriſto Præſidenti, & Diffinitoribus Capituli Generalis Congregationis Obſeru. Lombar. Ord. FF. Eremitar. S. Auguſtini, in Conuentu S. N. N. celebrandi.

10 Quantum fieri poteſt, ille ſemper detur prò Priore, qui ab omnibus concorditer, vel à maiori [e] parte petitur, quod ſi non fiat, Fratres Priorem ſibi datum humiliter acceptabunt.

11 Si autem aliquis Subditus, vel Superior cuiuſcumque conditionis exiſtat, inueniatur procurare [f] voces pro ſe, vel alio Fratre eligendo ad curam animarum, vel ad aliquod officium Congregationis, vigintiquinque diebus in pane, & aqua ſedendo in medio Refectorij ieiunet, & qualibet die recipiat diſciplinam, & vſquè ad triennium careat voce.

12 Fratres vota ſua priuata per Viceſgerentem, aut Priorem ad Capitulum mittant, ſi quid à Capitulo velint, & non de facili perſonaliter accedant, niſi ſint vocales, aut vocati, vel niſi ſit vrgens cauſa à Patre Vicario Generali approbanda, ſinè cuius licentia in ſcriptis habita, nullus, qui non ſit vocalis, aut vocatus, ad locum Capituli accedere præſumat. Et ſi quis aliquid operatus fuerit propter

quod

c *Arg. in c. cauſam. de elect. et ex Conc. Gener. d. ca. quià propter. eo tit. Quo facto cõpromiſſo, vocales ab eo recedere non poſſunt. c. cũ olim de arb. in c. bona mem. & ca. cũ inter. de elec.*

d *Argu. in cap. in nomine. diſt. 73.*

e *Arg. ex Conc. Later. ca. 1. de his quæ fiunt à mai par. ex Cõ. apud Valentiam c. 1. de his, quæ fiunt à Præla. ex Conc. Gener. d. ca. quià propter. de elect.*

f *Quià locus regiminis deſiderantibus negandus eſt. Greg. c. in ſcripturis. 8. q. 1. Apoſtolus ad Hebr. c. 5.*

Digitized by Google

quod vota Fratrum, nil [g] addito, vel diminuto, ad Præſidentem, & Diffinitores Capituli Generalis noſtræ Congregationis non perueniant, per annum voce careat, & per duos menſes pœnæ ſubiaceat grauioris culpæ.

13 A die obitus Prioris, vel aliàs quocumque caſu, officio Prioratus infrà annum vacante, Fratres [h] Conuentus, qui vocem habent in electione Prioris, electionem illius iuxtà præmiſſam formam, vſquè ad menſem, [i] quandò voluerint, liberè [k] poterunt celebrare. Qui factam electionem huiuſmodi, ad Patrem Vicarium Generalem noſtræ Congregationis per litteras ſuas, ſigillo Conuentus ſigillatas, ſtatim diſtinctè mittant, ad quem Prioris inſtitutio, & eiuſdem confirmatio pertinebit.

14 Nolumus autem vt aliquis, niſi ſit in Congregatione [l] noſtra expreſsè profeſſus, [m] & Sacerdos, ac natus de legitimo thoro, vllo modo poſſit in Priorem, aut Vicarium localem, aſſumi, eligi, vel relinqui, niſi cum illo, qui de legitimo thoro natus non eſt, ſuper defectum natalium huiuſmodi, auctoritate Apoſtolica fuerit diſpenſatum.

15 Si verò antequam menſis ipſe compleatur, Fratres Priorem, vt præfertur, non elegerint, volumus, vt auctoritas, & poteſtas prouidendi de Priore ad Patrem Vicarium Generalem noſtræ Congregationis deuoluatur, [n] quod tamen non faciat, niſi ſeruata forma noſtrarum Diffinitionum. Ac etiam, ſi elegiſſent perſonam ſecundum iudicium Patris Vicarij Generalis huiuſmodi non idoneam,

g *Arg. in c. tam litteris veſtris. de teſtibus.*

h *Ex Conc. Tolet. c. congregatio. 16. q. 7. ex Conc. Mogun. c. Abbas. Greg. c. Abbatem. el 1 & 2. c. cum ſit. §. defuncto. 18. q. 2. de ele ca. 1. de conſ. c. cum dilectus.*

i *Arg. in c. quã ſit. de elect. in 6. ca. nè pro defectu. eo. tit. in antiq.*

k *Arg. Greg. c. dilectiſſ. 8. q. 2. c. cum terra. c. quiſquis. c. ſacroſanct. de elec. Arg. à ſimili ca. cũ locũ. de ſponſ.*

l *Arg. in d. ca. quam ſit. §. defuncto. 18. q. 2. c. obitũ c. nullus inuitis. di. 61.*

m *De elect. in 6. c. nullus religioſus. c. cũ in magiſtrum. eo. tit. in antiq. cle. nè in agro. § cæterum. de ſta. reg. Arg. in c. cũ cauſam. §. quià. de elect. ex Conc. Hiſpalen. cap. in noua. 16. q. 7. ſumptum ex lege Moyſi, non arabis in Boue, & Aſino. Deuter. 22.*

n *Arg. in Conc. Lateran. c. cum in cunctis. §. cũ verò. de elec.*

Digitized by Google

neam, [o] licet ſecundum iudicium ipſorum eligentium videretur idonea, vel perſonam, quam ipſius Patris Vicarij Generalis iudicio, eo tempore habere non poſſent, [p] tunc, & in quolibet caſu prædicto, auctoritas, & poteſtas prouidendi de Priore, ſimili modo ad Patrem Vicarium Generalem Congregationis deuoluatur.

De officio, & auctoritate Prioris localis, & prò quibus caſibus abſoluatur.
Cap. 29.

1 PRiori tanquam Patri Fratres ſui Conuentus, cum deuotione, & reuerentia, ſaluis [a] mandatis maiorum, omnes obediant. [b] Officium autem eius eſt, Subditis temporalia, & ſpiritualia miniſtrare, & ex eis delinquentes ſecundum Statuta Congregationis corrigere. Ab excommunicatione etiã, ex leui iniectione manuum Subditorum ſuorum prouenientc, abſoluere. Sed cum ſuper irregularitate diſpeſandi auctoritatem non habeat, irregularem Subditum ſuum miniſtrare in ſacris Ordinibus non permittat, nec ipſum in ſuum Vicarium relinquat, nec eum ad aliquem Ordinem promoueri faciat, nam talibus non ſolum miniſtratio eſt inihibita, verum etiam cuiuslibet dignitatis eſt electio, ſeù promotio interdicta.

2 In loco autem quantum poterit aſſiduus [c] ſit, & ad illud [d] idem cogat Fratres ſuos, quantum poteſt, cum ex nimio diſcurſu Ordo apud Clerum, & Po-

o *Arg in d. ca. cum in cunctis. ſ. Clerici.*

p *Arg. in c. etſi vnanimiter. de poſtu. Prala.*

a *Arg. ex Conc. Tol. c. quãquã. in fi. diſt. 25.*

b *Aug. in reg. & c. cũ ad Monaſteriũ. ſ. Abbas. de ſta. reg. ex Conc. Aurel. c. Abb. 18. q. 2. c. à Subdiacono. in fi. diſt. 93. c. cum in Eccl. de maio. & obe. ca. ad aures. de temp. ord. Greg. c ſciendũ. 8. q. 1.*

c *Ex Conc. Later. c. quia nõnulli. & c. e ... giſtis. de Cler. nõ reſi. ex Conc. Plac. c. Sanct. r. diſt. 70. Arg. ex Conc. Cartag. 5. c. placuit. 7. q. 1. ex eo. Conc. c. ſi qui verò. ex Conc. Antiochen. c. ſi quis Presbyt & c. Epiſ. ex Conc. Calced. c. propter eos. & cap. præſentiũ. ex Conc. Agat. c. ſi quis in Clero. c. Pontif. c. ſicut vir. ſ. Epiſc. 7. q. 1. c. licet. ſ. is etiã. de elec. in 6.*

d *Cle. nè in agro. ſ. quia verò. in ver. Pral. eor. in fi. de ſta. reg. Arg. in c. Epiſ. di. 8. ex Cõc. Calce. c. iuxtà. 16. q. 1. c. qui verò. c. quidã Monachi. ca. ex Conc. Aurel. c. Abb. 18. q. 2.*

Digitized by Google

& Populum incurrat infamiam non modicam, & iacturam.

e De immu. Eccleſ. in 6. c. decet. Cle. graui. de celeb. Miſſ. ex Conc. Gen.

f Aug. in Reg. et ex Conc. Cartag. 4. c. Cler. diſt. 41.

3 Prætereà inhibeat ipſe Prior inſtanter Fratribus diſcurrere [e] per Eccleſiam, & exire quandò in ea diuinum Officium celebratur. Item ſuos Subditos ſæpè moneat, vt per locum, & extrà locum religiosè, [f] & deuotè incedant, & cum omnibus maximè Clericis ſæcularibus, & Religioſis alterius profeſſionis humiliter, ac deuotè loquantur, & ipſis Clericis, ac Religioſis honorem, & reuerentiam cum caſus occurrerit, decenter exhibeant.

g Arg. in Clem. religioſi. §. quibus etiam. de exceſſ. priuil.

4 Prælatos [g] quoquè Prior, & Fratres vbiquè honorent, & cum ipſis humiliter, & pacificè vbiquè conuerſentur, & viuant, & eis in quantum honeſtas, & ſtatus Congregationis permittit, reuerentiam, & honorem exhibeant.

h Aug. in reg. & in c. cum ad Monaſteriũ. §. Abbas. de ſta. reg.

5 Prior quoquè, cui cura animarum Subditorũ ſuorum à Congregatione eſt cõmiſſa, & prò quibus Deo debet reddere [h] rationem, inter cætera Subditos ſuos ad humilitatem, obedientiam, paupertatem, & caſtitatem integrè ſeruandas frequenter hortetur, & moneat. Ad Horas canonicas temporibus ſtatutis Deo reddendas intus, & extrà ſolicitet, & conſortet, & eas ſemper in Choro more noſtro cantari faciat.

i Arg. in c. ex parte. de cle. nõ reſi. & c. cũ dilectus. in fi. eo. tit. c. præſentiũ. 7. q. 1. c. licet. §. fi. de elec. in 6.

k Arg. in d. c. licet. §. ſuper reſi. de elec. in 6.

l Ideſt ſapientiũ. c. ferrò. diſt. 84. c. deniquè. di 20. Arg. in c. ancillam. in fi. 32. q. 2. & cap. tanta nequitia. diſt. 86.

6 Extrà verò ipſum locum vltrà tres dies, ſinè magna, & euidenti neceſſitate Prior non ſtet. Si autem prò vtilitate loci [i] quandoquè fortè aliter expediret, vel ſibi euidens, & quaſi ineuitabilis neceſſitas immineret, id de licentia [k] Patris Vicarij Generalis, vel eius Viceſgerentis, ſi in propinquo loco fuerit, faciat. Quod ſi propè non fuerit, ad hoc conſenſum omnium ſeniorum [l] ſui Conuentus re-

Digitized by Google

requirat, & habeat. Alioquin prò qualibet vice per tres dies continuato ieiunio in pane, & aqua, ſinè vlla diſpenſatione ieiunet. Qui verò huius mandati ex conſuetudine tranſgreſſor fuerit, niſi ſuos diſcurſus fuerit moderatus, ad Prioratus officium tanquam leuis, & inconſtans, vlterius eligi *m* non poſſit.

7 Vicarius verò, qui fortè ab ipſo Priore loci, in defectum Vicarij Conuentualis, deputatus fuerit, locum non exeat, *n* cum ipſe Vicarium relinquere non poſſit. *o* Vicarius autem Conuentualis à Diffinitorio Capituli Generalis, aut à Patre Vicario Generali extrà tempus Capituli inſtitutus, Vicarium relinquere poterit. *p* Si quandò autem Conuentus Vicario Conuentuali, vt præmittitur inſtituto careat, & Prior ipſe à Conuentu recedens, Vicarium non deſignauerit, ille Sacerdos alijs ea auctoritate, & poteſtate præſit, ac ſi à Priore deputatus fuiſſet, qui anterior in eodem Conuentu, *q* vel dignitate, vel Profeſſione, inuenietur. Idem etiam de alijs Fratribus, vbi Sacerdos alius non eſſet, quoad regiminis poteſtatem fiat.

8 De Subditis verò ſuis ad ſacros Ordines Prior nullum, ſinè licentia *r* Patris Vicarij Generalis Congregationis, promoueri faciat. Quod ſi contrafecerit, per octo dies in pane, & aqua infrà menſem ieiunet.

9 Quantum fieri poteſt Prior aliquid ab extraneis non recipiat, nec apud ſe retineat. Sed ſi quandoquè aliquid à perſona aliqua recipere contingat,

m *Arg. ex Conc. Anticch. ca. ſi quis Epiſc. el 3. diſt. 92.*

n *Arg. in c. ex parte. de officio Vicarij.*

o *De offic. Vicar. c. Cler. de apell. c. cum cauſam. §. mandamus. in tex. & in glo. in ver. delegatus. c. ſuper quaſtionũ §. ſi verò. & in glo. in ver. cõmittentibus. de offi. dele. c. cũ Bertoldus. de ſent. et re iud. poteſt tamen cõmittere in aliquo particulari. d. glo. in fi. in d. c. cum cauſam.*

p *Quia videtur quaſi ordinarius. glo not in verbo delegatus. in fi. d. c cũ cauſam. de appell.*

q *Arg. ex Conc. Agat. ca Epiſc. di. 74. ex Conc. Cabil. c placuit. el 1. diſt. 18. c. Epiſ. di. 17. ca. ordinationes in fi. di. 75. c ſtatuimus. di. 71.*

 quod

r *De temp. ord. c. ad aures. in Conc. Gen. Lugd. c. eos. c. nullus eo. tit. in 6. Arg. in Cle. nè in agro. §. ad ampliationẽ de ſta reg. ex Conc Agat. c. Monachi el 1. ex Conc Hyler. cap. cum pro vtilitate. 16. q. 1. ex Conc. Cartag. 5. c. ſi quis. Grego. c. nullus diſt. 58. c. quamquam. diſt. 23.*

quod potius per Socium facere debet, id quantum, & quale ſit Officialibus / Conuentus ſtatim cum fuerit in loco conſignet, & det, & in libris ipſorum reſpectiuè, illud, & nomen, ac cognomen perſonæ dantis, & cauſam quare dedit, ſcribi faciat.

ſ Arg. in c. Sal uator. poſt. med. 1. q. 3.

10 Frater verò quicumque ſit, ſi aliquid receperit, & prædicto modo non reſignauerit, ſi de hoc probabiliter fuerit conuictus, furti pœnæ ſubiaceat, & per omnem modum furti [t] iudicio condemnetur.

t Augu. in Regula.

11 Debitum vltrà libras decem in ſumma Prior ſinè licentia ſui Conuentus, vel maioris, & ſanioris partis illius, nullum contrahat, ſed neceſſarias, & vtiles expenſas per Procuratorem, vel Vicarium loci, ſi quandoquè Procurator in loco non ſit, fieri faciat, nè ex hoc Procuratoris officium impediat. Procuratori tamen cum ad locum venerit, dictas expenſas reſignet, & eas in libro Procuratoris ſcribi faciat, vt de ipſis cum alijs rationem reddat. Et ſi quandò ex aliqua cauſa emergente, aliquas expenſas ipſum facere contingat, illas à Procuratore notari faciat.

12 Prior cui curam, & adminiſtrationem alicuius Conuentus Capitulum Congregationis committit, ità in adminiſtratione, & cultu Diuini Officij, & obſeruatione bonæ vitæ, & famæ interius, & exterius, per ſe, & Fratres ſuos inuigilet, [u] & inſtet, vt Deo, qui non niſi corde colitur, adminiſtrationem acceptam, & gratam exhibeat, & ex ea Congregationi fidelium deuotio continuè accreſcat. Vtilitatem, & commoditatem Conuentus ſic prouidè procuret, & quærat, quod in fabricatione domorum, & alia loci promotione, ſua ſolicitudo, & fidelitas nota fiat.

u De ſta. reg. c. cum ad Monaſteriū. §. Abbas. arg. ex Concil. Triburien. cap. ſi quis Abbas. 18. q. 2. & ex Concil. Afric. cap. placuit. 11. q. 3. ex Conc. Mogun. c. dictum. diſt. 81. c. inferiorū, culpa. diſt. 86.

13 Ad

13 Ad Capitulum ſiquidem, ſi quid in fabrica, vel ædificijs domorum, vel in ampliatione ſitus locorum expenderit, Conuentus per ſuas litteras tranſmittat, vt Pater Vicarius Generalis, & Diffinitores Capituli, qui habent ſtatui locorum Congregationis prouidere, poſſint Plantas infructuoſas, & terram inutiliter occupantes ſuccidere, fructuoſas verò, & vtiles cultura debita venerari.

14 Item Prior quilibet in quantum Congregationis noſtræ honeſtatem, honorem, & bonam famam diligit, Eccleſiam x in his, quæ ad ornatum, & decorem ipſius Eccleſiæ pertinent, ſtudeat ſolicitè conſeruare. Domos verò, & Officinas omnes, & maximè Dormitorium, Refectorium, & Foreſteriam mundè, & honeſtè procuret penitus retinere.

15 Tempore etiam ordinato ibit y ad Capitulum Generale Congregationis ipſe Prior. Quod ſi iuſto, & excuſabili impedimento ire non poterit, ſigillum Conuentus z per Viceſgerentem, ſeù viciniorem Priorem mittat. Si verò perſonaliter non iuerit, vel ſi iuſtam habens excuſationem non eundi, ſigillum non miſerit, eo ipſo quod mandati Congregationis tranſgreſſor extiterit, ad omne officium cum cura animarum ineligibilis per ſexennium permanebit.

16 Sunt autem aliqui exceſſus prò quibus abſolui ipſe Prior debet, ſcilicet. Si infirmos ſui Conuentus ſæpè non viſitauerit, & ſi eos diligenti cura Medici, & medicinalium, vbi haberi poterunt, curari non fecerit, & eis ſufficienter neceſſaria per Infirmarium ſolicitum, & deputatum miniſtrari non fecerit. Si ad Matutinum ex conſuetudine, & ex negligentia rarò ſurgit. Si ad Capitulum non intrauerit niſi

x In Conc. Gen. c. relinqui nolumus. de cuſtod. Eucbariſ. Clem. graui. de celeb. Miſſ. c. veſtim. de conſec. diſt. 1. c. pulchra. diſt. 86. c. 1. ea.

y Arg. ex Conc. Antiochen. cap. propter Eccleſiaſtic. el 1. di. 18. & ex Concil. Tolet. cap. decernimus ex Conc. Laodic. c. non oportet. Ex Conc. Martini Papa d. ca. propter Eccceleſiaſt. el 2. ex Conc. Calced. c. peruenit. ex Concil. Arelat. c. ſi quis autem. ex Conc. Agat. 2. c. ſi Epiſc. eadem. de maio. & obe. c. gucd ſuper his.

z Arg ex Conc. Cartag. 4. cap. Epiſc di. 18. ex Concil. Cartag. 5. c. placuit e. 2. ea.

raró. Si proprijs, & illicitis quæſtibus [a] intendit. Si raró [b] celebrat. Si Fratribus ex conſuetudine minatur, [c] & verba eis opprobrioſa, & contumelioſa dicit. Si de nocte colloquijs inutilibus ex conſuetudine vacat. Si Regulam, & Conſtitutiones, ac Diffinitiones Congregationis legi non faciat. Si eleemoſynas, quæ ad manus eius deueniunt, Officialibus Conuentus non reddit. Si aliquid probabiliter committit propter quod Pax ſui Conuentus, ſeù Congregationis turbari poſſit. Si probabiliter etiam inueniatur quod per ſe, vel per alium procuret, [d] vt ad officium alicuius Prioratus eligatur, vel in eodem confirmetur, in quo caſu ad omne officium ineligibilis per triennium permanebit. Si inter Sæculares eſt infamis [e] licet per Fratres probari non poſſit. Si communem vitam cibi, & potus cum Conuentu non tenuerit, niſi ex infirmitate. Si probabiliter inueniatur quod alicui habenti vocem in aliqua electione, procurauerit, vt vocem ſuam ſibi, aut huic, vel illi daret. Si commiſerit probabiliter aliquid, propter quod pœnæ grauioris culpæ debeat ſubiacere. Si Subditum ſuum de manifeſto exceſſu ſecundum Congregationis ſtatuta non correxerit, [f] niſi ex rationabili cauſa ſteterit: exceſſum autem manifeſtum intelligimus, qui per tres Fratres bonæ vitæ, & opinionis probari poteſt.

17 Prætereà quià tremendum, [g] & periculoſum

eſt

a *Arg. ex Conc. Mogunt. nè Cle. vel Mo. c. 1. ex Conc. Later. c. Sacerdot. c. ſed nec procurationes. ca. ſecundũ inſtituta. c. ſicut. eo. tit. ex Conc. Agat. c. nõ liceat. §. prohibetur. di. 86. ex Conc. Calce. c. peruenit. eo. c. Eleuther. di. 91.*

b *Arg. in c. dolẽtes §. sũt, et alij de celeb. Miſſ.*

c *Arg. ex Conc. Agat. d. c. nõ liceat. in prin. di. 86. c. quid autem. & in quodã Conc. c. neminem. ca. licet nonnunquã. ex Conc Brachar. cap. cum beatus di. 45. & c. licet plerumq; & ex canon. Apoſtolorũ c. Epiſ. ca. c. quis autẽ. & c. quia ipſis. 7. q. 3.*

d *Arg. ad Heb. 5. & Greg. c. in ſcriptur. 8. q. 1.*

e *Arg. ex Conc. Cartag. c. ſi qui. 7. q. 1. c. tantis. di. 81. de exceſ. Præla. c. inter dilectos in me. de iureiu. ca. querelam. eo. tit. c quià nos. de appellat. c. quià. de accuſ.*

f *Arg. ex Conc. Triburien. c. ſi quis Abbas. 18. q. 2 ex Conc. Mogunt. c. dictũ. diſt. 81. c. inferiorum. diſt. 76. ex Conc. Afric. c. placuit. 11. q 3. c. ſi quis per capillum. 22. q. 1. c. cum ad Monaſterium. §. Abbas. de ſtat. regu. cap. licet Heli. de ſimo.*

g *Arg. quià nulla pœna maior eſt in Ecleſ. Aug. c. corripiantur. 24. q. 3. Aug. c. omnis Chriſtianus. & Aug. c. nihil. 11. q. 3. Hiero. c. audi. ca. arg. ex Conc. Melden. c. nemo Epiſcopor. 11. q. 3. c. cum non ab homine. de iudi. de ſent. excom. in 6. c. 1.*

Digitized by Google

eſt in ſententiam excommunicationis prorumpere, omnibus, ac ſingulis Prioribus Conuentuum noſtræ Congregationis, ac eorum Vicarijs diſtrictè prohibemus, vt prò nulla cauſa interueniente, ſententiam fulminent [h] excommunicationis, niſi prius licentiam in ſcriptis obtinuerint à Patre Vicario Generali noſtræ Congregationis. Qua obtenta cum expedire iudicauerint, ferre eam poterunt, cum tremore tamen, & iuris forma [i] ſeruata, ſcilicet, vt trina canonica monitione [k] præmiſſa, in ſcriptis eam ferant, in quibus licentiæ huiuſmodi tenor de verbo ad verbum formaliter inſeratur. Contrafacientes autem triginta diebus ab adminiſtratione, & executione officij ſui ſuſpendimus, [l] & ſecundis, quartis, ac ſextis ferijs eius temporis in pane, & aqua ſolum ieiunent. Alioquin, ideſt in caſu, quo aliquis eorum ab executione huiuſmodi non abſtinuerit, poſtquam ſententiam excommunicationis contrà præfixam formam tulerit, vt præfertur, irregularitatis [m] maculam ſe nouerit incurriſſe, cuius diſpenſationem Patri Vicario Generali reſeruamus. Interim autem Vicarius Conuentus, ſi ibi eſt, regat Conuentum, alioquin antiquior [n] Sacerdos, donec per Superiorem prouideatur.

18 Igitur cum huiuſmodi ſententiæ multiformiter pericula contineant animarum, Pater Vicarius Generalis, de cuius auctoritate debent ferri, ad huiuſmodi licentiam concedendam, quaſi inuitus, & cum multa maturitate, [o] & prudentia, ac prouidentia inclinetur.

h Licet aliàs poſſint de iure cõmuni. c. cũ in Eccleſijs de ma. & obe. c. cum illorum. de ſent. excom.

i Ex Conc. Gen. c. ſacro. de ſent. excom. ex Conc. Lugdu. c. cum medicinalis. eo. tit. in 6. ex Cõcil. Later. c. reprahenſibilis. in prin. de apella.

k Ex Conc. Pariſien. c. de illicita. 24. q. 1. ex Conc. Rotomagen. c. omnes decima. in fi. 16. q. 1. & d. c. ſacro. & d. c. cũ medicinalis. d. c. reprahenſibilis. & ex Conc. Gen. c. cum ſpeciali. de apella.

l Arg. in d. cap. ſacro. & d. c. cũ medicinalis. §. ſi quis autem.

m Arg. ex Cõc. Lugdu. c. 1. §. ſciturus. de re. iudi. in 6. d. c. cum medicinalis §. cautant.

De

n Scilicet religione, quia vt ſic præfertur alijs. arg. ex Conc. Agat. c. Epiſc. di. 74. c. ordinario. el 3. in fi. di. 75. ex Conc. Cabilon. c. placuit. el 1. di. 18. de maio. & obe. c. 1.

o Arg. in ca. 1. §. Super. de ſent. excom. in 6. Greg. c. licet plerumquè. diſt. 45. ca. illa prepoſitorum. 11. q. 3. ca. penderet. in princ. diſt. 50.

De modo celebrationis Capituli Generalis noſtræ Congregationis. Cap. 30.

1 PRiores vniuerſi [a] Conuentuum noſtræ Congregationis, & alij vocales, ad locum celebrandi Capituli Generalis præordinatum, opportuno tempore, ſingulis triennijs [b] ſtudeant conuenire, videlicet feria quinta antè Dominicam tertiam [c] poſt Paſcha.

2 Igitur congregati omnes, ad Eccleſiam deuotè conueniant, & Pater Vicarius Generalis noſtræ Congregationis Miſſam de Spiritu Sancto, cum *Gloria in excelſis, &c.* & *Credo, &c.* ſolemniter cantabit. Cui omnes Fratres, & præcipuè vocales ſtudeant intereſſe, aut ſaltem ſinguli Miſſam de Spiritu Sancto celebrare, vel eiuſdem Collectam in Miſſa dicere.

§. *De modo recognoſcendi, & intronizandi Patrem Præſidentem Capituli.*

3 Poſteà feria ſexta immediatè ſequente, ſtatim poſtquam Veſpere fuerint ſolemniter decantate, de mandato Patris Vicarij Generalis, ad ſonum Campanellæ Clauſtri, vt moris eſt, fiat ſignum congregandi Capitulum, & ſucceſſiuè ſtatim Campana minor in Campanili ter pulſetur ſimiliter, cū debito interuallo, ad quod ſignum omnes Fratres tam vocales, quam non vocales ad Capitulum conueniant, vel alibi, vbi decenter eſſe poſſint, ſicut Patri Vicario Generali videbitur expedire. Quibus cum grauitate conſedentibus. Pater Vicarius Generalis ſurgens dicat.

a *Arg. in Conc. Gen. c. in ſingulis. in princ. de ſta. reg. ex Conc. Antiochen. cap. propter Eccleſ. el 1. ex Concil. Turon. c. Epiſc. el 2. diſt. 18. ex Conc. Cartag. 4. c. Epiſc. el 1. ex Concil. Tolet. c. decernimus. ex Conc. Laodic. cap. non oportet. ex Conc. Calced. ca. peruenit. ex Conc. Arelat. c ſi quis autem. ex Conc. Agat. 2. cap. ſi Epiſc. ex Conc. Martini Papæ c. propter. el 2. ca. de mai. & obed. cap. quod ſuper his.*

b *Arg. ex Conc. Biloen. ca. annis ſingulis. di. 18. ex Concil. Calced. c. peruenit. c. de Concilijs. ca.*

c *Arg. ex Conc. Antioch. c. propter. el 1. di. 18.*

V. Adiu-

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine* [d] *Domini.*

℟. *Qui fecit Cœlum, & terram.*

℣. *Benedicite.*

℟. *Deus.*

℣ *Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.* ℟. *Amen.*

4 Deindè ſedens verbum habeat aliquod opportunè. Quo habito, antiquiorem [e] Patrem ex ijs, qui Vicariatus Generalis officio functi ſunt, & qui aliàs Præſidentiæ munus non exercuerit, inquirat, quem compertum pronunciet eſſe Capituli tunc celebrandi, auctoritate Apoſtolica Præſidentem. Quod ſi antiquior quacumque ex cauſa non adfuerit, antiquiorem ex ijs qui adfuerint, Præſidentem pronunciabit. Et ſtatim is, qui ſe Præſidentem nominatum audierit, cum ſilentio ſurgens, oculis ad terram cum grauitate demiſſis, genua flectat humiliter in terram in loco ſuo. Cui Fratres circà illum ſedentes, aſſurgant, & ipſe Pater Vicarius Generalis ad ipſum cum modeſta hilaritate accedens, erigat eum cum reuerentia, & ad titulum Capituli deductum, locum illi cedat ſuperiorem, ſtatimquè genua flectens antè ipſum, in ſignum obedientiæ, ac reuerentiæ, manum ei humiliter deoſculetur. Poſteà Pater Vicarius Generalis ſurgens, ad ſiniſtram Patris Præſidentis conſedebit. Et poſt eum ordinatè ſic faciant omnes Fratres ſucceſſiuè. Quibus finitis Pater Præſidens dicat.

℣ *Adiutorium noſtrum, &c.*

℟ *Qui fecit, &c. vt ſuprà.*

Et prout ſibi videbitur, ſermonem habebit ad Fratres.

d *Arg. ad Coloſſ. c. 3.*

e *Arg. ex Conc. Agat. c. Epiſc. diſt. 74. c. ordinationes. in fi. di. 75. ex Conc. Cabilon. c. placuit. diſt. 18. de maior. & obed. ca. 1. di. 61. ca. ſtatuimus.*

§. De

§. *De officio, & auctoritate Patris Præſidentis Capituli.*

5 Ad Patris ergò Præſidentis, modo iam dicto intronizati, ſpectat officium, omnibus, & ſingulis tam in Diffinitorio, quam in communi omnium vocalium Capituli Generalis Collegio proponendis, tractandis, & expediendis auctoritate Apoſtolica intereſſe, ac præeſſe. Tractanda, & expedienda omnia proponere, & acta omnia, ac geſta, deciſa, electa, deliberata, diffinita, ordinata, ſtatuta, & ritè facta confirmare.

6 Si quandò verò Reuerendiſſimum Patrem Priorem Generalem noſtri Ordinis prò tempore exiſtentem, Capitulo Generali noſtræ Congregationis adeſſe contingeret, & Diffinitorio noſtro intereſſe vellet. Ipſe omnia, & ſingula, quæ modò ad officium Præſidentis pertinere dicta ſunt, auctoritate ſua ordinaria, in perſona propria, & non aliter, exequi deberet. Et is, qui aliàs, eo abſente, Præſidens Capituli auctoritate Apoſtolica eſſe debuiſſet, primus poſt eum ſederet, & primus ad partita propoſita reſponderet, & in electionibus votum ſuum præſtaret, ac eodem Reuerendiſſimo P. Generali abſente, Præſidentis officio fungeretur.

§. *De Correctoribus Capituli deputandis.*

7 Primò igitur Pater Præſidens, de conſilio Patrum, duos ordinabit Capituli, celebrandi Correctores, quorum cuilibet baculum in manibus dabit, quem ferent in ſignum poteſtatis acceptæ. Quibus tanquam Prioribus Capituli, in foro exteriori tantum, omnes obediant, nec abſquè ipſorum, vel alte-

Digitized by Google

alterius eorum licentia ſpeciali, quiſquam domo exire præſumat. Horum autem officium præcipuè erit, ea quæ ad Diuini *f* cultus ſeruitium pertinent ordinare, ad victum neceſſaria diſponere, menſæ Lectores, & Seruitores deputare, & Capitulo aduenientibus *g* hoſpitium, & refectionem aſſignare. Eo autem die nihil vlterius, ad Capituli celebrationem pertinentium fiat. Ex tunc autem nullus Vocalium, ſinè licentia Patris Præſidentis, antè publicationem omnium actuum Capitularium, à loco ipſius Capituli recedere *h* præſumat.

f *Argu. ex 7. Synodo c. quoniam. §. hunc. diſt.* 18.

g *Arg. in d. ca. quoniam. § porrò. diſt.* 18.

h *Arg. ex Conc. Arelat. cap. ſi quis autem. di.* 18. *ex Concil. Triburien. cap. certum eſt.* 11. *q.* 3.

§. *De inuocatione Spiritus Sancti, & Benefactorum Defunctorum recommendatione.*

8 Die autem Sabbati, ſummo mane, Prima cantetur. Poſteà Pater Præſidens Miſſam de Spiritu Sancto ſolemniter cantabit, cum *Gloria in excelſis, &c.* & *Credo, &c.* & propria Præfatione, vt moris eſt. Omnes autem Vocales ſimiliter Miſſam de Spiritu Sancto deuotè celebrent, aut ſaltem communicent, qui fortè celebrare non poſſint. Quibus expletis, pulſata Campanella prò Capitulo conuocando, vt fieri ſolet, omnes tam vocales, quam non vocales ad Eccleſiam conueniant. Quibus ordinatè congregatis, Cantores in medio coram Altari maiore, genibus deuotè in terram flexis, incipiant cum nota ſolemni Hymnum: *Veni* *i* *creator Spiritus, &c.* & Fratres alternatim ex vtroquè Choro totum decantent. Poſteà Cantores cantent.

i *C. cum terra. de elec. c. cum Eccleſ. de cauſa poſſ.*

℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*

℟. *Et renouabis faciem terræ.*

Deindè Pater Præſidens cantet.

 ℣. *Do-*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

D*Eus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſaecula ſaeculorum.*

℟. *Amen.*

Oremus.

A*Ctiones noſtras: quaeſumus Domine: aſpirando praeueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio, & operatio, à te ſemper incipiat, & per te coepta finiatur.*

A*Deſto ſupplicationibus noſtris Omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandae pietatis indulges, intercedente Beato Patre noſtro Auguſtino Confeſſore tuo, atquè Pontifice, conſuetae Miſericordiae tuae tribue benignus effectum. Per Chriſtum Dominum noſtrum.*

℟. *Amen.*

9 His igitur peractis, ſedeant omnes. Et Socius Patris Vicarij Generalis, qui iuxtà conſuetudinem habiturus eſt ſermonem de electione, genibus flexis coram Patre Praeſidente dicat: *Iube Domne Benedicere.* Et Pater Praeſidens benedicendo *k* dicat: *Dominus ſit in corde tuo, & in labijs tuis, vt dignè, & competenter annuncies verbum ſuum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Quod ſi Socius ipſe quacumque ex cauſa defuerit, alius in locum ipſius, ſi commodè fieri poterit, ſubrogetur: Sin autem,

k *Arg. in c. denique diſt. 21. Aug. c. dictum in prin. 1. q. 1.*

autem, idem Pater Præſidens, quantum ei videbitur, Fratres ad electionem Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis animo libero, purè, rectè, zeloquè Dei, & Religionis celebrandam, hortabitur, [l] & inducet.

10 Deindè Pater Præſidens dicat: *Recitentur obitus Fratrum, Sororum, Familiarium, Propinquorum, Confratrum, & Benefactorum noſtræ Congregationis, & particularium Conuentuum noſtrorum, qui diem ſuum obierunt, à Capitulo noſtro Generali vltimè celebrato, vſquè ad diem hanc.* Quo dicto, Secretarius Congregationis de mandato Patris Vicarij Generalis ſurgens, & ſchedulam in manibus tenens, recitabit nomina Defunctorum Fratrum noſtrorũ, & deindè Benefactorum in genere. Poſteà Pater Præſidens de eodem moneat Priores ſigillatim, & ordinatè, incipiendo à primo, & pronunciabit ſic. *Prior Sancti Auguſtini Cremæ.* Tunc ſtatim ſurgens Prior Conuentus Cremæ, recõmendabit omnibus animam fœlicis recordationis quondam Magnifici Domini Ioannis Thomæ de Vicomercate nobilis Cremenſis, fundatoris Conuentus noſtri S. Auguſtini Cremæ, & conſequenter totius Congregationis, quæ indè originem ſumpſit, cum alijs vt ſuprà, & ſic ordinatè fiat de reliquis Prioribus.

11 Igitur omnibus recitatis, Pater Præſidens alta voce dicat iſta verba: *Debitum Miſſarum, & Officiorum, tam Fratrum, & Sororum, quam Confraternitatis litteras habentium, & iſtorum omnium Propinquorum, & Benefactorum Defunctorum noſtræ Congregationis, in fine Capituli reſeruamus iniungendum, cum Benefactores viui recitabuntur, vt pro his omnibus integrè ſatisfaciamus. Nihilominus in communi*

[l] *Arg. in c. dilectiſſimi. 8. q. 2. c. cum terra. c. quiſquis. ca ſacroſanc. de elec. c. quatuor modis. & 3. c. ſeq. 11. q. 3.*

 omnium

Digitized by Google

omnium ipſorum memoria, dicamus in præſentiarum. De profundis clamaui ad te Domine, &c. Et Fratres proſequantur totum vſquè ad finem, & in fine dicant. *Requiem æternam, &c.* Poſteà Pater Præſidens dicat. *Pater noſter, &c.*

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos à malo.*

℣. *A porta Inferi.*

℟. *Erue Domine animas eorum.*

℣. *Requieſcant in pace.*

℟. *Amen.*

℣. *Domine exaudi Orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam: vt noſtræ Congregationis Fratres, Sorores, Confratres, Familiares, Propinquos, & Benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, Beata Maria ſemper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium peruenire concedas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. *Amen.*

§. *Quomodò Pater Vicarius Generalis Officio ſuo debeat renunciare.*

12 Si Pater Vicarius Generalis, caſu aliquo, ſcilicet infirmitatis, vel alterius impedimenti, excuſabili occaſione detentus ad Capitulum non venerit, ab ipſa die præfixa in anteà, ſit ipſo facto à Vicariatus Generalis officio abſolutus, & ad electionem Succeſſoris penitus procedatur. Quod ſi Pater Vicarius

carius Generalis iuſtam excuſationem non habens, ad memoratum Capitulum venire cõtempſerit, *m* ex tunc vſquè ad decennium, ad omne officium cum cura animarum ineligibilis permanebit.

13 In Vicarium autem Generalem noſtræ Congregationis eligatur Frater, qui nunquam apoſtatauerit, *n* nec fuerit de aliquo vitio notabili in Cõgregatione conuictus, vel confeſſus, & qui ſciat *o* congruè loqui latinum. Quod ſi ſecus fiat, ipſo facto, electionem huiuſmodi, ſeù promotionem viribus vacuamus. *p* Si autem in iuuentute, non propter ſcandalum alicuius delicti cõmiſſi, ſed ex animi leuitate, quis noſtram Congregationem exierit, & reuerſus fuerit, & in ea laudabiliter vixerit, poterit Capitulum cum tali Fratre diſpenſare, *q* vt ad omnes indiferenter obedientias Congregationis, ſi aliàs idoneus fuerit, aſſumatur, & admittatur. Si autem bis quocumque modo apoſtatauerit, ad prædictum officium Vicariatus Generalis noſtræ Congregationis, ſinè diſpenſatione aliqua, perpetuò ineligibilis permanebit.

14 Poſt hæc Pater Præſidens ſedeat, & poſt eum cæteri omnes. Quibus ſedentibus, Pater Præſidens, clara voce dicat hæc verba: *Omnes Fratres tam vocales, quam non vocales accedant ad Capitulum.* Tunc Fratres bini, & bini, ad medium coram Altari maiore ſe inclinantes, cum ſilentio maturè accedant ad Capitulum. Et poſtquam ordinatè conſederint, Pater Præſidens ſurgens dicat.

℣. *Adiutorium noſtrum, &c.*

℞. *Qui fecit, &c.*

℣. Be-

m *Arg. ex Cõc. Taraconen. c. ſi quis Epiſ. di. 18. ex Conc. Agat. 2. c. ſi Epiſ. el 1. & ex eo. Conc. c. ſi Epiſc. el 2. ex Conc. Laodic. c. non oportet. ex Conc. Arelat. c. ſi quis autem. ea.*

n *Arg. in c. cũ in magiſtrũ. de elec. Hiero. in c. ſi Cler. 16. q. 2. c. ordinatos. di. 59. c. miſerũ. di. 61. c. ſaluberrimum. 1. q. 7.*

o *Arg. ex Conc. Latera. c. cum in cunctis. de elec. Hiero. c. ſi quis autem. di. 37. Ambro. ca. legimus. Aug. cap. non omnis. cap. turbatur. c. ideo. c. relatum. ea. Aug. c. indiguũ. di. 38.*

p *Ex Conc. Lat. d. c. cum in cunctis. §. Cler. de elec. c. cũ uuintonien. eo. tit. c. nihil c. compromiſſar. §. porrò. eo. tit. in 6.*

q *Argu. in cap. mandamus. 19. q. 3. cap. intelleximus §. nè igitur. de ætat. & qual. ca. quia diligentia. de elec.*

Digitized by Google

℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.*
℣. *Dominus nos benedicat, &c. vt ſuprà.*

15 Deindè ſtatim Pater Vicarius Generalis ſurgens, genua flectat in medio Capituli verſus Patrem Præſidentem, & officio Vicariatus Generalis ſimpliciter renunciet, ſigillumquè in manibus Patris Præſidentis conſignans, ab officio petat abſolui, verba ſimilia dicens: Reu. Pater. *Officio Vicariatus Generalis Congregationis noſtræ, quod indignè hucuſquè exercui, in manibus tuis ſpontè, & hilari animo renuncio, & à Reuer. Paternitate tua abſolutionem humiliter peto.*

16 Et Pater Præſidens reſpondebit hæc verba. *Et ego auctoritate Apoſtolica, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & abſoluo te ab officio Vicariatus Generalis noſtræ Congregationis. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

17 Deindè Pater Vicarius Generalis abſolutus, ad medium Capituli rediens, genibus flexis coram Patre Præſidente dicat ſuam culpam, conſimilia verba proferendo. *Reu. Pater: Dico meā culpam Deo, & tibi, de omnibus peccatis, & negligentijs meis. Et in primis, quod Congregationem hanc noſtram, meo regimini vſquè in hodiernum diem deſtinatam, debita cum charitate, clementia, vigilantia, diligentia, zelo, & exemplaritate non gubernauerim: Iuſtitiam vt par erat meis ſubditis integrè non adminiſtrauerim: dignos præmio, indignos conuenienti pœna non affecerim: ſpiritualia ſimul ac temporalia negligenter curauerim: Regulam, & Conſtitutiones, ac Diffinitiones noſtras adamuſſim obſeruari non fecerim. Et tandem ſi in aliquo alio, vel dicto, vel facto, commiſſione, vel omiſſione offendi, dico meam culpam, & peto veniam.*

Tunc

Digitized by Google

Tunc Pater Præſidens ei pœnitentiam iniungat de vno Pſalmo *De profundis, &c.* vel *Miſerere mei Deus, &c.* Et ſic reuertatur ad locum ſuum.

18 Antequam verò ad electionem noui Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis deueniatur, Pater Præſidens proteſtetur [r] omnibus, & dicat hæc verba. [r] *Argu. in c. ſi. de elect. in 6.*

19 *Si quis nouerit cauſam, cur vocem quis actiuam, vel paſsiuam habere non debeat, in hac ſtatim futura Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis electione, id dicat apertè, aliàs enim ſinè vitio pertranſibit electio.* Si quis autem proclamatus fuerit voce priuatus, aut priuandus, iuxtà formam iuris, & Conſtitutionum, ac Diffinitionum noſtræ Congregationis cauſa terminetur. Poſt hæc Pater Præſidens alta, & intelligibili voce, dicat hæc verba. *Omnes quotquot non habent vocem actiuam in hac ſtatim celebranda Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis electione, Capitulum egrediantur, & ad Eccleſiam accedentes, Miſſam ſolemniter cantent pro Defunctis.* Ad cuius iuſſionem omnes ſimpliciter obediant. Quibus egreſſis, oſtium Capituli claudatur, ità vt à nullo de foris exiſtente, quid intus agatur videri poſſit.

§. *De modo eligendi tres Scrutatores Capituli, & Patrem Vicarium Generalem noſtræ Congregationis.*

20 Clauſo igitur oſtio Capituli modo dicto. In primis aperiantur, & per Secretarium Congregationis, alta voce legantur Litteræ Eminentiſſimi Cardinalis Protectoris, & Reuerendiſſimi Patris Prioris Generalis Ordinis noſtri, ſi quæ ſint Capitulo noſtro Generali directæ. Quas lectas idem

Se-

Digitized by Google

Secretarius ſeruabit, in fine Capituli nouo Secretario Congregationis, cum alijs Scripturis conſignandas, vt illis reſpondeatur, quemadmodum fieri debet. Poſteà prænominatus Secretarius diligenter notet, vel potius adnotata ſecum habeat, & proferat nomina omnium Vocalium, qui ad Capitulum de more conuenire debent, quæ nomina, mandante Patre Præſidente, ordinatè legat, clara, & intelligibili voce, incipiendo à nomine ipſius Patris Præſidentis, & ſic per ordinem, iuxtà vniuſcuiuſque gradum, ac dignitatem. Priores autem non vocet proprio nomine, ſed ſolum de nomine Conuentus, cuius ſunt Priores, iuxtà antianitatem ipſorum Cõuentuum, dicendo, *V.G. Prior S.Auguſtini Cremæ*. Et tunc is qui ſe nominatum ſenſerit, ſtatim in loco ſuo ſurgat, ità vt ab alijs, & præſertim à Patre Præſidente videri poſſit, & audientibus omnibus reſpondeat: *Adſum*. Et ſic omnes alij faciant, cum ſe vocari audierint. Quod ſi aliquis, vel aliqui eorum abſentes fuerint, ſtatim vt dictus Secretarius cognouerit aliquem non adeſſe, accepto calamo, deleat illius nomen, ità vt in liſta non remaneant niſi nomina eorum, qui præſentes erunt, quos ſolum deinceps, cum opus fuerit, vocabit, non verò abſentes.

21 Deindè Pater Præſidens, Patrem Vicarium Generalem abſolutum requirat, vt iuxtà morem, tres *ſ* ex Vocalibus ibi præſentibus nominet in Capituli mox celebrandi Scrutatores eligendos. Nullus autem nominetur, qui ſit de Prouincia ipſius Vicarij Generalis abſoluti, nec omnes, aut duo ex eadem Prouincia, ſed vnus ex vna, alius ex alia, & tertius ex tertia, de his ex quibus tunc nouus Pater Vica-

ſ In Conc. Generali ca. quià propter de elect.

Vicarius Generalis eligendus non erit. Quibus hoc modo nominatis, Pater Præſidens omnium Vocalium vota, viua voce requirat: in quibus ſi omnes* conſenſerint, eos ad ſe venientes confirmabit dicens. *Et ego auctoritate Apoſtolica, in hac parte mihi commiſſa, confirmo vos in Scrutatores huius Capituli noſtri Generalis celebrandi, dans vobis omnem auctoritatem, & poteſtatem, quam cæteri Scrutatores Capituli huiuſmodi ſolent habere. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Si verò contingeret tres nominatos à Patre Vicario Generali abſoluto, aut aliquem, vel aliquos ipſorum non acceptari: ex tunc Pater Præſidens alium, vel alios, eorum loco proponat, ſecundum regulam datam, donec de tribus Scrutatoribus prouiſum fuerit, vt ſuprà.

** De his, quæ fiunt. à maior. parte. cap. 1. & d. c. quià propter de elect.*

22 Scrutatores igitur electi, & confirmati accedant ad tabulam in medio ad titulum Capituli præparatam, ad cuius caput, in ſella eminentiori, ſolus ſedeat Pater Præſidens, & à latere hinc indè, ſuper ſellas minores ſedeant Scrutatores, ità vt antiquior ſit à dextris Patris Præſidentis, ſecundus à ſiniſtris, & tertius à dextris poſt antiquiorem, & tam Pater Præſidens, quam quilibet Scrutatorum habeat antè ſe duo, vel tria folia cartæ albæ, cum Atramentario, & calamo ad ſcribendum accomodato. Et in primis, accito Secretario Congregationis, accipiant ab eo numerum vocalium tunc præſentium, quem vnuſquiſque eorum in ſuo folio diligenter ſcribat, Secretarius verò ad ſuum locum reuertatur. Intereà ſingulis Vocalibus detur vna liſta, ſeù ſchedula impræſſa cum nominibus eorum, qui prò officio Vicariatus Generalis noſtræ Congregationis

eo tempore vocem paſſiuam habebunt, excepto nomine illius, cui liſta dabitur, quià ſi fortè in ea fuerit, publicè detrahetur, antequam detur eidem, cum nullus poſſit eligere ſe ipſum.

23 Quilibet ergò vocalium, accepta modo dicto ſchedula, ſeù liſta, eaquè benè perpenſa, iuxtà conſcientiam ſuam ſceligat, & ex ea detrahat nomina trium Patrum, quos digniores iudicabit, ex quibus vnum in Vicarium Generalem eligi vellet, quæ ſimul complicata, ità vt videri à nullo poſſint, apud ſe retinebit, quo facto liſtam ipſam, cum alijs nominibus ei adherentibus, dilacerabit, & in terram proijciet. Poſteà Secretarius Congregationis, ad ſignum Patris Præſidentis ſurgens, ſingulos Vocales, modo, & ordine ſupradicto, nominatim aduocabit, incipiendo à Patre Præſidente, qui ſtatim accipiens tria nomina, à ſe ex liſta detracta, & complicata, ponet ea in diſco, ſuper tabulam ad hunc finem præparato, & ſic ſucceſſiuè alij, ſtatim ac fuerint vocati, ſurgentes, & ad tabulam accedentes, ac Patri Præſidenti ſe inclinantes, ponant in eodem diſco tria nomina, ab vnoquoque ex ſua liſta, vt ſuprà detracta, quibus poſitis, denuò ſe inclinantes recedant, & ad loca ſua reuertantur.

24 Hac igitur functione completa, Scrutatores accipientes diſcum, prius ſimul cum Patre Præſidente, numerabunt voces in eo repertas, & facta collatione numeri Vocaliũ, quem antè notauerant, ad numerum votorum, ſeù vocum, quas in diſco inuenerint, nè fortè fraus aliqua interuenire poſſit, u calculabunt poſteà, x & diligenter notabunt numerum vocum, quas in plures, ac diuerſos Patres conueniſſe repererint. Hæc autem omnia ità ſecretè

u *Arg. in c dilectiſſimi. 8 q. 2. c. cum terra. de elect. c. quiſquis. ca. ſacroſancta. eo. tit.*

x *In Conc. Gen. d. ca. quià propter. de elect.*

cretè faciant, vt à cæteris videri quidem poſſint, non autem audiri. Et tunc nomina trium Patrum, in quibus plures conſenſiſſe inuenerint, in vno folio ſcribant, & ſurgentes, ac ad medium Capituli accedentes, antiquior Scrutatorum pronunciet alta voce hoc modo, videlicet. *Hi ſunt tres Patres, in quibus plures conſenſerunt, vt vnus eorum in Vicarium Generalem noſtræ Congregationis eligatur, videlicet Reuerendi Patres in Chriſto, Fr. N. N. de N. Fr. N. N. de N. & Fr. N. N de N.*

25 Poſteà nomina illorum trium Patrum grandioribus litteris exarata, ſuper tribus diſtinctis Buſſulis affigent, quas ſuper tabulam à parte anteriore, vt ab omnibus videri poſſint reponent, cum hoc ordine, vt Buſſula in qua eſt inſcriptum nomen illius, qui primo loco fuit nominatus, ponatur in medio, & à dextris ponatur illa, in qua eſt inſcriptum nomen illius, qui ſecundo loco nominatus fuit, à ſiniſtris verò ponatur illa, in qua eſt inſcriptũ nomen illius, qui in tertio loco fuit nominatus. Quod ſi duo, vel omnes in vocibus fuerint æquales, ille, vel illi ſemper præferantur, qui fuerint Profeſſione, vel gradu Prælaturæ anteriores. Et hic ordo ſeruabitur etiam in publicatione trium huiuſmodi Patrum, ſupradicta, ità vt antiquior Scrutatorum ſemper primo loco nominet illum, qui plures habuit voces, & ſic ſucceſſiuè alios, & in caſu æqualitatis votorum, ſeù vocum, attendatur anterioritas Profeſſionis, vel anterioritas Prælaturæ. Buſſulis ergò hoc modo locatis, Scrutatores ſingulis Vocalibus dabunt ſingulas ballotulas, ex panno conſutas, numerum earum notantes. Qui vocante Secretario, modo, & ordine ſuperius dicto, ad lo-

Digitized by Google

cum Buſſularum ſucceſſiuè accedentes, manum in qua ballotulam tenent, ſuprà ſingulas Buſſulas prædictas apponent, & in eius, quem in Vicarium Generalem noſtræ Congregationis eligere volent, Buſſulam, ballotulam immittent. Cum autem ad locum Buſſularum acceſſerit aliquis ex illis tribus, quorum nomina ſuper Buſſulas inſcripta ſunt, tunc iunior Scrutatorum manum ſuper Buſſulam, in qua eſt inſcriptum nomen illius apponet, ſicquè poterit quidem ille immittere ballotulam ſuam, in vnam quam volet ex alijs duabus Buſſulis, non autem in illam, in qua proprium nomen inſcriptum inuenitur.

26 Completa autem ballotatione, antequam Buſſulæ aperiantur, Scrutatores ad medium Capituli venientes, omnibus audientibus, ſenior eorum dicat hoc modo. *Vt electio Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis vnanimis fiat, & celebretur, requirimus vos Patres, qui eſtis ſuper Buſſulas electionis inſcripti, & ballotati, ſi eſtis contenti renunciare ballotulas, & voces, quot quot ſint vobis datæ, illi qui ex vobis habuit plures?* Et ſi reſponderint ſinguli. *Renuncio, y vt requiſiſtis.* Interrogent prætereà omnes vocales hoc modo. *Et vos Patres electores, qui dediſtis vota veſtra, & ballotulas illis duobus, qui non habent plures, eſtis nè contenti dare illas ei, qui plures habet in Buſſula nomini ſuo inſcripta?* Et reſpondentibus illis. *Sumus contenti dare, vt requiritis, & eas damus.*

y *Arg. in c. ſtatuimus. §. cum quilibet. de regula.*

27 Tunc Scrutatores accedant ad aperiendas Buſſulas, & calculandas ballotulas, quas in ſingulis earum inuenerint, & ille qui plures in ſua Buſſula ballotulas habuerit, cenſeatur, & ſit in Vicarium

Ge-

Digitized by Google

Generalem noſtræ Congregationis electus. Quod ſi duo in maiori parte votorum, vel omnes inueniantur æquales, Scrutatores id ſtatim in Capitulo audientibus omnibus pronuncient, & iterum faciant eos ballotari. Quod ſi denuò omnes, vel duos eorum in maiori parte votorum æquales inuenerint, ſtatuimus quod minor, ſeù minores ſecundum Profeſſionis primogenita, renuncient vota ſua maiori, & tunc illius præualebit electio, qui fuerit Profeſſione anterior.

28 Interim oſtium Capituli aperiatur, & ter Campana pulſetur prò Capitulo iterum congregando, & Fratribus omnibus, tam vocalibus, quam non vocalibus congregatis in vnum, ſenior Scrutatorum in altum aſcendens, electionem publicè, & alta voce pronunciabit, eamquè in tono lectionum cantabit, dicendo.

29 *In nomine* [z] *Domini noſtri Ieſu Chriſti benedicti. Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo ſeptingenteſimo, &c. Die, &c. Menſis, &c. Ego F. N. N. de N. ſenior Scrutatorum huius Capituli, nomine meo, & nomine omnium ad quos præſens ſpectat electio, eligo in Vicarium Generalem noſtræ Congregationis, Reuerendum Patrem in Chriſto, Fratrem N. N. de N.*

z *Arg. ad Coloſſ. cap. 5.*

30 Et tunc Campanæ omnes pulſentur, & ſtatim Cantores incipiant cum nota Hymnum *Te Deũ laudamus, &c.* Et omnes Fratres bini, & bini, vt moris eſt, ad titulum Capituli ſe inclinantes, & proceſſionaliter cantantes, ingrediantur Eccleſiam. Et is, qui in Vicarium Generalem electus fuerit, poſt cæteros cum Patre Præſidente incedens, genua flectat in medio ſuper gradum Altaris, & Pater Præſidens ſtabit poſt eũ erectus. Et Hymno finito, Pater

Præ-

Digitized by Google

Præſidens dicat cum nota, cantando in tono Capituli Horarum.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da huic famulo tuo, in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper cõſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen.*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus: prætende ſuper hunc famulum tuum, & ſuper Congregationem illi commiſſam, ſpiritum gratiæ ſalutaris, & vt in veritate tibi complaceat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

31 Quibus Orationibus expletis, Pater Præſidens antè Patrem Vicarium Generalem electum ad medium Altaris accedat, & ſedeat è regione coram ipſo, genibus flexis, vt dictum eſt, adhuc ibi manente, cònfirmabitquè [a] eum hoc modo: nam tradet in manibus eius ſigillum Congregationis, dicens ſine nota.

a C. *qualiter de elect. cap. poſt quam. c. neſti. eo. tit. c. auaritiæ. cap. quam ſit. eo tit. in 6.*

32 *Et ego Auctoritate Apoſtolica, qua fungor in hac parte, confirmo te in Vicarium Generalem noſtræ Congregationis, dans tibi omnem auctoritatem, & poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus, quam cæteri Vicarij Generales eiuſdem Congregationis ſolent habere. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

33 De-

33 Deindè Pater Præſidens erigat illum, & ſedere faciat contrà medium Altaris, & genibus flexis antè illum, deoſculabitur ei manum, poſteà ſurgens ſedeat ad dexteram ipſius. Et deindè Pater Vicarius Generalis abſolutus, ſimili modo genua flectens, & deoſculata eius manu, ſedeat ad ſiniſtram. Et ſic cæteri omnes ſucceſſiuè manum deoſculabuntur eidem, in ſignum obedientiæ, & reuerentiæ, & ad loca ſua ſecedent ſucceſſiuè per ordinem, vt moris eſt. Quibus expletis, facto ſignò per Patrem Præſidentem, omnes bini, & bini ab Eccleſia exeuntes, ad prandium ibunt.

§. *De modo eligendi quatuor Diffinitores, & duos Viſitatores maiores.*

34 Eodem die Sabbati hora, quæ Patri Præſidenti videbitur opportuna, poſt prandiũ congregato Capitulo, vt ſuprà, Pater Præſidens hortabitur omnes vocales, ad electionem quatuor Diffinitorũ ritè, & prouidè faciendam. In quorum electione ſeruabitur iſte modus. Nam Scrutatores ſingulis vocalibus dabunt ſchedulam, ſeù liſtam vnam, in qua nomina omnium eorum, qui vocem paſſiuam habuerint in electione Diffinitorum, impræſſa erunt, excepto nomine illius cui liſtam dabunt, quià ſi in ea inuentum fuerit impræſſum, illud publicè detrahetur, antequam detur eidem, & ſimiliter nominibus eorum, qui in Capitulo tunc proximè præterito electi fuerunt Diffinitores, quià ipſos in Capitulo immediatè ſequenti, in Diffinitores eligi poſſe prohibemus. Quod ſimiliter de Viſitatoribus volumus obſeruari.

35 Igitur Vocales habitis huiuſmodi liſtis, conſide-

Digitized by Google

ſiderabunt eas, & deligent, ac ex illis extrahent nomina quatuor Patrum, ex ijs qui Capitulo interſunt, quos in Diffinitores eligere volent, cum hac tamen aduertentia, quod non ſint omnes ex eadem Prouincia, nec duo, aut tres, ſed vnus ex qualibet ex quatuor Prouincijs, quæ nouum Vicariū Generalem tunc non habebunt, extrahatur, quod etiam de Viſitatoribus ſeruari volumus. Quibus ſic extractis, ſchedulam cum alijs nominibus ei adhærentibus diſcerpant, & in terram proijciant. Mox vocante Secretario Congregationis, accedant ad tabulam, modo, & ordine ſupradicto in electione Patris Vicarij Generalis, & ponant in diſco, ad id præparato, quatuor nomina iam extracta, ità inter ſe complicata, vt à nullo videri poſſint. Subindè verò Scrutatores nomina ipſa in diſco inuenta calculantes, illos quatuor, quorum nomina à pluribus poſita inuenerint, notabunt in ſcriptis, & eos antiquior Scrutatorum publicè in Capitulo pronunciabit, hoc modo.

36 *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti benedicti. Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem Milleſimo ſeptingenteſimo, &c die, &c. Menſis, &c Ego Fr. N. N. de N. antiquior Scrutatorum huius Capituli, nomine meo, & nomine omnium ad quos præſens pertinet electio, eligo in Diffinitores præſentis Capituli Generalis noſtræ Congregationis, Reuerendos Patres in Chriſto, Fratrem N. N. de N. Fratrem N. N. de N. Fratrem N.N. de N. & Fratrem N. N. de N.*

b *Arg. in iuribus proximè allegat.*

37 Et tunc hi quatuor, qui electi fuerint, coram Patre Præſidente genua flectant, quos confirmabit *b* dicens ſinè nota: *Et ego Auctoritate Apoſtolica, qua fungor in hac parte, confirmo vos in Diffinitores huius*

Ca-

Capituli Generalis noſtræ Congregationis, dans vobis omnem auctoritatem, & poteſtatem, quam cæteri Diffinitores Capituli noſtri Generalis huiuſmodi, ſolent habere. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Et deoſculata manu Patris Præſidentis, ſedeant poſt Vicarium Generalem abſolutum, & alios Exvicarios Generales ſi adſint, vel aliquis eorum adſit, ordinem ſeruantes Profeſſionis, vel dignitatis eorumdem, inter ipſos Diffinitores, in noſtra Congregatione.

38 Si autem in electione Diffinitorum inueniantur aliqui æquales in vocibus, quas habuerint, illius præualebit electio, qui Profeſſionis ordine, vel dignitate in noſtra Congregatione alium, ſeù alios præceſſerit. [c] Quod ſimiliter in electione Viſitatorum volumus obſeruari.

c Regula qui Prior eſt tempore, de reg. iur. in 6. ex Concil. Cabilonen. cap. placuit. diſt. 18. ex Conc Agat. c. Epiſcoporum. diſt. 74. c. ordinationes. in fin. diſt 75. de maio. & obed. c. 1.

39 Cæterum, quià Diffinitorium Congregationis noſtræ, tempore Capituli Generalis, volumus ſaltem ex infraſcriptis perſonis integrari, ſcilicet, Patre Præſidente, Patre Vicario Generali electo, & Patre Vicario Generali abſoluto, quatuor Diffinitoribus electis, & quatuor Viſitatoribus Capituli tunc proximè præteriti. Extrà tempus verò Capituli Generalis, ex nouem ad minus componi abſolutè volumus, & mandamus, ſcilicet, Patre Vicario Generali Congregationis, quatuor Diffinitoribus, & quatuor Viſitatoribus illius triennij. Ideò ſi quem prædictorum aliquo impedimento detineri contingeret, & alio, aut alijs morte præuentis, aut aliàs abſentibus, numerus prædictus, in Diffinitorio celebrando, opportuno tempore non inueniretur, & aliàs aliquis, ſeù aliqui non adeſſent Exvicarij Generales, qui ex Diffini-

finitionibus noſtris ius habent ingrediendi Diffinitoriũ, cum quo, ſeù cum quibus, prædictus numerus impleri poſſet, tunc, & eo caſu, is qui poſt quatuor Diffinitores electos, plures alijs voces habuerit, prò Patre addito Diffinitorio pronuncietur, confirmetur, & numero aliorum, vſquè ad abſentis fortè, vel abſentium huiuſmodi aduentum, aggregetur, prædicto ordine cum alijs obſeruato.

40 Demum eligantur duo Viſitatores maiores, qui ſint religioſæ, d & circumſpectæ perſonæ. In quorum electione ſeruabitur iſte modus. Nam nullus de Corpore Diffinitorij triennij immediatè præcedentis, ſicut nec triennij tunc incipientis, ſeù quouis titulo Diffinitorio adſtans, in eo Capitulo à Vocalibus, aut à Diffinitorio in Viſitatorem eligibilis erit. Igitur Pater Præſidens congruum de Viſitatoribus eligendis ſermonem faciet. Et poſteà ſingulis vocalibus per Scrutatores dabitur vna ſchedula, ſeù liſta, in qua impræſſa ſint nomina omnium, qui poſſunt in Viſitatores eligi, & fiet ſicut factum eſt ſuprà, in electione quatuor Diffinitorum. Sed poſteà quam Scrutatores calculauerint voces, ſcribant nomina quatuor Patrum, in quos plures conuenerint, & alta, ac intelligibili voce, antiquior eorum pronunciabit hoc modo. *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti benedicti. Amen. Iſti ſunt quatuor Patres, qui habuerunt plures voces in electione Viſitatorum noſtræ Congregationis, ſcilicet Reuerendi Patres in Chriſto, Fr. N. N. de N. Fr. N. N. de N. Fr. N. N. de N. & Fr. N. N. de N.*

d *In Conc. Generali d. cap. in ſingulis. §. ordinentur.*

41 Quibus pronunciatis, ſingulis Vocalibus dabitur vna ballotula, & antiquior Scrutatorum, acceptis in manibus duabus Buſſulis, quarum vna ſit alba

alba, & alia nigra, procedet ad ballotationem ſingulorum quatuor nominatorum, incipiendo à maioribus ſecundum primogenita Profeſſionis, vel dignitatis in noſtra Congregatione, hoc modo. Nam clara voce in medio Capituli dicet.

42 *Patres vocales, nunc proponitur Reuerendus Pater in Chriſto Fr. N. N. de N. Qui veſtrum vult eum in Viſitatorem noſtræ Congregationis eligere, ponat ballotulam ſuam in Buſſula alba. Qui autem non: ponat eam in nigra.*

43 Et ordinatè præſentabit Buſſulas omnibus, incipiendo à maioribus, qui ponentes manum ſuper vtramque Buſſulam, ſucceſſiuè ballotulam ſuam ponent, in quam maluerint Buſſulam, ità quod ab alijs non cognoſcatur. Et illi duo, qui ex prædictis quatuor, habuerint plures ballotulas in Buſſula alba, electi eſſe cenſeantur. Quos antiquior Scrutatorum alta voce pronunciabit hoc modo.

44 *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti benedicti. Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo ſeptingenteſimo, &c. die, &c. Menſis, &c. Ego Fr. N. N. de N. Senior Scrutatorum huius Capituli, nomine meo, & nomine omnium, ad quos præſens ſpectat electio, eligo in Viſitatores noſtræ Congregationis Reuerendos Patres in Chriſto, Fratrem N. N. de N. & Fratrem N. N. de N.*

45 Tunc electi genua flectant coram Patre Præſidente, quos confirmabit [c] dicens: *Et ego Auctoritate Apoſtolica, mihi in hac parte commiſſa, confirmo vos in Viſitatores noſtræ Congregationis, dans vobis omnem auctoritatem, & poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus, quam cæteri Viſitatores eiuſdem Congregationis ſolent habere. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

[c] *Argu. in cap. auaritia. de elect. in 6. cap. poſtquam. cap. noſti. cap. qualiter. eo. tit. in antiq.*

 46 Præ-

46 Prætereà Diſſinitorium eliget duos alios Viſitatores, qui minores, ſeù adiuncti vocantur, vt infrà ſuo loco dicetur. Interim ſupradictis omnibus electionibus expeditis, eadem die Sabbati, nihil vlterius fiet, quod ad Capituli celebrationem pertineat, & Pater Præſidens ſoluens Capitulum dicat.

℣. *Adiutorium noſtrum, &c.*

℟. *Qui fecit, &c.* vt ſuprà.

§. *De Ordine in Diffinitorio ſeruando.*

47 Poſt Sabbatum, Dominica tertia poſt Paſcha in mane, de mandato Patris Præſidentis, omnes Priores, qui habent litteras Capitulares ſuorum Conuentuum, & alij ſimiliter habentes litteras Diffinitorio porrigendas, eas omnes iuniori ex Diffinitoribus tradant, qui eas in ſacculo colligens, Patri Præſidenti, & cæteris Diffinitorio adnumeratis fideliter præſentabit.

48 Igitur collectis litteris, & prandio iam finito, hora, quæ Patri Præſidenti videbitur opportuna, idem Pater Præſidens, vna cum cæteris de corpore, & numero Diffinitorij exiſtentibus, in loco aliquo decenti, & ſecreto collegialiter conueniant. Et omnibus genua in terram flectentibus, Pater Præſidens incipiat ſinè nota Hymnum. *Veni creator Spiritus, &c.* Et alternatim totum dicant, & in fine.

℣. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.*

℟. *Et renouabis faciem terræ.*

Deindè Pater Præſidens dicat.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Ore-

Oremus.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. *Amen.*

Oremus.

Actiones noſtras: quæſumus Domine: aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio, & operatio, à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominũ noſtrũ. ℟. *Amen.*

49 Deindè ſurgentes ad paratam ibidem tabulam, ſuper quam commodè ſcribere poſſint, & ſint ibi prò quolibet, carta, Atramentarium, & calamus ad ſcribendum aptus, hoc ordine conſedebunt, videlicet. Primò Pater Præſidens in capite menſæ, poſt eum Pater Vicarius Generalis de nouo electus, deindè Pater Vicarius Generalis abſolutus, poſteà Patres alij Exvicarij Generales ſecundum antianitatem gradus, ſubindè quatuor Diffinitores præcedenti die electi, poſteà duo Viſitatores, qui à vocalibus Capituli tunc proximè præteriti electi fuerunt, demum duo alij Viſitatores à Diffinitorio eiuſdem Capituli proximè præteriti adiuncti, iuxtà eorumdem primogenita f Profeſſionum, aut dignitatis in noſtra Congregatione, reſpectiuè conſedentes. Qui etiam eodem ordine ad partita, quæ proponentur reſpondebunt, ac in omnibus, tam in Diffinitorio, quam in communibus omnium Vocalium electionibus, & vbiquè, loca tenebunt, & vota ſua præſtabunt. Igitur conſedenti-

f *In ca. placuit. el 1. diſt. 18. c. ordinationes. el 3. diſt. 76.*

dentibus omnibus, Pater Præſidens ſurgens, dicat.

℣. *Adiutorium noſtrum, &c.*

℞. *Qui fecit, &c.*

℣. *Benedicite.* ℞. *Deus.*

℣. *Dominus nos benedicat, &c.* vt ſuprà.

50 Subindè Pater Præſidens hortabitur omnes Patres, ad Diffinitorium celebrandum ibidem congregatos, vt in omnibus, & ſingulis, in ipſo Diffinitorio per ipſos tractandis, & Diffiniendis, ſedatis [g] paſſionibus odij, amoriſquè, ac ſimultatibus depoſitis, zelum Dei, & Religionis præoculis habentes, [h] ea quæ Dei honorem, animarum ſalutem, morum correctionem, [i] regularis vitæ reformationem, & Congregationis conſeruationem, propagationemquè ipſius, & profectum in Domino concernere viderint, exequantur. Præcipuè verò, quatenus id efficere valeant, ſit eis animus in conſulendo liber, nec aliquo libidineo delectui obnoxius. Quod vt fœlicius fiat, præcipiat eis, vt ea quæ in Diffinitorio tractari, proponi, decidi, ac fieri contigerit, nulli extraneo à corpore Diffinitorij reuelent quouis modo, abſquè ipſius Diffinitorij ſpeciali commiſſione, vel licentia, & præcipuè nihil quod diuiſionis, aut diſcordiæ, vel inimicitiæ fomitem probabiliter valeat miniſtrare, ſicut ratio ipſa dictat, & charitas exigit.

g Arg. in 6. Synodo c præcipimus. diſt. 93. Hiero. ca. legimus in fi. ca.

h Arg Greg in c. dilectiſſimi. 8. q 2 c. cum terra. de elect. ca. quiſquis. c. ſacroſanct. eo. tit.

i Arg. in c. ea quæ. §. ſi verò Abbates. de ſta. reg. ex Concil. Laodic. ca non oportet. diſt. 18. ex Conc. Martini Papæ c. propter. el 2. ea.

51 In fine verò quandò collegium ſoluere, & locum Diffinitorij exire voluerint, puta ad cœnam, vel prandium, ſi fuerit de mane, ituri, Pater Præſidens ſurgens dicat.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

℞. *Qui fecit cælum, & terram.*

Quo dicto omnes recedant. Quandocumque verò

ad

ad ipſum locum deinceps, ſequentibus diebus, durante Diffinitorio, collegialiter eos congregari continget, quod fiat ſemper de mane, & poſt prandiũ, vt omnia, & ſingula quæ occurrunt, quam citius expediri poſſint. Poſtquam (vt præmiſſum eſt) ordinatè conſederint, Pater Præſidens ſurgens dicat.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit cælum, & terram.*

℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.*

Dominus nos Benedicat, &c.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus. Deus, qui corda fidelium, &c. Actiones noſtras, &c. vt ſuprà. Subindè ſedentes, ad ea quæ tunc inſtabunt exequenda procedant.

§. *De modo legendi, notandi, & reſeruandi litteras in Diffinitorio.*

52 Igitur ad ea, quæ diſponenda fuerint procedent hoc modo. Nam primò vnus ex Diffinitoribus, de Patris Præſidentis mandato, litteras omnes, ac ſingulas, tam in forma clauſa, quam patente Diffinitorio directas accipiet, & coram omnibus prædictis videntibus, & audientibus, clara voce, & diſtinctè leget. Alter autem eorum, quidquid ex litteris ipſis lectis decidendum, reſpondendumuè fuerit, in aliquo ſpeciali quinterno, qui quinternus: *Decidenda*: inſcribatur, ſeriosè notabit. In alio verò quinterno, quem: *De electionibus Priorum*: prænotabunt, ex litteris electionum Conuentuum ſingulorum, primò titulum loci, poſteà nu-

numerum vocum, quæ in electione Prioris adfuerint, demum quis in primo, quis in ſecundo, quis verò in tertio loco electus, ſeù poſtulatus fuerit, & quot eorum quiſque voces habuerit, iuxtà primogenita, & præcedentiam locorum in noſtra Cõgregatione, per ordinem adnotabit. In alio præterea quinterno, quem: *De Fratribus mutandis*: inſcribent, Fratrum petitiones circà mutationem locorum, iuxtà eumdem familiarum ordinem, ſcribant. Et ſicut ſucceſſiuè litteræ huiuſmodi lectæ fuerint, alius aliquis de Diffinitorio, eaſdem in diſtinctis filis infigat, ad finem vſquè Capituli, & Diffinitorij omnimodam ſolutionem, & quouſquè opus eſſe videbitur, reſeruandas. In vno videlicet filo, litteras electionum, ſeù poſtulationum Priorum. In alio miſſiuas Fratrum. Et in alio Sæcularium, & aliorum exterorum inſerendo.

§. *De Iudicibus cauſarum Capituli, & eorum officio.*

53 His omnibus expletis, tres peritos, & expertos Patres ex vocalibus Capituli, inſtituant Iudices [k] cauſarum omnium Capituli, tam Fratrum, quam etiam Sæcularium cum Fratribus. Qui ſingulorum cauſas audientes, ea quæ pacis ſunt, in omnes intendant, & quæ grauiora fuerint Diffinitorio referant, ipſi tantum leuiora iudicantes, & terminantes. Qui etiam litteras rationum introituum, & expenſarum, & ſtatus Conuentuum ſingulorum, & ipſorum debita, creditauè calculantes, in vno ſpeciali quinterno eorum ſummas, & reſidua deſcribentes, Diffinitorio præſentabunt. Quorum omnium copiæ Patri Vicario Generali, ac etiam Viſitatoribus tradan-

k *Arg. ex Conc. Antiochen cap. propter Eccleſiaſticas. el 1. ver. in ipſis autem Concil. diſt. 18. ex Conc. Martini Papæ c. propter Eccleſiaſt. el 2. & cap. de Concilijs. ea.*

dantur, cum originalibus libris locorum, in actu viſitationis collationandæ.

§. *De Cancellarijs, & Oſtiarijs Diffinitorij.*

54 Duos etiam, aut plures eligant Diffinitorij Cancellarios, fidos, ac prouidos, & qui ſecretũ ſeruare nouerint. Quos de ſingulis litteris nomine Diffinitorij, tam reſponſiuis, quam alijs, informabunt, ſinè mora expediendis, illud ſemper memoria retinentes, dedecus eſſe litteris non reſpondere, præcipuè Principum, ac Prælatorum, & aliorum, qui reuerentialibus ſunt reſpectibus proſequendi. Et prò aptiori rerũ expeditione duos vigiles Oſtiarios ordinabunt, quorum alter ſemper propè Oſtiũ Diffinitorij præſtò ſit, alter verò per domum citatos inquirendo, ſicut oportuerit, matura feſtinatione diſcurrat.

§. *De audientia à Diffinitorio præſtanda.*

55 Poſteà verò Priores Conuentuum ſingulorum per ordinem aduocari faciant, qui Diffinitorio referant, quæ ad eorum officium ſpectare noſcuntur. Specialiter verò inquiratur ab eis, de Conuentu, & Fratribus, quomodò religiosè vixerint, vel non, de promotione loci, & bonæ famæ, ac boni odoris apud ſæculum, præſertim poſt factam loci viſitationem. Qui Priores bono zelo, & charitate, ſuper conſcientias ſuas, aperiant omnia cum veritate, bona, & mala, ac ſi inquiſiti ſuper his fuiſſent in actu viſitationis. Referant etiam vota Fratrum ſingulorum fideliter, iuxtà quod ſuperius pręcipitur, rationem aſſignando de petitionibus eorum. Poſteà ſi opus eſſe videbitur, audiant etiam Viceſgerentes,

Digitized by Google

rentes, maximè circà Priores Conuentuum, eorum curæ commiſſorum, ſi habeant aliquid, vel prò ipſis, vel contrà ipſos, Diffinitorio exponendum. Demum audiant etiam omnes alios, ſi qui audiendi fuerint, ſeù audiri petierint, quatenus auditis, & intellectis, quæ audienda fuerint, & intelligenda; rectè poſſint omnia diffiniri.

§ *De deciſionibus, & diffinitionibus à Diffinitorio faciendis.*

56 Quibus auditis, ac diligenter examinatis, cum petitionibus Fratrum, qui remoueri petunt, etiã nomina eorum, qui ex cauſa rationabili remouendi erunt, licet ipſi non petant, in quinterno *mutandorum* ſcribantur, ſinguli ſub titulo Conuentus in quo fuerint, & cum cauſa aſſignata. Poſteà decidatur, & diffiniatur, [l] ſigillatim de omnibus, ac ſingulis litteris, quærelis, & petitionibus Diffinitorio delatis, quid in ſingulis reſpondendum, iudicandum, corrigendum, mandandum, ſtatuendum, ordinandumuè fuerit. Prætereà ſi quid iuxtà morum Fratrum, & temporum mutationes, de nouo diffiniendum, aut monendum fuerit, diffiniatur, & ea omnia ſeriosè in alio quinterno (*Deciſa*) inſcripto, conſcribantur, ſubindè in libro Congregationis tranſcribenda.

l *Arg. ex Conc. Martini Pap. d. c. propter Eccleſiaſticas. el 2. diſt. 18.*

§. *De electione Procuratoris Generalis, Socij, & Secretarij, ac duorum Viſitatorum, qui adiuncti, ſeù minores dicuntur.*

57 Deindè proponente Patre Præſidente, per ſecreta ſuffragia, ſeù ballotulas, eo modo, quo infrà, de inſtitutione Priorum dicetur, eligantur infra-

fra-

ſraſcripti Congregationis noſtræ Officiales, ſcilicet, Procurator Generalis in Curia Romana, Socius Patris Vicarij Generalis, & Secretarius eiuſdem. Eligantur etiam duo Viſitatores, qui adiuncti, ſeù minores dicuntur. Quibus electis, duo Viſitatores à Vocalibus electi, qui maiores appellantur, cum his duobus per Diffinitorium electis, cum litteris Patentibus Patris Vicarij Generalis, bini aſſociati, duo ſcilicet eorum, vnus maior, & alter minor, ex vna parte, & duo alij, ex altera parte, ſuo tempore incipientes, omnia, & ſingula loca noſtræ Congregationis, in ſuis reſpectiuè litteris patentibus ipſis deſcripta, iuxtà præfixam eis, tum ſacrorum Canonum, tum noſtræ Congregationis Conſtitutionum, ac Diffinitionum formam, ſtudeant viſitare, corrigentes, [m] & reformantes ea omnia, quæ correctionis, & reformationis auxilio viderint indigere.

m *In Conc. Generali d. cap. in ſingulis. §. ordinētur. de ſtat. reg. & cap. ea. qua §. porrò. eo. tit.*

§. De inſtitutione Priorum, & Familiarum diſpoſitione.

58 Subindè verò ad inſtitutionem Priorum localium, matura diligentia, procedatur, nam licet omnia maturè debeant Præſidens, & Diffinitores determinare, ſpeciali nihilominus, ac præcipua diligentia Priorum inſtitutio facienda eſt, quibus ex officio animarum cura committitur, quæ eſt ars [n] artium, & nihil eſt quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quam quod ad curam animarũ aſſumantur indigni.[o] Et licet per has noſtras Conſtitutiones [p] concedatur eiſdem, quod poſſint de aliquo etiam à Conuentu non electo, nec poſtulato (ſi eis videbitur) prouidere; conceſſa tamen ſibi poteſtate adeò modeſtè

n *In Conc. Gen. cap. cum ſit ars. de æta. & qual. 8. q. 1. Aug. c. qui Epiſcopatũ. Griſoſt. c. multi. di. 40. Aug. ca. antè omnia. ea.*

o *Verba ſunt Conc Gener. in cap nihil eſt. in princ. de elect.*

p *Aug. c. nemo. di. 83. in ca. 28.*

 vtan-

Digitized by Google

vtantur, vt talem ſiuè à Conuentu electus, aut poſtulatus fuerit, ſiuè non, præficere ſtudeant in Priorem, qui ſit bonæ famæ, & quem *q* ætatis maturitas, & morum grauitas, ac ſufficiens litterarum peritia commendent, & qui ſit Congregationis zelator, *r* & promotor manifeſtè. Caueantquè diligenter Præſidens, & Diffinitores, quorum eſt communibus vtilitatibus Congregationis prò locorum exigentia prouidere, *ſ* nè Dei timore, & Religionis amore (quod abſit) poſtpoſitis, quos *t* corrigere debent præficiant, & honorent, aut deprimant quos prò meritis conuenit honorari. Non bonæ autem famæ eum eſſe intelligimus, qui ſinè ſatisfactione, aut emendatione longi temporis, de aliquo vitio, ſeù peccato graui, confeſſus fuerit, vel conuictus, aut communiter infamatus. Deindè etiam ad familiarum inſtitutionem, & Fratrum mutationes, cum ſana maturitate procedant, & vnicuique Conuentui noſtræ Congregationis de numero, & idoneitate Fratrum prouideant reſpectiuè, prout ſtatui Congregationis, ac Fratrum ſaluti ſecundum Deum viderint expedire. Ità tamen, quod ad minus quatuor Sacerdotes in quolibet loco deputentur, & niſi ex magna, & ineuitabili neceſſitate, mutationes Fratrum infrà annum nullatenus fiant.

q *In Conc. Later. cap. cum in cunctis. de elect. ca. cum ſit ars. de æta. & qual c. licet. in princ. de elect. in 6. c. ſtatuimus. diſt. 61.*

r *Argu. de ſta. reg. cap. cum ad Monaſteriũ. §. Prior.*

ſ *Arg. ex Conc. Gener. c aduerſus. de immu.*

t *Arg. in ca. ad aures. de temp. ordi. ca. ſtatuimus. di. 61. ca. Monachos. 16. q. 1.*

59 Igitur ad Priorum inſtitutionem procedant hoc modo. Nam Pater Præſidens legat ſigillatim, quę notata fuerint de electionibus Priorum in quinterno de electionibus ipſorum, incipiendo à Conuentu S. Auguſtini Cremæ, primo noſtræ Congregationis loco. Quibus lectis, incipiant ballotare eum, qui in primo loco fuerit, hoc modo. Nam qui vltimus in Diffinitorio fuerit, dabit vnicuiquè

ballo-

Digitized by Google

ballotulam vnam ex panno conſutam, vnamquè ſibi ſeruabit, & proponet duas Buſſulas, quarum vna ſit alba, & altera nigra, dicetquè: *Qui vult* [u] *eligere iſtum in Priorem talis loci, ponat ballotulam ſuam in Buſſula alba: qui verò non vult eum eligere, ponat eam in nigra.*

u *Arg. in cap. cum terra, & ca. quiſquis. de elect.*

60 Et incipiendo à Patre Præſidente, per ordinem ſinguli ponant manum ſuper vtramquè Buſſulam, & abſconditè relinquant ballotulam ſuam in quam voluerint. Quod ſi maior pars in Buſſula alba conuenerit, is electus eſſe cenſeatur, ſin autem, is qui in ſecundo loco poſtulatus fuerit, ſimili modo ballotetur. Quod ſi nec ſecundus electus, fuerit, is qui in tertio loco poſtulatus fuerit ſimiliter ballotetur. Et ſi fortè nec qui in tertio fuerit eligeretur, Pater Præſidens alium, & alium proponat, quouſquè prouiſum fuerit de Priore talis loci. Et ſic ad ſingulorum Priorum inſtitutionem eodem modo procedatur per ordinem, iuxtà primogenita locorum quoad erectionem, vel reformationem in noſtra Congregatione, aut quoad prerogatiuam fortè ex gratia Diffinitorij conceſſam. Et inſtitutionibus huiuſmodi non obſtantibus, Priores locorum, eadem qua prius Prioratus ſui auctoritate fungi, locumquè ſuum tenere poſſe, ac debere declaramus, quouſquè inſtitutiones nouæ fuerint ſolemniter publicatæ.

61 Omnibus itaquè Prioribus electis, eodem ordine ſingulorum locorum familias aſſignabunt. Et vbi cōtigerit Fratrem aliquem ex aliena familia anni, ſeù Capituli præteriti collocari, in margine contrà nomen Fratris, ſcribatur ex tali Conuentu, quod in libro Congregationis ſimiliter obſeruetur,

qua-

quatenus ſi opus fuerit, facilius inueniri poſſit, de cuius familia fuerit anno præcedenti. In deſcriptione verò familiarum, primò ſcribantur Sacerdotes, ſecundò Clerici, tertiò Nouitij ſi ibi fuerint, quartò Conuerſi, & vltimò Commiſſi. Et inter ipſos reſpectiuè ſeruetur ordo profeſſionis, ſeù dignitatis in noſtra Congregatione, & ſcribantur tituli ordinum, & officiorum ipſorum, videlicet, ſi fuerint Lectores, Prædicatores, vel Confeſſores, aut vtrumquè, & de Clericis, an Diaconi, vel Subdiaconi, vel in minoribus tantum conſtituti.

§. *De electione Vicariorum localium, ac Priorum, Prædicatorum, & Confeſſorum promotione.*

62 Facta diſpoſitione omnium familiarum Congregationis, inſtituantur Vicarij Conuentuum ſingulorum, eodem locorum ordine ſeruato. Inſtituantur etiam Sacriſta, & Procurator Conuentus noſtri Sanctæ Mariæ de Populo Romæ. Demum eligantur Examinatores ſingularum Prouinciarum noſtræ Congregationis. Et ſi qui fuerint de nouo ad Prioratus gradum, vel ad audientiam Confeſſionum; aut ad Prædicationem verbi Dei promouendi, iuxtà formam Conſtitutionum, ac Diffinitionum noſtrarum promoueantur. Similiter ſi qui fuerint, qui Lecturæ, aut Prædicationis tempus, à Diffinitionibus noſtris præfixum, laudabiliter compleuerint, priuilegio ſibi debito, iuxtà eaſdem Diffinitiones decorentur. Si verò (quod abſit) aliquis, vel aliqui fuerint incorrigibiles, à Congregatione noſtra, nè contagione peſtifera cæteros perdant, eijciendi, & proijciendi, x eligantur ſex Patres, qui cum Patre Vicario Generali, iuxtà formam Apo-

x Aug. in Regula. & c. relatum. nè Cleri. vel Mona.

Apoſtolicorum Decretorum Vrbani VIII. & Innocentij XII. cum magna diligentia, & charitate id exequantur. Locum *y* etiam futuri Capituli Generalis noſtræ Congregationis celebrandi, determinent, & in eodem quinterno deſcribant. Aduertantquè diligenter, nè quid diffiniendum, indiffinitum relinquant, quatenus omnibus ritè ordinatis, Congregatio tota, ſaltem vſquè ad primum Diffinitorium, ſeù Diætam, quæ poſt completum primum annum celebrabitur, quieſcere valeat in ſancta Pace.

y In Conc. Generali c. in ſingulis. §. prouiſo. de ſta. reg.

§. *De Benefactorum viuorum recommendatione, & ſuffragijs iniungendis.*

63 Expeditis omnibus, quæ ad Diffinitorium pertinebant, hora, quæ Patri Præſidenti videbitur opportuna, congregari faciat Capitulum, ſono Campanæ præmiſſo, vt ſuprà. Ad quod omnes, tam vocales, quam cæteri omnes, matura feſtinatione, conueniant. Quibus ordinatè congregatis, Pater Præſidens dicat.

℣. *Adiutorium noſtrum, &c.*

℟. *Qui fecit Cælum, &c.*

℣. *Benedicite.* ℟ *Deus.*

Dominus nos benedicat, &c. vt ſuprà.

Deindè clara voce dicat. *Recitentur noſtræ Congregationis, & ſingulorum Conuentuum ipſius, Benefactores viui.*

64 Tunc Pater Vicarius Generalis electus, & vt præmiſſum eſt, confirmatus aſsurgens, Summum Pontificem *z* prò tempore exiſtentem: Eminentiſſimos Cardinales, & præcipuè Eminentiſſimum Cardinalem Protectorem, ac Priorem Generalem no-

z Arg. in ca ſi Papa. diſt. 40.

noſtri Ordinis: Epiſcopos Ordinarios locorum, in quibus domos, & Monaſteria noſtræ Congregationis exiſtunt: Sereniſſimum Imperatorem: Reges, Duces, & alios Principes, ac Vniuerſitates fidelium, cum iuſtitia regentes, præcipuè verò Ordini noſtro, & Congregationi fauentes, orationibus omnium Fratrum noſtrorum recommendabit, ſpecialia etiam beneficia, ſi quæ eo triennio contulerint referendo.

65 Subindè ad monitionem Patris Præſidentis, quilibet Prior Monaſterij ſui benefactores a ſpeciales, & beneficia, quæ ſpecialiter ab eis acceperit eo triennio, commemorando per ordinem, ſicut de Defunctis fecerunt, recommendabit.

a *Arg. in c. ipſi Sacerdotes. 1. q. 1.*

66 Prò quibus Pater Præſidens omnibus Conuentibus in genere, & cuilibet Priori, & alijs Fratribus noſtræ Congregationis in ſpecie, Miſſas, Pſalmodias, & alias orationes iniungat, præcipuè verò dicat.

67 *Quilibet Prior in Conuentu ſuo, cum ad locum peruenerit, Miſſam vnam prò Defunctis Fratribus, Sororibus, Familiaribus, Confratribus, & Benefactoribus noſtræ Congregationis, & aliam de Spiritu Sancto prò Benefactoribus viuis decantari faciat, & quilibet Sacerdos, illis reſpectiuè diebus, oret in Miſſa prò eiſdẽ. Quilibet verò Clericus ſeptem Pſalmos Pænitentiales cum Litanijs, & Precibus prò viuis dicat, & totum Officium Defunctorum prò Defunctis. Et quilibet Conuerſus, ac Commiſſus ſuum Officium Defunctorum prò Defunctis, & ſuum Officium B. Virginis prò Benefactoribus viuis deuotè dicat.*

68 Et alia iniunget, ſicut prò caſuum exigentia, diſcretioni ſuæ viſum fuerit opportunum, prò viuis, & prò

& prò Defunctis à principio commemoratis. Quibus expletis omnes ſurgant, & ſtantibus omnibus in locis ſuis, Cantor incipiat ſinè nota Pſalmum: *Ad te leuaui oculos meos, &c.* cum *Gloria Patri, &c.* Deindè Pater Præſidens dicat.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos à malo.*

℣. *Saluos fac ſeruos tuos, & Ancillas tuas.*

℟. *Deus meus ſperantes in te.*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

PRætende Domine fidelibus famulis, & famulabus tuis dexteram cæleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant, & quæ dignè poſtulant, conſequi mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

§. *Quomodò agatur de culpis generaliter, & Priores officio ſuo renunciare debeant.*

69 Poſteà, vel tunc immediatè, vel alia hora, quæ videbitur opportuna, agatur de culpis generaliter coram Patre Præſidente, & Priores ſigillatim officio Prioratus, in manibus Patris Præſidentis ſigillum præſentantes, ſimpliciter renunciabunt. Quæ ſigilla Pater Præſidens acceptando, & eoſdem ab officio Prioratus abſoluendo, ᵒ dicat ſingulariter.

b *Quià Regulares facilius poſſunt à ſuis adminiſtrationibus amoueri. ca. qualiter, & quandò el 2. §. hunc tamen ordinē. de accuſ.*

70 *Et ego auctoritate Apoſtolica, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & abſoluo te*

Digitized by Google

ab officio Prioratus Conuentus noſtri S. N. N. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Et ſic de ſingulis ſuo modo reſpectiuè fiat. Et Pater Præſidens iuxtà culparum exigentiam, & ſtatuta noſtræ Congregationis, ſingulis pœnitentiam iniungat, nec vlli quidem parcat.

§. *Quomodò omnia, quæ in Diffinitorio diſpoſita fuerint, publicè legantur.*

71 His omnibus ritè peractis, ſiuè tunc, ſiuè alia hora, quæ competere videbitur, Pater Præſidens omnibus tam vocalibus, quam cæteris capitulariter congregatis, hortabitur eos, vt diſpoſitiones Capituli, prompta, ac ſimplici obedientia, ſinè contradictione excipiant, & eas humiliter ſtudeant adimplere. Præcipuè verò Priores hortetur, quatenus in moribus, ac regimine, iuxtà noſtræ Congregationis inſtituta, ſtudeant eſſe cõformes. [c] Demum legantur Diffinitiones, ſi quæ factæ fuerint, & Priorum ac familiarum diſpoſitiones, omniaquè, & ſingula in eodem Capitulo acta. Cum autem pronunciatum fuerit, quem Priorem conſtituerint Conuentus V. G. Sancti Auguſtini Cremæ, is qui nominatus fuerit, ſtatim [d] ſurgat, & coram Patre Præſidente genua humiliter in terram flectat. Cui Pater Præſidens ſigillum illius Conuentus tradens in manibus, ipſum in officio Prioratus confirmabit, [e] dicens hæc verba.

c *Arg. ex Conc. Gerundin. c. inſtitutio. de conſ. diſt. 1. ex Conc. Bracar. c. placuit. ex Concil. Toletan. ca. de his. diſt. 12.*

d *Arg. in cap. quam ſit. §. cæterum. de elect. in 6.*

e *Arg. in c. cupientes. de elect. in 6. & d. cap. quam ſit. §. cæterum. eo. tit. & d. ca. qualiter. c. poſtquã. c. noſti. eo. tit. in antiq.*

72 *Et ego auctoritate Apoſtolica, qua fungor in hac parte, confirmo te in Priorem Conuentus noſtri Sancti Auguſtini Cremæ, dans tibi omnem auctoritatem, & poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus, quam cæteri Priores dicti Conuentus ſolent habere. In nomine*

Pa-

Digitized by Google

Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Et Prior deoſculata manu Patris Præſidentis, ſigillum accipiat, & ad locum ſuum accedat, & ſucceſſiuè legatur familia, eodemquè modo de cæteris Prioribus fiat ordinatè.

73 Quibus finitis, Cantores ad medium Capituli accedentes, flexis genibus, incipiant alta voce in nota Hymnum. *Te Deum laudamus, &c.* quem cæteri omnes proſequantur. Et dum cantatur Hymnus, omnes ſe bini, & bini ad titulum Capituli inclinantes, procedant ad Eccleſiam, & omnes Campanæ pulſentur. Quibus peruentis, & finito Hymno, Pater Præſidens ſtans in medio coram Altari maiore, dicat in nota alta voce.

℣. *Saluos fac ſeruos tuos.*

℟. *Deus meus ſperantes in te.*

℣. *Mitte eis Domine auxilium de ſancto.*

℟. *Et de Sion tuere eos.*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

ADeſto ſupplicationibus noſtris Omnipotens Deus, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone: vt inter omnes viæ, ac vitæ huius varietates, tuo ſemper protegantur auxilio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen*

74 Deindè Pater Præſidens, & Pater Vicarius Generalis conſedeant, & cæteri omnes genibus flexis dicant. *Confiteor Deo Omnipotenti, &c* Poſteà Pater Vicarius Generalis, aut Pater Præſidens, de ipſius commiſſione, & auctoritate, dicat.

Miſereatur veſtri Omnipotens Deus, &c.
Indulgentiam abſolutionem, &c.

75 *Dominus noſter Ieſus Chriſtus vos abſoluat: Et ego auctoritate, qua vigore indulti Apoſtolici fungor in hac parte, abſoluo vos à vinculo excommunicationis maioris, & minoris, ſi quam, vel quas incurriſtis, & à participatione cum excõmunicatis, & reſtituo vos Sanctis Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

76 *Eadem auctoritate, abſoluo vos à ſententia ſuſpenſionis, & interdicti, & diſpenſo vobiſcum ſuper macula irregularitatis, ſi quam, vel quas fortè contraxiſtis, & habilito vos executioni, & ſuſceptioni Ordinum, & officiorum Sanctæ Matris Eccleſiæ, & noſtræ Congregationis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

77 *Eadem auctoritate, abſoluo vos à communibus tranſgreſsionibus Regulæ, Conſtitutionum, & Diffinitionum noſtrarum, ac præceptorum Superiorum veſtrorum, & à pœnitentijs neglectis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

78 *Eadem auctoritate concedo vobis licentiam, vt eligere poſsitis vobis Confeſſorem idoneum, & approbatum de noſtra Congregatione, qui vos abſoluere valeat in foro conſcientiæ, quemadmodum ego ipſe præſtare poſſem. Hocquè ſemel tantum infrà Pentecoſtem, quoad eos, qui nunc Capitulo Generali præſentes ſunt; quoad abſentes verò infrà quindecim dies, poſtquam hoc ſciuerint, proximè futuros. In nomine Patris, &c.*

79 Præterea ſtatuat vnicuique decem milliaria prò ſingulo die, infrà quod tempus, quilibet ad locum ſuæ obedientiæ debeat peruenire, videlicet, qui decem milliaribus à loco ſuo diſtat, infrà diem

vnum naturalem, qui per viginti, in duobus diebus, qui per triginta, in tribus diebus debeat perueniſſe, & ſic vltrà.

80 Demum Pater Præſidens poteſtatem ſibi, ac Diffinitorio reſeruabit, hoc modo pronunciando clara voce, videlicet: *Reſeruamus nobis auctoritatem, & poteſtatem determinandi, diffiniendi, ſtatuendi, reformandi, corrigendi, & emendandi: nec non mutandi, aut confirmandi quæcumque geſta ſunt, quamdiù nos, & Diffinitores omnes ſimul erimus.*

81 Vltimo tandem loco, expeditis, & completis omnibus, Pater Præſidens, aut Pater Vicarius Generalis omnibus benedicat dicens: *Pax, & benedictio Dei Patris Omnipotentis, & Filij eius Domini noſtri, Ieſu Chriſti, & Spiritus Sancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper vobiſcum. Amen.* Et ſtatim ſoluat Capitulum dicens.

℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.*

℟. *Qui fecit cælum, & terram.*

Quo dicto omnes cum gaudio, & in pace recedant.

§. *Quomodò litteræ Diffinitorio delatæ reſeruentur, vel comburantur.*

82 Omnibus itaquè ritè diſpoſitis, & terminatis, antequam Diffinitorium omninò ſoluatur, litteræ omnes, quæ Diffinitorio delatæ fuerunt, in ſuis filis infixæ, producantur in medium. Inter quas ſi fuerint litteræ aliquæ Apoſtolicæ, aut Eminentiſſimi Domini Protectoris, vel Reuerendiſſimi Patris Prioris Generalis Ordinis noſtri, ſeù aliorum Prælatorum, aut Principum, vel Vniuerſitatum, vel alicuius etiam perſonæ priuatæ, quæ ad futura porrigantur, aut quæ commodum Ordinis, vel noſtræ

Con-

Digitized by Google

Congregationis concernere, ſeù aliàs memoria dignæ eſſe videantur, in Archiuio Procuratoris Generalis in Conuentu Sanctæ Mariæ de Populo Vrbis reſeruentur, aut in libro Congregationis registrentur, ſicut viſum fuerit expedire, cæteræ autem omnes igne comburantur.

§. *De litteris patentibus Patris Vicarÿ Generalis, de inſtitutione Prioris, & familiæ, ſingulis Prioribus dandis.*

83 Priores verò antequam à loco celebrati Capituli Generalis huiuſmodi recedant, litteras [f] habeant à Patre Vicario Generali Congregationis in forma patente, ſigilli maioris Congregationis impræſſione, & manus propriæ eiuſdem Patris Vicarij Generalis ſubſcriptione munitas, in quibus proæmium diſpoſitionum Capituli conſuetum, & omnes Diffinitiones, ſi quæ in eodem Capitulo factæ ſunt, nec non Prioris, ac Fratrum familiæ ſui Conuentus diſpoſitiones, tam quoad remotos, quam quoad de nouo inſtitutos de familia, cum eorum nominibus, cognominibus, ordinibus, officijs, & dignitatibus, diſtinctè contineantur. Quas cum ad locum ſuum peruenerint, Vicarius, qui in loco fuerit, congregato Capitulo omnium Fratrum, qui tunc in loco [g] fuerint, legi faciat. Et lecta inſtitutione Prioris, eum ad titulum Capituli deductum intronizabit, & manum in ſignum obedientiæ, & reuerentiæ ipſe Vicarius, ac ſubindè cæteri omnes ordinatè Priori deoſculabuntur. Dabitur etiam ſingulis Prioribus, antequam à loco Capituli recedant, vna ſchedula, ſeù liſta impræſſa, cum nominibus omnium Fratrum, qui in elapſo triennio diem ſuum

[f] *In Extrauag. iniunctæ. de elec.*

[g] *Arg. ex Conc. Toleta. cap. de cernimus. di. 18.*

Digitized by Google

ſuum obierunt, *h* vt cum in Conuentu ſuo fuerint, conſuetis eos Congregationis ſuffragijs iuuare poſſint.

h Arg. Aug. de cura agenda prò mortuis. ca. non æſtimer. us. 13. q. 2. Hiero. c. in præſenti §. verum. & 6. cap. ſeq ea. quaſt. & cauſa.

§. *De Diæta celebranda poſt completum primum annum.*

84 Completo primo anno poſt celebrationem Capituli Generalis noſtræ Congregationis, Pater Vicarius Generalis, in loco ſibi bene viſo, Diffinitorium conuocabit ad Diætam celebrandam, vt aliquibus negotijs, & caſibus, ac alijs neceſſitatibus, quæ ſemper occurrunt, commodius prouideri poſſit. Porrò ad celebrationem Diætæ ità procedatur, nam Sabbato ante Dominicam in qua Diæta ipſa celebranda erit, poſt primam, Pater Vicarius Generalis Miſsã de Spiritu Sancto deuote celebrabit, ſinè Gloria tamen, & Credo, cum duabus collectis, vna de Officio currenti, alia de B. Virgine, & omnes de corpore Diffinitorij ipſa die de Spiritu Sancto Miſſàm celebrabunt, vel ſaltem cõmunicare non omittent, qui fortè celebrare non poterunt, & ſic ad negotia expedienda diligenter, & maturè procedent.

85 Diffinitorium autem Diætæ, quod eamdem omninò auctoritatem habet, ac Diffinitorium Capituli Generalis, ex infraſcriptis perſonis conſtabit, ſcilicet, Patre Vicario Generali, Patribus Exvicarijs Generalibus, ſi accedere voluerint, vel aliquis eorum accedere voluerit, quatuor Diffinitoribus, & quatuor Viſitatoribus Capituli Generalis anno præterito celebrati, ità vt ſaltem ex nouem perſonis conſtet, ſcilicet Patre Vicario Generali, quatuor Diffinitoribus, & quatuor Viſitatoribus ſupradictis.

Digitized by Google

dictis. Præſidens verò in Diffinitorio Diætæ ſemper erit Pater Vicarius Generalis, vel aliquis alius de mandato, & auctoritate illius, ſi fortè ipſe legitimo impedimento detentus, ad Diætam accedere non poſſet.

De Officio, & auctoritate Patris Vicarij Generalis Congregationis, & prò quibus caſibus abſoluatur. Cap. 31.

1 VIcario Generali noſtræ Congregationis Fratres tanquam vero Patri, & Paſtori, cui [a] cura, regimen, & adminiſtratio, viſitatioquè, & correctio totius noſtræ Congregationis credita ſunt, omnes obediant, & debitam ſubiectionem, & reuerentiam eidem cum deuotione, vbiquè locorum exhibeant. Officium autem eius eſt, loca Congregationis, non ſolum ſemel, [b] ſed [c] quotieſcumquè opus ſibi videbitur, perſonaliter viſitare, & in eis corrigere, [d] ac reformare, quæ ſecundum Regulam Beatiſſimi Patris noſtri Auguſtini, & inſtituta Congregationis, inuenerit corrigenda, & reformanda. Ad eum namquè pertinet Priores locales infrà annum canonicè electos confirmare, & ab officio abſoluere, ſi ſecundum inſtituta Congregationis, caſus emerſerit abſoluendi, & ſi Viſitatores Congregationis, antè tempus ſuæ viſitationis, vnus, vel ambo deceſſerint, ſeù aliquo iuſto, & rationabili impedimento detenti viſitare non poterunt, Pater Vicarius Generalis, & Diffinitores præcedentis Capituli, qui commodè haberi poterunt, alium, vel alios loco eorum inſtituant. [e] Et ſi (quod Deus auertat) Fratres aliqua Eccleſiaſtica

a *Vt in Bulla Leonis Papæ X. quæ vulgò Mare magnus nuncupatur.*

b *Arg. ex Conc. Taraconen. cap. decernimus. 10. q. 1. ex Concil. Tolet. cap. Epiſcopum. ea.*

c *Arg. ex Conc. Aurel. cap. non ſemel. 18. q. 2. c. viſitandi. ea.*

d *Arg. in Conc. Gen. c. in ſingulis. §. ordinentur. de ſta. reg. cap. ea quæ. in prin. eo. tit.*

e *Arg. ex Conc. Aurel. c. Epiſcopum. 10. q. 1. ex Conc. Taraconen. c. decrenimus. ea.*

ſtica cenſura illaqueari contingeret, iuxtà Sedis Apoſtolicæ indulta, eos abſoluere, & cum ijſdem ſuper irregularitatis, & inhabilitationis maculis diſpenſare, eoſdemquè, quandò expedire iudicauerit, habilitare poterit.

2 Volumus etiam quod Fratres, qui ſunt ad ſacros Ordines, ſecundum inſtituta Congregationis promouendi, de expreſſa licentia [f] Patris Vicarij Generalis ordinentur.

3 Nullum Fratrem à noſtra Cõgregatione, quauis auctoritate licentiatum, nec aliquem alium à noſtra Congregatione extraneum, in ipſa Congregatione vllo modo recipiat.

4 Facta verò Viſitatione omnium Cõuentuum Congregationis, & quotieſcumquè extrà viſitationẽ erit, in aliquo loco ſe manſurum conſtituat, vt ſciant Fratres Congregationis, vbi eum inuenire poſſint, ſi cauſa requirendi contigerit. Si tamen Fratres ad eum venire prò leui, & quaſi nulla cauſa cognouerit, ſic venientes puniat, vt detur alijs exemplum, & timor, [g] non ſic faciliter veniendi ad eum. Fratres autem de loco ad locum mutare, [h] aut mittere, ſinè manifeſta, & euidenti neceſſitate non debet.

5 Eundi ad Capitulum nulli Fratri licentiam concedat, niſi forſitan aliquis iuſtam, & manifeſtam cauſam habeat, propter quam id ſibi neceſſariò præuiderit concedendum.

6 Si autem extrà Congregationem, aut ad ipſius Congregationis extrema loca eum ire contigerit, vnum de Patribus eiuſdem Congregationis, diſcre-

Ii tum,

f *Arg. ex Conc. General. Lugd. c. eos. & c. nullus. de temp. ord. in 6. c. ad aures. eo tit. in antiq. cle. nè in agro. §. ad ampliationẽ. de ſta. reg. ex Conc. Agat. c. Monachi el 1. 16. q. 1. ex Cõc. Hilerden. c. cum prò vtilitate. ea. ex Conc. Cartag. 5. c. ſi quis. di. 58. Greg. in c. nullus. ea. ex Conc. Tolet. 11. ca. quamquam. diſt. 23.*

g *Arg. in c. iuſtũ eſt. 23 q. 3. c. loci. prius prin. 35. q. 9. c. peruenit. el 2. in fi. di. 93. c. ea quæ. §. ſi verò. de ſta. reg. ca. quapropter. 2. q. 7. arg. à con. ſen. ca vt Clericor. §. nè verò. ver. facilitas veniæ. de vita, & honeſt.*

h *Arg. in c. multi §. quicumq; diſt. 40. Greg. c. nouit. di 12. argu. c. nouit. §. attendentes. nè ſede vac. item in c. nè religioſi. in prin. de reg. cap. vt periculoſa. nè cle. vel Mon. in 6. cle. nè in agro. §. eorum. ver. Prælatis eorum. de ſtat. reg. c. Epiſcopus diſt. 72.*

tum, & expertum, ſcientem ſufficienter loqui latinum, Viceſgerentem [i] in ipſa Congregatione, aut plures in diuerſis ipſius Congregationis partibus, per ſuas patentes litteras inſtituat, & relinquat. Similiter ſi vltrà Montes Appeninos etiam intrà Congregationem ipſam iuerit, Viceſgerentem iuxtà præfixam formam in Lombardia inſtituat. Quod ſi omiſerit, tunc ipſius Vicarij Generalis præceſſor proximior ex ſuperſtitibus, qui tunc in partibus Lombardiæ erit, quouſquè ad Congregationem, & citrà Montes prædictos redierit, ipſius Viceſgerens, cum omni auctoritate ſua eſſe cenſeatur.

i Arg. in c. valdè neceſſarium. diſt. 94. & cap. nobiliſſimus. di. 97. & ex Conc. Tarraconen. ca. decreuimus. ex Conc. Tolet. c. Epiſcop. 10. q. 1.

7 In impoſitis quidem pœnitentijs, & obſeruandis ordinationibus, in omnibus, & ſingulis plenā auctoritatem habeat diſpenſandi. Faciat tamen Conſtitutiones Congregationis, quæ diſpenſationem prohibent, ſecundum quod ſuæ prouidentiæ videbitur, inuiolabiliter ab omnibus obſeruari. Cum leges condere, & non obſeruare, non aliud ſit, quam ordinem deludere, & Fratrum animas illaqueare.

8 Vicarius ergò Generalis, de cuius prouidentia, & fidelitate Congregatio confiſa, ſui curam, adminiſtrationem, & regimen eius diſcretioni, & fidelitati committit, inter cætera ad augumentationem [k] ſibi commiſſæ Congregationis, & locorum promotionem, ſolicitè, & attentè vigilare debet, & ad hoc prò poſſe laborare, nec non Priores, & alios Fratres ad id inceſſanter inducere. [l] Moneat inſuper Fratres cū Sæcularibus, & Religioſis alterius profeſſionis modeſtè loqui, & eiſdem honorem, ac reuerentiam debitam exhibere, & interius pariter, ac exterius modeſtè cum omnibus conuerſari.

k Clem. nè in agro. §. ad ampliationē. de ſta. reg. c. cū ad Monaſter. §. Abbas eo. tit. in antiq.

l Arg. in ca. ridiculum eſt. di. 12.

Ha-

Digitized by Google

Habeat quoquè Vicarius Generalis Conſtitutiones, quas obſeruet, & cæteros ad illarum obſeruantiam efficaciter inducat. [m] Legem [n] enim quam non didicit Prælatus obſeruare, non poteſt alios ſinè legis errore docere.

9 Statuimus etiam, vt qui Vicario Generali Congregationis, per duos dies, ac noctes integras obſtinatus, recuſauerit [o] obedire, voce careat per triennium, & per menſem pœnæ ſubiaceat grauioris culpæ.

10 Si autem Vicarius Generalis, Dei timore poſtpoſito, ità ſe habeat, quod non ſit amplius in ipſo Vicariatus Generalis officio ſuſtinendus, prò eo fortè quod irreligiosè viuit, abſoluatur. [p]

11 Occurrente autem infrà triennium obitu, vel alio canonico impedimento Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis, prò tempore exiſtentis, cura, & regimen ipſius Cõgregationis, & Fratrum eius, in tali caſu, ad illius immediatum in Vicariatus Generalis officio præceſſorem ſuperſtitem, & eo non ſtante, ad illi proximum pleno [q] iure pertineat. Ipſis autem Exvicarijs omnibus Generalibus deficientibus, aut canonico impedimento detentis, antiquior Diffinitor Capituli tunc proximè præteriti, qui in eo caſu, in ſequenti Capitulo, Præſidentis munus exercere deberet, in huiuſmodi cura, & regimine immediatè ſuccedat, vſquè ad impedimenti huiuſmodi ceſſationem, vel noui Vicarij Generalis electionem, quæ modo, forma, & tempore, quo in Diffinitionibus noſtris recentioribus Rubrica 28. cap. 4. num. 3. ſtatuitur, fiat. In cura autem, & regimine Congregationis infrà triennium ſic ſuccedens, quicumque ille ſit, licet

m *De ſta. reg. c. cum ad Monaſter* §. *Prior, & Abbas.*

n *Arg. in c. cũ in magiſtrũ. de elec. & ex Conc. Hiſpalen. ca. in nona.* 16. *q.* 7.

o *Ex Conc. Milleui. c. quiſquis.* 2. *q* 6. *ex Conc. Agat. c. contumaces. di.* 50. *ex Conc. Antioch. c. ſi quis Presbit.* 11. *q.* 3. *ex Cõc. Cartag.* 3. *c. petimus.* 11. *q.* 1. *c. cum in Eccleſijs. de maior. & obed.*

p *Arg. ex Conc. Later. c. Monachi.* §. *Priores. de ſtat. reg. ca. cũ ad Monaſter.* §. *Abbas. eo. tit. c. qualiter. & quandò. el* 2. § *fi. de accu. ex Cõc. Triburien. c. ſi quis Abbas.* 18. *q.* 2.

q *Ex Indulto Apoſtolico Leonis Papæ X.*

 eam-

eamdem auctoritatem habeat, quam ipſe Pater Vicarius Generalis ſi viueret, vel ſi canonicè impeditus non eſſet, haberet, non tamen abſolutè Vicarius Generalis, ſed Provicarius Generalis nominetur.

a *In Conc. Gen. c. in ſingulis. §. ordinentur. de ſtat. reg.*

De Officio, & auctoritate Viſitatorum Congregationis. Cap. 32.

b *Arg. in c. cum in magiſtrū. de elect. c. ordinatos. diſt. 59. ca. miſerū. diſt. 61. Greg. c. ſi cuſtos. 27. q. 1. Hiero. c. ſi Cleric. 16. q. 1. ca. ea quæ. § ſi verò. in ſi. de ſtat. reg. Augu. c. Sacerdos. Grego. c. iudicet. c. in grauibus. c. poſtulantes. 2. q. 7. cap. qualis. 8. q. 1. c. cum omnes. de conſti. Aug. ca. neque. diſt. 9. c. propter illorum. de præb.*

c *Arg. ex Conc. Tarracen. c decreuimus. & ex Conc. Tolet. c. Epiſc. 10. q. 1.*

d *Arg ex Conc. Aurel. cap. non ſemel. & c. viſitandi. 18. q. 2.*

1 Viſitatores noſtræ Congregationis, cum omni maturitate, & religioſa circumſpectione, [a] commiſſum eis viſitationis officium diligenter ſtudeant exercere, ac ſolicitè caueant, nè alios viſitando, quidquam faciant, vel omittant, quod poſtmodum in eis, congrua animaduerſione, veniat corrigendum. [b] Eorum enim officium eſt, omnia, & ſingula noſtræ Congregationis loca, eis per litteras patentes Patris Vicarij Generalis deſignata, & Fratres inibi degentes, ſemel [c] in triennio, & quoties ipſe Pater Vicarius Generalis, neceſſarium, [d] & expediens eſſe iudicauerit, iuxtà præfixam eis, ſacrorum Canonum, [e] ac noſtræ Congregationis inſtitutorum formam, viſitare, corrigere, [f] & tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus reformare in omnibus, in quibus correctionis, & reformationis auxilio cognouerint indigere.

2 Et ſi contingat Viſitatores, in aliquo Conuentu ſuæ viſitationis, Patrem Vicarium Generalem inuenire. Vicarius ipſe Generalis eos nullatenus à viſi-

e *Ex Conc. Bracha. 2. ca. placuit. 10. q. 1. ex Conc. Tolet. ca Epiſcop. & ex eo. Conc. c. relata eſt. ea q. & c. relatum. ea. q. 3. c. olim. de accu. ex Conc. Later. c. cum Apoſt. de cenſibus. c. Romana. §. ſanè. & §. ſi. eo. tit. in 6. c. cum venerabiles. de cenſ.*

f *In Conc. Generali. ca. in ſingulis. §. ordinentur. & ca. ea quæ. in princip. de ſta. reg. ex Conc. Aurel. d. ca. non ſemel. 18. q. 2. d. ca. olim. de accuſ. ex Conc. Cabilonen. ca. cauendum. 10. q. 3. in Conc. Generali c. procurationes. §. porrò. de cenſibus.*

Digitized by Google

viſitatione prohibeat, nequè de eorum viſitatione ſe impediat, niſi ipſe in eo loco iam viſitationem cœpiſſet, quià in eo caſu perficiet eam. Subindè verò Viſitatores, quandò voluerint, liberè Conuentũ viſitare poterunt. Conuentum etiam in quo Patrem Vicarium Generalem, ſeù aliquem Exvicarium pariter Generalem, aut Diffinitorem aliquem, vel alium Viſitatorem de familia eſſe contigerit, Viſitatores ipſi viſitare ſimiliter poterunt, [g] prædictos tamen non iudicabunt, [h] licet de eorum vita, & moribus inquirere poſſint, & benè, malequè acta ipſorum, ſi quæ inuenerint, Diffinitorio Capituli [i] Generalis, vel Diætæ referre, quatenus prò meritis commendationem, vel iuxtà modum culpæ debitam pœnam portent. Reliquorum verò Fratrum omnium, tam Priorum, quam Subditorum culpas, ſecundum ſtatuta Congregationis punire, & corrigere non omittant, ità tamen quod in ſua viſitatione, vbiquè ſimul ire, & eſſe debeant, & quidquid ad ſuæ viſitationis ſpectat officium, tòtum mutua præſentia, deliberatione, conſilio, & conſenſu perficiant, ſecundum Congregationis ſtatuta.

3 Deſtituere [k] autem, aut inſtituere Priorem aliquem omninò non poſſint, ſed ſi expedierit, poterunt eum ab executione officij ſui ſuſpendere.

4 Sequenti igitur, vel tertia die, poſtquam ad locum peruenerint, quem ex officio ſuo viſitare debebunt, viſitationem incipiant, ſi Fratres in domo fuerint, alioquin eos expectent, ſi eis videbitur expedire. Factoquè verbi ſermone [l] in Capitulo, alter eorum nomine ſuo, & nomine alterius, omnibus, & ſingulis Fratribus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis præcipiat, vt

g *Arg. ex Conc. Gen. d. c. in ſingulis. §. ordinentur.*

h *Quia par in parem non habet imperium. c. innotuit. §. quãuis. in fi. de elec. arg. in d. c. ea quæ §. ſi verò. de ſta. reg. cap. Beatus Petrus, & c. omnes. 6. q. 1. ca. in tantum. diſt. 21.*

i *Arg. in d cap. ea quæ. §. ſi verò. addito. §. ſi.*

k *Arg. vbi ſuprà. prox. alleg.*

l *In Conc. Gen. c. procurationes. §. porrò. de cenſi & Conc. Cabilonen. ca. cauendũ. 10 q. 3. c. Romana. §. ſanè de cenſi. in 6.*

vt ipſi Fratres de omnibus ſuper quibus interrogati, aut requiſiti fuerint, puram, & apertam, remotis odio, amore, pretio, & precibus, dicant ipſis Viſitatoribus veritatem. Ergò in eadem virtute præcepti ſui, generaliter, & priuatè inquirant Viſitatores à quolibet Fratre de Priore, & de vnoquoque alio Fratre, ſcribentes, tam ea, quæ publicè, ſcilicet in Capitulo, quam ea, quæ priuatim ſibi dicta, ſeù reuelata fuerint, vt ſi forſitan caſus fuerit adeò grauis, vt neceſſe ſit quod multa habeatur deliberatio ſuper eo, aut ſi proindè oriretur contentio, habeant Viſitatores ipſi ſcripta in libello in teſtimonium, vt per ea veritas eluceſcat. Per hoc tamen non intendimus, quod in correctionibus in noſtra Congregatione faciendis, ſicut in foro contentioſo procedatur, ſed ſimpliciter, [m] & de plano, ſola rei veritate inſpecta, & Deum præ oculis habentes, ſecundum Regulæ, & Conſtitutionum, ac Diffinitionum noſtræ Congregationis tenorem, procedatur. Inhibentes, nè quis prò huiuſmodi correctionibus, aut defenſionibus, recurſum habeat ad Iuriſtas. Si quis verò à proceſſibus, ſeù viſitationibus, aut correctionibus Superiorum noſtræ Congregationis indebitè appellauerit, ex nunc prout ex tunc ſic appellantem ineptè, [n] pœnæ carceris adiudicamus, indè non liberandum, ſinè Capituli, aut Patrís Vicarij Generalis noſtræ Congregationis licentia ſpeciali.

m *Arg. in cap. qualiter, & quando. el 2. §. hunc tamen ordinem. de accu. c. per tuas. circa fi. de ſimo.*

n *In Conc. Later. c. reprehenſibilis. de appell. c. ad noſtrã. eo. tit. ſcilicet quãdo delictum eſt publicũ et notorium. c. peruenit in fi. eo. tit. niſi modum excedat. cap. de Priore. eo. tit. c. licet. de offi. ord.*

5 Poſt quam igitur inquiſitionem de omnibus, quæ ad correctionem, & emendationem Prioris, & Fratrum omnium ſpectabunt, fecerint diligenter, hora, quæ eis videbitur opportuna, Capitulum congregabunt, & ſumma cum charitate, ad

cor-

Digitized by Google

correctionem maturè procedent, ità vt pax, & charitas poſt eorum diſceſſum relinquatur in domo.

6 Viſitatores quoquè ſi aliquem ex Fratribus inuenerint enorme aliquid commiſiſſe, propter quod de loco illo, in quo illud commiſerit, ſit meritò remouendus, [o] id per ſuas litteras Patri Vicario Generali ſignificent, qui eum à Conuentu illo remoueat. Puta ſi ſuſcitauerit ſchiſmata [p] inter Fratres, aut contrà Priorem ſe malitioſè erexerit, vel extraneis ſecreta Capituli reuelauerit, ſiuè alicui perſonæ familiaritate coniunctus ſit, quam ipſe deſerere non velit, & ſinè ſcandalo tenere non poſſit, ſeù crimen aliquod graue commiſerit, per quod generauerit, aut generare potuerit ſcandalũ in populo, & ſui Conuentus, aut Fratrum loci turbare, vel impedire quietem, ac demum ſi in alijs ſimilibus, aut grauioribus caſibus inuentus fuerit deliquiſſe.

7 Addimus inſuper, quod ſi Viſitatores mali aliquid de Priore, vel de aliquo Fratre audierint, ſi peccatum ſit occultum, occultè vocetur [q] accuſatus, nõ tamen manifeſtando accuſatorem. Quod ſi accuſatus confiteatur, ſecretè [r] puniatur; ſi autem negauerit, aduocandus eſt accuſans, & ſi ipſe probare nequiuerit, [ſ] puniatur. Si verò peccatum ſit manifeſtum, manifeſtè [t] arguatur, & puniatur ſecundum inſtituta Congregationis.

8 Viſitatores etiam ſint cauti ad ſcribendum in libello, quem habent Diffinitorio præſentare, nè ex leui cauſa, ſeù ſuſpitione, aliquis iniuſtè diffametur. Teneantur [u] tamen ipſi Viſitatores in omnibus

o *Arg. in c. ex qua. §. porro in fi. addito. §. fi. de ſta. reg arg. in ca. valet. di. 81.*

p *Arg. ex Conc. Cartag. 4. cap. ſeditionarios. et ex eo. Con. cap. Cler. di 46. ex 8. Synodo. c. ſi quis Monachus. et ex eo. c. Alienus. c. nequè ad Can. ex Conc. Cart. c. diſcordãtes. ex Conc. Cart. 4. c. diſſidentes. & 4. c. ſeq. di. 90. c. hoc habet. §. ecce. diſt. 46.*

q *Arg. c. relatum. 5. q. 2.*

r *Aug. in regu. & Aug. in memoranda doctri. c. ſi peccauerit. 2. q. 1. Ambr. c. ſi quis poteſt. 23. q. 4. c. Presb. 15. q. 5. ca. inquiſitionis de accu.*

ſ *Arg. ex Conc. Cartag. 4. c. accuſatores. di. 46. & ca. omnis. ca. qui iuxtà 5. q. 6. c. accuſ. de adul. c. calumniator. c. ſi quis circà c. ſi quis Epiſcoporum. 2. q. 3*

t *Aug. in regu. & Aug in doctr. nunquã obliuioni tradenda Prælatis. d. c. ſi peccauerit. circà med 2. q. . d. c. Presb. in fi. 15. q. 5 c. manifeſta. de pœn. & remiſſ. c. ego Berengarius. in fi. de conſec diſt. 7.*

u *Arg. in c. dilect. & in c. in Eccl. de maio. & obed. ex Conc. Tolet. 11. c. quamquã. di. 23.*

nibus obedire Patri Vicario Generali, tanquam eorum vero, ac legitimo Superiori, & Paſtori.

De quibus caſibus Viſitatores inquirere debeant. Cap. 33.

1 Diligenter quoquè Viſitatores de obſeruantijs [a] regularibus inquirant, ſcilicet, quomodò ſeruiatur infirmis. [b] Quomodò Nouitij, & Clerici vbi ſunt, inſtruantur. [c] Vtrum Fratres aliqui, aliàs, quam cum Prioris diſcretio, ex cauſa fortè cum eis diſpenſat, alio, quam ſibi conceſſo cibo [d] vtantur, aut ſolitum ieiunium [e] ſinè cauſa rationabili frangant. Si benè ſilentium [f] horis, & locis debitis teneatur. Si debitus modus in Mulierum [g] allocutione, & viſitatione ſeruetur. An aliquis aliquid proprium, [h] ideſt ſinè licentia ſui Prioris habeat, aut de licentia aliquid quod careat honeſtate. Vtrum Fratres conueniant ad Capitulum [i] ſicut debent. An aliqui in conſuetudinē habeant, non intereſſe Miſſæ [k] Conuentus. An Prior [l] ſolicitus, & intentus ſit ad promotionem loci, & diligenter inquirant, & videant in quibus locum promouerit, & vtilitates, ac meliorationes Eccleſiæ, & domorum, quas ſuo tempore fecerit. Item ſi Eccleſiam, [m] Chorum, & Sacriſtiam faciat teneri mundam, & honeſtam, & ea, quæ ad cultum Diuinum pertinent, debito, ac religioſo modo ornata ſeruet, præcipuè autem ſi Euchariſtiæ [n] Sacramentum, & Oleum Sanctum in Eccleſia, iuxtà formam ordinationum noſtræ Congregationis, reueren-

a *De ſtat. reg. c. ea quæ. in prin. & ex Cōc. Brachar. 1. c. oculus. 10. q. 1. ex Conc. Cabilo. c. cauendum. 10. q. 3. c. Romana. §. ſanè de cenſib.*

b *Vt in Conſtitutionib. c. 13.*

c *Vt in Conſtitutionib. c. 17.*

d *Vt in Conſtitutionib. c. 21.*

e *Vt in Conſtitutionib. c. 22. & in Diffinitionib. ſub rub. 7.*

f *Vt in Conſtitutionib. c. 11.*

g *Vt in Conſtitutionib. c. 9.*

h *Vt in cap. 34. Conſtitutionū, & in Diffinitionib. antiquis ſub rub. 8.*

i *Vt in Conſtitutionib. c. 3.*

k *Vt in Conſtitutionib. c. 6.*

l *Vt in Conſtitutionib. c. 29.*

m *Vt in Conſtitutionib. c. 29.*

n *De celeb. Miſſ. c. ſanè. In Conc. Gen. c. ſtatuimus. de cuſto. Euchar. & ex Conc. Guarmatien. c. Presbyter. & ex Conc. Arelat. c. qui benè non cuſtodierit. de conſec. di. 2.*

renter teneantur. Si libri [o] ad cultum Dei pertinentes ſint correcti, & in ſententia, & in cantu ſint concordes cum cæteris, quibus vtitur Congregatio. Si Dormitorium, [p] Foreſtariam, & Infirmariam in Cellis, ac lectiſternijs tenet, & obſeruat mundas. Si lampadem [q] in Dormitorio ardere facit ſingulis, & totis noctibus, ſecundum quod Conſtitutio præcipit eum obſeruare. Si omnes Horas [r] diurnas, & nocturnas, in Choro deuotè recitari facit, more noſtro ſeruato. Si obligationibus Miſſarũ facit debito modo, & integrè ſatisfieri. Si Congregationem, & honorem Congregationis, ac Ordinis noſtri feruenter diligit, & de eis non aliud, quam honorabile, & honeſtum loquitur. Si deniquè Fratres ſuos ad omnia hæc, & ad alia obſeruanda monet, [ſ] & contrarium facientes, ſolicitè increpat, reprehendit, & corrigit. Et ſi inuenerint, quod iuxtà tenorem Conſtitutionum noſtrarum, in obſeruatione prædictorum, ſe laudabiliter habeat, ipſum confortent, & honorent, [t] & Patri Vicario Generali intimè recommendent. Et de omnibus alijs, tam de his, quæ ſecundum Regulam, & Conſtitutiones, ac Diffinitiones Congregationis fieri mandantur, quam de his, quæ fieri prohibentur, diligens erit inquiſitio facienda, vt quilibet ſiuè non facienda fecerit, ſiuè facienda omiſerit puniatur.

2 Si quis ex Fratribus aduerſus Priorem aliquid corrigendum ſciuerit, quod tolerari non debeat, inter ſe, & ipſum, cum charitate prius, & humilitate, Priorẽ ſuũ admoneat. [u] Quod ſi Prior neglexerit, aut contempſerit ſe emendare, Patri Vicario Generali, vel Viſitatoribus, cum ad eamdem domum venerint viſitandam notificare procuret, vel Diffi-

o *Vt in Conſtitutionib. c. 34.*

p *Vt in Conſtitutionib. c. 23.*

q *Vt in Conſtitutionib. c. 11.*

r *Vt in Conſtitutionib. c. 1. & in Diffinitionib. antiquis, & recentioribus ſub rub. 1.*

ſ *Vt in Conſtitionib. c. 29.*

t *Arg. Greg. 8. q. 1. c. in ſcripturis.*

u *Aug. in Reg. & Aug. in c. ſi peccauerit. 2. q. 1. ca. ſi quis ergà. c. ſi qui ſunt. c. accuſatio quoquè. ca. oues. ca. accuſatio Epiſcop. c. ſunt nonnulli 2. q. 7. & c. nouit. in prin. de iudi. c. ſi quis Epiſc. de accuſ. c. indignè. 12. q. 2. ex Concil. Calced. c. quidam Monachi. 16. q. 1. ex Cõc. Rotomagen. ca. omnes decimæ. 16. q. 7 in fi. ex Conc. Pariſien. c. de illicita. 24. q. 3.*

 nito-

Digitized by Google

nitoribus Capituli, ſi per prædictos correctus non fuerit. Aliter [x] enim Priores ſuos, Subditi infamare non præſumant.

3 Rurſus quiſquis ſiuè de Priore, ſiuè de Fratre aliquo ſciens aliquid, quod vel in animæ eius periculum, aut ſcandalum Congregationis emergere poſſit, ſi eum non monuerit, [y] atquè ſi monitus neglexerit corrigi, ſi non indicauerit, vel accuſauerit, ipſe tamquam reus talis culpæ, & criminis, pœnam ſuſtinere, quam eadem culpa exigit, compellatur.

4 Solicitè quoquè Viſitatores inquirant, [z] tam à Prioribus Conuentuum, quam à Fratribus alijs, quomodò in Congregatione Vicarius Generalis ſe habeat. Nam licet non debeant Patrem Vicarium Generalem corrigere, nec eius inſtituta, aut correctiones immutare, vel infringere, volumus tamen, vt tam id, quam aliud, quidquid correctione dignum inuenerint, quod per eos corrigi, & reformari non poterit, illud totum fideliter Capituli ſequentis Diffinitoribus referant in ſcriptis, vt hoc Præſidens, & Diffinitores Capituli, diligentius corrigant, & reforment.

5 Munera [a] quidem, vel munuſcula, ſeù quodlibet aliud ab aliquo Priore, vel Subdito ſuæ viſitationis, vel à Conuentu, ſeù ab aliqua perſona prò eis, per ſe, vel per interpoſitam perſonam non recipiant. Quod ſi quid receperint, receptis priuentur, [b] deindè vſquè ad triennium, ad omne officium cum cura animarum, ineligi[illegible]es [c] permanere cogantur.

6 Præ-

x *C. oues. 6. q. 1. argu. in c. qualiter, & quando. el 2. de accuſ. arg. in c. accuſatio Epiſcop. 2. q. 7. & in c. ſi qui ſunt. vbi datur modus examinandi accuſatores. & c. Cler. ca. de calumniato. ca. 2. Gregor. in c. in cunctis. 11. q. 3. c. Cler. 3. q. 4. c. Sacerdotes. 6. q. 1.*

y *Aug. in regula. & c. non vos iudicetis. 5. q. 5. c. non omnis. ea. c. accuſat. quoque in fi. 2. q. 7.*

z *De ſta. reg. c. ea qua. §. ſi verò. in fi.*

a *Ex Cõc. Gen. c. exigit peruerſorũ audacia. §. conſtitutionem. de cenſ. in 6. c. Romana. §. procurationem. eo. tit. & lib. præter eſculenta, tunc conſumenda. ſecundũ glo. Io. And. ibid.*

b *In Conc. Gener. c. procurationes. §. qui autem contrauenire. & ca. exigit de cenſibus. & d. c. Romana. §. procurationes. in fi. eo. tit. in 6.*

c *Arg. in d. ca. exigit. §. alioquin. de cenſibus in 6.*

Digitized by Google

6 Præcepta autem Viſitatorum, tam in Capitulo facta, ad inquiſitionem faciendã in viſitatione, quam quoad pœnitentias iniunctas obſeruandas, firma, [d] & inuiolabilia permanebunt, ità vt ab eis nullus Frater, præter ipſum Patrem Vicarium Generalem Congregationis, auctoritatem habeat abſoluendi, [e] niſi adimpleto tenore ſententiæ, vel præcepti facti per prædictos. Contrà quod præceptum, vel ſententiam ſi quis pertinax [f] probabiliter fuerit, pœnæ grauioris culpæ per duos menſes ſubiacebit. Et quod dictum eſt de præceptis Viſitatorum, volumus pariter per Viſitatores, & omnes alios, de præceptis Patris Vicarij Generalis, ac Præſidentis, & Diffinitorum Capituli Generalis noſtræ Congregationis penitus obſeruari.

d Quià ſi vnus ædificans, & alter deſtruens ſit, non prodeſt niſi labor. Eccl. 34.

e C. inferior. di. 21. c. verbũ. de pœnit. di. 1. c. ſi Petrus. 24. q. 1.

f Ex Conc. Milleuit. c. quiſquis. 2. q. 6. ex Conc. Agat. c. contumaces. diſt. 50. ex Conc. Antiochen. ca. ſi quis Presbyt. 11. q. 3. ex Cõc. Cartag. 3. c. petimus 11. q. 1. c. quorundam circà fi. di. 34. cap. cum in Ecleſijs. de ma. & obed.

7 Si autem ab huiuſmodi ſententijs, ſeù præceptis P. Vicarij Generalis, Viſitatorũ Congregationis, vel Præſidentis, & Diffinitorum Capituli noſtri Generalis, aliquis Prior, vel Subditus, Fratrem alium de facto abſoluere tentauerit, vel eidem abſolutionem ab aliquo impetrare procurauerit, niſi à Superiore Vicarij Generalis, Viſitatorum, & Diffinitorum huiuſmodi, quià ex tali fraude, rigor Religionis conculcatur, & auctoritas maiorum deluditur, & malorum iniquitas palliatur, cuiuſcumque auctoritatis ſit Frater, qui huiuſmodi abſolutionem de facto fecerit, vel faciendam procurauerit, ad omne officium cum cura animarum, ineligibilis per ſexennium permanebit.

8 Prætereà ſi conſuetudo [g] aliqua in loco aliquo noſtræ Congregationis, à Regula, vel Conſtitutionibus, aut Diffinitionibus noſtris aliena inoleuerit, ab illa ſtrictè præcipiant Fratribus ibidem

g Arg. in cap. 1. & ca. fi. de conſuet. cap. mala. di. 8. c. cõſuetu. di. 12. c. cũ cõſuetud. eo. tit.

 com-

commorantibus, quicumque illi ſint, de cætero penitus abſtinere.

a Arg. ex dictis Augu. cap. qua di. 58.

b Aug. in d. c. qua.

De libris habendis ad vſum Chori, & Bibliothecæ Conuentus. Cap. 34.

c Arg. ex Conc. Brac. c. placuit. di. 12. ex Conc. Tolet. c. de his. ea. ex Concil. Agat. c. conuenit. de conſec. di. 5.

d Arg. ex 7. Synodo. cap. omnes pſalent. Aug. c. qua ipſis. di. 38.

e Arg. ex Conc. Tolet. ca. quandò. diſt. 38.

f Arg. in ca. vt calix. et c. vaſa. de conſ. di 1. de celeb. Miſſ. c. fi.

g Arg. in c. ad aures de tempo. ord. Aug. c. vt cõſtitueretur. in fi. di 50. c. nihil prodeſt. de præſcrip. c. cum ex iniuncto. §. ſuper eo. de noui oper. nunc. c. aliquantos. di. 51. c. deniquè di. 4. ca. ſuper quodã. de ſta. reg.

1 VNiuerſis Prioribus noſtræ Congregationis ſtrictè præcipimus, & mandamus, vt quilibet ex eis, ſolicitè prò poſſe ſtudeat, & procuret, vt in loco ſui Prioratus, ſint [a] ad minus duo Miſſalia, & vnum Epiſtolare, & duo bona Antiphonaria, [b] ſcilicet Diurnum, & Nocturnum, & Ordinarium [c] ſecundum Ordinem noſtrum, & Hymnarium notatum ſaltem in primo verſu, & vnum bonum Pſalterium [d] ordinatum, & vnum Manuale, ſiuè Collectarium [e] competentis voluminis, in quo ſint Capitula omnium Horarum, & Orationes totius anni, & in tali libro Hebdomadarius in Choro exiſtens, videat Capitulum, & debitam, ſeù debitas Orationes dicat. Item habeat duos Calices de Argento [f] ad minus, & in alio Calice, quam de Argento, nullus Frater ſacrificet, niſi fortè quandoquè ex caſu hoc vitare ſinè ſcandalo [g] non poſſit. Itẽ vnum Lectionale, [h] in quo de nocte legantur lectiones debitæ, ſecundum Rubricam Officij, & vſum Romanæ Curiæ, iuxtà quod tenet, & obſeruat noſter Ordo. Item habeat Regulam [i] Beati Patris noſtri Auguſtini, cum expoſitione Vgonis de Sancto Victore. Item Conſtitutiones, ac Diffinitiones noſtræ Congregationis reformatas, & correctas. Prò poſſe deniquè ſtudeat ipſe Prior habere in ſuo

ii Con-

h Arg. Aug. cap. qua ipſis. diſt. 38.
i Aug. in Reg. in fi. arg. in cap. nulli. diſt. 38.

Digitized by Google

Conuentu Bibliothecam [k] libris ſufficienter inſtru-ctam, ad commoditatem præſertim Lectorum, & Prædicatorum ibidem commorantium,& librorum copiam non habentium.

2 Verum quià ſi vnus [l] ædificans, & alter deſtruens fuerit, non prodeſt niſi labor, nè quod prouidentia, & fidelitas vnius probi viri, aut plurium, cum labore, & ſolicitudine, ad opportunitatem alicuius loci noſtræ Congregationis comparauerit, [m] alij minus fideles, & ſoliciti negligenter, & damnabiliter dilapident, & diſperdant, vniuerſos, ac ſingulos noſtræ Congregationis Fratres, tam Subditos, quam Superiores, præſentes, & qui prò tempore fuerint, primò, ſecundò, & tertiò monemus, eiſquè in virtute Sancti Spiritus, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam ex nunc, prout ex tunc in contrafacientes ferimus in his ſcriptis, & quam eo ipſo incurrere volumus, diſtrictè præcipiendo prohibemus, nè librum aliquem ad vſum Chori, aut Bibliothecæ Conuentus deputatum, ſeù qui imposterum fuerit deputatus, nec Calicem, vel argenteam Crucem, aut Eccleſiaſtica Paramenta, vel alia mobilia Eccleſiæ, & Conuentus pretioſa, vendere, impignorare, vel quocumque alio alienationis [n] titulo, obligare præſumat, niſi fortè id fiat, cum licentia ſpeciali Patris Vicarij Generalis in ſcriptis habita, quæ prius in Capitulo coram Fratribus legatur, vt in alijs ſimilibus, vel melioribus, [o] aut vtilioribus rebus conuertantur, ſicut Sedis [p] Apoſtolicæ ſtatuto cauetur.

k *Arg. ex Conc. Tolet. ca. ignorantia. & ex 7. Synodo. d.c. omnes. di. 38. & c. ſicut. c. ſi iuxtà. ea.*

l *Vnus ædificās, et vnus deſtruēs Eccleſiaſt. c. 34.*

m *Arg. in c. indignè. 12. q. 2. & c. non liceat. ea. Paulus Papa 2. in conſtit. de rebus Eccleſ. non alienan.*

n *Ex Cōc. apud Siluan. c. nulli liceat. §. alienationis verbū. de rebus Eccleſ. non alienan. ex Conc. Gen. c. ſi. eo. c. hoc conſultiſſimo, eo tit. in 6. c. Abbatib. 12. q. 2. Paulus Papa 2. in conſtit. de eo.*

o *Niſi in alijs melioribus c. ſinè exceptione. 12. q. 2. ex Cōc. apud Siluan. c. nulli liceat alienare de rebus Eccl. non alien.*

p *Paulus Pap. 2. in extra. de reb. Eccl. non alien.*

Digitized by Google

De pœnitentia malè tractantium, & falſificantium litteras, vel ſigilla Officialium Ordinis, & Congregationis noſtræ, vel alterius perſonæ; nec non priuilegia, & inſtrumenta publica. Cap. 35.

1 NVllus Frater noſtræ Cōgregationis, ſiuè Subditus, ſiuè Superior fuerit, litteras aliquas, vel ſigilla Reuerendiſs. Patris Prioris Generalis noſtri Ordinis, aut Eminentiſs. Cardinalis Protectoris noſtri, vel Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis, ſeù Viſitatorum, aut Priorum localium, vel aliorum Superiorum, & Officialium publicorum noſtræ Congregationis, quod tam de litteris, quæ ipſorum nomine fierent, quam de his, quas ad ipſos dari cōtingeret, intelligimus, deſtruere, aperire, occultare, aut falſificare [a] præſumat. Contrafacientes autem per menſem, pœnæ grauioris culpæ ſubiacere cogantur.

[a] *Arg. in c. ad falſariorum. de crim. falſ. & c. ſi. de reſcrip. ca. tam litteris de teſti. & atteſta.*

2 Qui autem de litteris Reuerendiſſimi Patris Prioris Generalis, aut Eminentiſſimi Protectoris, vel Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis, vt præfertur, aliquod prædictorum facere præſumpſerit, vltrà prætaxatam pœnam, ſententiam etiam excommunicationis eo ipſo incurrat.

3 Qui verò Indulgentias, Priuilegia, Bullas, & Breuia, aut Inſtrumenta publica, in fauorem Ordinis, aut Congregationis noſtræ, vel alicuius Conuentus, ſeù Fratris, aut cuiuſcumque perſonæ conceſſa, & facta. Aut Regulam Beati Patris noſtri Auguſtini, vel Conſtitutiones, aut Diffinitiones noſtræ Congregationis, deſtruere falſificare, occul-

tare,

Digitized by Google

tare, vel alienare præſumpſerit, pœnæ grauioris culpæ ſubiaceat per tres menſes, & ad omne officium noſtræ Congregationis, per triennium permaneat ineligibilis.

4 Falſificationem autem intelligimus [b] demere, vel addere aliquid in litteris, vel de litteris, quod ſenſum, & tenorem litteræ mutet in aliquo, ſeù aliquid aliud facere, contrà intentionem eius, cuius in ipſis litteris nomen appoſitum eſt, vel ſigillum, ſeù ſignum.

5 In pœnitentijs quoquè præmiſſis, quæ de falſarijs loquuntur, vel ſimilibus, ſi opus erit, addat Pater Vicarius Generalis, vel Diffinitorium, ſecundum quod ſibi delicti enormitas ſuadebit.

De pœnitentia percutientium, & incidentium, in aliquem lapſum carnis, & reuelantium ſecreta Capituli, vel Domus. Cap. 36.

1 ORdinamus, quod ſi quis Frater inuentus fuerit portare, vel tenere arma, [a] propter quæ meritò poſſit haberi ſuſpectus, ſit ipſo facto per ſex menſes pœnæ carceris adiudicatus.

2 Quicumque verò irato animo, alicui percuſſionem cõminatus [b] fuerit, pœnam grauioris culpæ ſuſtinere cogatur per quindecim dies. Et ſi percuſſerit [c] per menſem pœnæ grauioris culpæ ſubiaceat. Si verò Fratrem [d] alterius Ordinis, aut Clericum, [e] aut aliam perſonam Secularem percuſſerit, per duos men-

b *De ſide inſtru. c. inter dilectos.*

a *Cle. nè in agro de ſta. mo. ex Conc. Tolet. ca. Cler. 23. q. 8. ex Conc. Meld. ca. quocumquè. ca. q. & c. ex Conc. Ficta. c. Clerici de vita, & honeſt. ca. in audientia in ſi. de ſenten. excom.*

b *Arg. ex Conc. Brach. c. cũ beatus. diſt. 45. ex Conc. Agat. ca. non liceat. in princ. ex quodã Conc. cap. quid autem. c. neminem. cap. licet. nonnunquam. c. plerumquè. ex can. Apoſt. cap. Epiſc. in ſi. ca. c. præſentium. de Cle. percuſ.*

c *Arg. ex Conc. Agat. c. ſi quis in aliquo. de cle. percuſ. c. præterea. de eo. c. quis quis. in prin. c. de Presb. 17. q. 4. c. ſi Euangelica. di. 55. ex Conc. Agat. c. non liceat. diſt. 86.*

d *Arg. in c. cum illorum. §. quid ſi Clauſtrales. de ſent. excom. c. ad eminentiã de eo.*
e *Cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

menſes pœnæ ſubiaceat ſupradictæ, & tantò plus, quantò Patri Vicario Generali videbitur expedire.

3 Si quis autem enormi læſione atrocem iniuriam in perſonam Clericali priuilegio [f] decoratam, hoc eſt Clericum, aut Religioſum, Conuerſum, vel Commiſſum. Profeſſum, vel Nouitium intulerit, ità vt ſiuè ratione læſionis, [g] ſiuè ratione dignitatis [h] perſonæ offenſæ, ſiuè ratione loci [i] læſio iure dicatur enormis, puta ſi ferro, ligno, lapide, aut alio quouis medio, ſanguinis effuſio fiat, vel aliàs mortalis, vel grauis alicuius membri læſio inferatur. Ratione verò dignitatis intelligimus ſi in Prælatum: ratione autem loci, ſi in Eccleſia, vel Cæmeterio, vel Sacriſtia id fiat. Quouis ergò prædictorum modorum percutiens, aut læſionem inferens incarceretur, nec indè extrahatur, niſi prius per Diffinitorium Capituli Generalis noſtræ Congregationis, cum eo fuerit miſericorditer diſpenſatum. Infrà quod tempus, ſecunda, quarta, & ſexta feria, in pane, & aqua ſolũ, ſinè diſpenſatione ieiunet. Adijcientes, quod ſi hoc cum ſcandalo extraneorum factum fuerit, poſtquam cum huiuſmodi de carcere fuerit diſpenſatum, per ſexennium voce tam actiua, quam paſſiua careat.

4 Si autem vſquè ad homicidium [k] (quod Deus auertat) aliquis dilaberetur, talem volumus perpetuo carceri mancipari, vbi ter in hebdomada, panis, & aqua eidem ſolum adminiſtretur, vel etiam, attenta grauitate delicti, ad triremes damnari.

5 Quod ſi quis ad tantam ſeuitiam animi, & perturbationem venerit, quod vltrà [l] ter, diuerſis temporibus, in Fratrem manus iniecerit temerè violentas, etiam abſquè membri læſione, & ſanguinis effu-

f *Arg. ex Conc. Brachar. c. cum beatus in medio diſt. 45. cap de Monialibus de ſent. excom. ca. non dubium. c. veniens. d. c. ad eminentiam. de eo. ca. religioſo. §. quamuis. eo. tit. in 6.*

g *Arg. in ca. ſi Euangelica. di. 55. c. cum illorum. §. qui ſi clauſtrales. ver niſi exceſſus. de ſent. excom.*

h *Arg. in d. ca. cum illorum. §. & ver. proximè allegat.*

i *Arg. in c. cum pro cauſa. de ſent. excom.*

k *Argu. ex lib. capitulorum. c. qui occiderit. 17. q. 4. ex Concil Mogunt. ca. qui Presbyterum. ex Concil. Tribur. c. vt Presbyteri. ex eo. Con. cap. omnes Presbyt. & ca. qui Subdiaconum. ea. q. & cauſa. ca. miror. diſt. 50.*

l *Arg. ex Conc. Agat. c. ſi quis in aliquo. de cle. percuſſ.*

Digitized by Google

effuſione notabili, portata pœnitentia ſecundum grauitatem, & differentiam percuſſionum, in Capite iſto poſita, hæc ſuperaddatur, quod ad omne officium Congregationis ineligibilis permanebit, niſi fuerit cum eo per Diffinitorium Capituli Generalis ipſius Congregationis diſpenſatum. Nihilominus aggrauetur magis tranſgredientium pœna, ſecundum exigentiam demeritorum.

6 Item quicumque Frater in ſuum Priorem, [m] vel Prælatum manus iniecerit temerè violentas, præter pœnam excommunicationis, quæ tam in hoc, quam in præcedentibus caſibus ipſo facto incurritur, & à qua etiam per nullum, niſi auctoritate Apoſtolica aliquis poteſt abſolui. Etiam voce perpetuò ſit priuatus, & ex conſequenti ſit inhabilis, ad omne officium, quod curam animarum habeat annexam. Quam etiam pœnam ad ordinatores, [n] & complices percuſſionis, & iniectionis violentarum manuum, volumus extendi.

7 Si quis verò reperiatur vitio [o] indicibili maculatus, confeſſus coram fide dignis, vel conuictus, per duos menſes incarceretur, & ſecundis, quartis, ac ſextis ferijs in pane, & aqua ieiunet, & alijs pœnis arbitrio Patris Vicarij Generalis, iuxtà ſcandali magnitudinem, & delicti grauitatem afficiatur.

8 Qui autem in fornicatione [p] aut adulterio deprehenſus fuerit, vel conuictus, incarceretur, nec indè extrahatur, ſinè Patris Vicarij Generalis licentia ſpeciali.

9 Si quis in peccatum carnis extrà locum lapſus fuerit, Frater, qui cum eo eſt, ſtudeat Priori exceſſum eius corrigendum quam citius intimare. [q]

m D. cap. cũ illorum. §. quid ſi clauſtrales. et in extrauag. Pauli Papæ 2. et Sixti Papæ 4. de caſibus reſeruatis.

n Arg. ex Conc. Calc. c. ſi Cler. 11. q. 1. ex Cõc. Tolet. c. ſi Cler. aut Monachi. ex Conc. Aurel. c. ſi qui Clericorũ, & ca. conſpirationum ead. q. & cauſa.

o Arg. Aug. c. adulterij 32. q. 7. Aug. c. flagitia. Aug. c. vſus naturalis. Ambro. c. offerebat. Loth. ea. q. & cauſa.

p Ex 6. Synodo Aurelia. cap. ſi quis. di. 81. & per decem cap. ſeq. ex Concil. Gangrenſ. Preſbyter di. 82. ex Conc. Calced. c. ſi qua Virgo. & c. ſi qua Monacharum in fi. c. & quia aliquos. 27. q. 1. ex Cõc. Neoceſ. c. Preſbyter diſt. 28.

q Aug. in Reg. c. nec vos iudicetis. 4. q. 5. arg. Aug. c. non omnis. Ambr. c. non oſculatur. & c. qui ambulat. §. ſed aliud eſt. ea. cauſa. & quæſt. & c. qui cũ fure. de furto.

Si verò huiuſmodi peccatum occultum fuerit, [r] inquiſitione diſcreta, ſecundum tempus, & perſonam, condigna imponatur pœnitentia. Si autem manifeſtum [ſ] fuerit, ſecundum prætaxatam de fornicatione pœnitentiam corrigatur.

r Augu. in reg. et idem Aug. in c. ſi peccauerit. 2. q. 1. Amb. c. ſi quis poteſtatẽ. 23. q. 4. c. Preſbyter. 15. q. 5.

10 Si quis Frater noſtræ Congregationis, ſiuè Clericus, ſiuè Conuerſus fuerit, ſecretum cuiuſcumque Capituli, ſeù etiam Domus noſtræ Congregationis alicui extraneo, ſcienter, & ex deliberatione reuelauerit, [t] pœnam grauioris culpæ, per menſem vnum continuè, prò qualibet vice, ſuſtinere ſinè diſpenſatione aliqua compellatur, & voce careat per triennium, etiam ſi per eum, dicta pœnitentia fuerit adimpleta.

ſ Augu. in Reg. et in decret proxim. allegat.

t Arg. ex Conc. Cartag. 4. cap. Cler. el 1. diſt. 46. Aug. cap. ſi peccauerit. poſt prin. 2. q. 1.

11 Secretum verò Capituli, ſeù domus intelligimus cauſas infamatorias, ſcilicet, abſolutionem cuiuſcumque Prioris, vel correctionem eiuſdem, aut Fratris alicuius crimen, ſiuè omne aliud vndè Congregatio noſtra turbari poſſit, vel infamari. Secretum etiam dicimus, quidquid Pater Vicarius Generalis, aut Diffinitores, Viſitatores, ſeù conuentualis Prior præceperint haberi ſecretum.

12 Extraneos autem dicimus, quot quot non ſunt noſtræ Congregationis, & ſub debita obedientia noſtri Patris Vicarij Generalis. Sacerdos verò, qui tanta fuerit fraude Diabolica obcæcatus, quod ex alicuius Confeſſione, ſibi facta in foro pœnitentiali, præſumpſerit aliquid aliquo modo reuelare, ſi de huiuſmodi ſcelere ſit conuictus, ſtatim pœnæ carceris mancipetur, & niſi per Diffinitorium nullatenus extrahatur, & auctoritate audiendi Cõfeſſiones eo ipſo ſit priuatus, donec ab habente poteſtatem diſpenſandi, meruerit vberiorem gratiam obtinere.

De

Digitized by Google

De pœnitentia falſi teſtis, & eum inducentis, & mittentis litteras infamatorias ſinè nomine ſuo. Cap. 37.

1 LIcet via malignantium, & iniquitas peruerſorum, nulla poſſit lege, ſeù mandato præcludi, [a] tamen ad hoc quantum in nobis eſt, debemus ſolicitè vigilare.

2 Igitur ſtatuimus, & ordinamus, & omnes, ac ſingulos Fratres Congregationis noſtræ primò, ſecundò, & tertiò inducimus, & monemus, & eiſdem ſtrictè præcipimus per obedientiam ſalutarem, & ſub excommunicationis pœna, vt nullus ex eis Fratrem aliquem de falſo [b] crimine, coram aliquo Superiore Ordinis, & Congregationis noſtræ, ſeù quouis alio Principe, Iudice, vel Prælato accuſet, vel falſum teſtimonium, contrà aliquem reddat, vel falſum teſtem [c] det, ſeù inducat, vel dari faciat. Quod ſi quis ſuggeſtione diabolica obcæcatus, tantæ peruerſitatis fuerit, quod contrà hoc præſens noſtrum præceptum præſumpſerit modo aliquo ire, vel illud contempſerit obſeruare, trina monitione canonica præmiſſa ex nunc, prout ex tunc, in his ſcriptis, eum vinculo excommunicationis innodamus. Addentes inſuper, quod quicumque fuerit de tali temeritate, & præuaricatione conuictus, vltrà prædictam cenſuram, per ſex menſes pœnæ carceris in compedibus mancipetur, & ſecunda, quarta, & ſexta feria, pane, & aqua tantum reficiatur. Et vlterius vtraquè voce, quocumque officio, ac dignitate in perpetuum careat, niſi cum eo per duo Diffinitoria noſtræ Congregationis fuerit diſpenſatum.

a *Argu. in cap. exigit peruerſorum audacia. in prin., de cenſib. in 6.*

b *Arg. ex Conc. Cartag. 4. cap. accuſatores. di. 46.*

c *Arg. in c. vnicuique. §. ſic quoquè. & cap. abijt. 11. q. 3.*

Digitized by Google

3 Item diſtrictè prohibemus, nè quis Frater noſtræ Congregationis, litteras infamatorias, *d* aut per quas poſſit Ordo, vel Congregatio noſtra, ſeù aliquis Frater Ordinis, & Congregationis noſtræ infamari, vel ipſius ſecreta, aut alicuius Fratris ſciri, alicui perſonæ, illis dumtaxat Superioribus exceptis, ad quos correctio illorum, de quibus ſcriberet pertineret, mittat, aut mitti faciat, vel procuret, aut conſentiat. Nequè per rythmos, vel cantilenas, aut quaſuis cedulas, vel libellos, aut deſcriptiones in quouis loco, etiam in parietibus deſignatas, aliquem infamet. Quod ſi quis aliquo modo contrafecerit, eo ipſo excommunicationis vinculo, quam ex nunc ferimus in his ſcriptis, ſit adſtrictus; & per tres menſes pœnæ ſubiaceat culpæ grauioris. Et nihilominus poſtquam per eum talis pœnitentia fuerit ſinè diminutione adimpleta, voce careat per annum, & ſexta feria ſuper nudam terram ſedens, in pane, & aqua ieiunet, & à Priore loci recipiat diſciplinam.

d *In Conc. Elibertan. c. ſi qui inuenti. 5. q. 1. & §. ſi quis famoſum. eo. ca. & c. quidam. maligni. & ca. qui in alterius. ea. q. & ca.*

4 Prohibemus inſuper, nè quis Frater noſtræ Congregationis Superior, aut Subditus, litteras aliquas in quibus nomen *e* ſuum, & cognomen, aut ſaltem patriæ, vel loci ſuæ natiuitatis denominatio, non ſint lucidè, & clarè deſcripta, mittat, aut mitti faciat, vel procuret, aut conſentiat. Contrafacientes autem per Superiores ſeuerè puniantur, & actiua, paſſiuaquè voce ſint priuati per annum.

e *Arg. in §. ad hoc. 29. q. 1.*

5 Mandamus vlterius, & diſtrictè prohibemus omnibus, & ſingulis Sacerdotibus noſtræ Congregationis, nè aliquem à ſententijs in præſenti Capite latis, aut ab aliqua alia Eccleſiaſtica cenſura, vel ſententia in Conſtitutionibus, aut Diffinitio-

nibus

nibus noſtris, vel à Diffinitorio, aut à Vicario Generali, vel Viſitatoribus noſtræ Congregationis, ſimiliter latis, excepto mortis articulo, præſumant abſoluere, *f* abſquè ipſius Diffinitorij, aut Vicarij Generalis licentia ſpeciali. A ſententijs tamen, quas Viſitatores fortè contra aliquos tuliſſent, ijdem etiam Viſitatores abſoluere ſimiliter poterunt, *g* & abſoluendi alijs committere facultatem. Quicumquè verò contrafecerit, per duos menſes pœnæ ſubiaceat culpæ grauioris.

f *Arg. in c. inferior. diſt.* 21.

g *Arg. Ambro. c. verbū de pœn. diſt.* 1. *c. ſi Petrus.* 24. *q.* 1.

De pœnitentia qua proprietarij puniuntur. Cap. 38.

1 REm vllam recipere, *a* dare, vendere, *b* emere, ſiuè alienare, vel impignorare nulli liceat ſinè licentia ſui Prioris. Quod ſi quis contrafecerit per octo dies infrà menſem, in pane, & aqua ieiunet ſinè diſpenſatione.

2 Si quis autem proprietarius *c* eſſe conuincatur, aut furtum *d* notabile commiſiſſe, per duos menſes pœnæ grauioris culpæ ſubiaceat.

3 Prætereà ſi quis, exigentibus ſuis demeritis, fuerit in vinculis poſitus, aut carceri mancipatus, & aliquis de Fratribus noſtris, quicumque ſit ille, ad fugiendum eum, vel indè extrahendum per ſe, vel per interpoſitam perſonam, eidem dederit *e* vllo modo, vel ingenio, conſilium, auxilium, vel fauorem, ipſe talis in eadem *f* pœna ponatur. Et idem iudicium in cuſtodibus captiuorum, ſi per eorum

a *Augu. in reg. & c. non dicatis.* 12. *q.* 1.

b *Aug. in reg. & d. c. non dicatis.*

c *Aug. in reg. & argu. Aug. c. nolo. Augu. ca. exemplum. Aug. d. c. non dicatis.* 12. *q.* 1. *ex Cōc. Later. c. Monachi.* §. *qui verò peculium. de ſta. reg. ca. cum ad Monaſteriū.* §. *prohibemus. &* §. *fi. & c. ſuper quodam de eo.*

d *Aug. c. pœnale.* 14. *q.* 5. *Hiero c. furtū.* 14. *q* 6 *c. vulgaris. de pœni. di.* 1. *c. ſi quis propter neceſſitatem de furto.*

e *Arg. Greg. in ca. fraternitas. de pœnit. diſt.* 1. *c. fi.* 10. *q.* 2. *Hiero. c. qui cum fure. de furto. ca. ex litteris. de eo. ex Cano. Apoſtolor. c. Presbyter. diſt.* 81.

f *Arg. in ca. ſi quis cler.* 17. *quaſt.* 4, *ca. pecunia. ca. ſi quis fortè. ca. qui rapit. ea. quaſt. & cauſa.*

Digitized by Google

rum negligentiam fugerint, obſeruetur. Fugiens autem de carcere, vel de alia pœna, prò culpis ſuis obnoxius exiſtens, & de Congregatione exiens, ſi poſtmodum redierit, vel capi poterit, pœnis in quibus fuerat, ſubiacere cogatur.

4 Incarcerati autem habitu careant profeſſorum, quamdiù fuerint in carcere vinculati.

Quomodò Apoſtatæ recipiantur, & de pœnitentia eorum. Cap. 39.

1 CVm Doctrina Apoſtolica ſuadente, quilibet in vocatione, qua ad cultum Diuini Officij vocatus eſt, debeat immobilis permanere, [a] ſtatuimus, & ordinamus, ac præcipimus, vt nullus Frater in noſtra Congregatione profeſſus, abſquè Diffinitorij, aut Patris Vicarij Generalis eiuſdem Congregationis licentia [b] in ſcriptis habita, ipſam Cógregationem exeat, ſiuè ab ipſa recedat. Si autem Fratrem aliquem ſinè licentia prædicto modo habita, ab ipſa Congregatione recedere contigerit, illũ ex nunc, prout ex tunc, & è conuerſo, primò, ſecundò, & tertiò monemus, inducimus, & hortamur, ac per ſalutarem obedientiam, & in virtute Sancti Spiritus, ac ſub excommunicationis [c] pœna præcipimus, vt per totam diem naturalem, in qua à prædicta Congregatione abſquè licentia huiuſmodi recedere præſumpſerit, cuius diei octo primas horas prò prima, & octo ſecundas prò ſecunda, & octo tertias prò tertia monitione canonica, ac peremptorio termino, ex nunc, prout ex tunc, & è cõuerſo aſſignamus in his ſcriptis, ad eamdem Congregationem redeat. Quod ſi facere contempſerit, ſcientes ipſum eſſe

a Ex Conc. Calced. ca. eos qui ſemel. 20. q. 3. c. propoſitũ Monachi. c. praſẽs. ſ. ſi verò. ea. q. & cauſ. ex Cõc. Aurel. c. vidua. 27. q. 1. c. ſi cuſtos. cap. vidua quidem. ea. ex Conc. Tolet. 4. c. Monachũ c ſicut qui. ex Cõc. Triburien. cap. quem progenitores 20. q. 1. ca. quod interrogaſti. diſt. 27.

b Agu. in c. ſtatuimus. 19. q. 3.

c Arg. ex Conc. Tolet. 7. c. proclinis. 20. q. 3. ca. nè religioſi. de regu. c. 1. 23. q. 1. ex Concil. Calced. c. quidã Monach. 16. q. 1. c. tua Fraternitati. de Apoſta. ex Conc. Tolet. 10. c. ſi in quolibet. in ſi. 20. q. 2.

Digitized by Google

eſſe contumacem, & à Congregatione noſtra Apoſtatam, vigore indulti Apoſtolici, eum ex nunc, prout ex tunc (licet inuiti) vinculo excommunicationis innodamus.

2 Si auté contingat aliquem à noſtra Congregatione apoſtatare, perpetrato aliquo delicto, rediens ad illam, recipiatur in Carceribus, à quibus abſquè Patris Vicarij Generalis expreſſa licentia non extrahatur, & pœnitentiam, quæ prò delicto huiuſmodi taxatur, integrè, & ſinè vlla diminutione ſubire cogatur.

3 Si autem aliquis Apoſtaſia ſimplici, abſquè alterius delicti notabilis perpetratione, ab ipſa Congregatione receſſerit, ſpontè rediens ad illam, benignè recipiatur, & abſoluatur. [d] Si verò redire noluerit, & commodè capi poſſit [e] Carceri mancipetur, arbitrio Diffinitorij, aut Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis, & non aliter extrahendus.

4 Modus [f] autem receptionis talis erit. Nam ſi fuerit in habitu ſæculari, aut alterius Ordinis illegitimè aſſumpto, Prior ipſum recipiens exuat eum habitu huiuſmodi peregrino in oſtio Capituli. Et indutus Cappa, & cingulo, ità quod vſquè ad cingulum, deſuper nudus remaneat, cum virgis in manibus ad medium Capituli veniens, & antè pedes Prioris ſe proſternens dicat: *Meam culpam*. Deindè ad mandatum Prioris ſurgens, tranſgreſſionem ſuam humiliter, & ſimpliciter confiteatur, & tunc vapulet, primò ad pedes Prioris, deindè vtriuſquè lateris ſeſſorum. Poſteà verò à Priore paternè corripiatur, & ab excõmunicatione propter apoſtaſiam incurſa abſoluatur. Deindè de ipſo diſponatur, iuxtà

d *Cap tua Fraternitati de apoſt.*

e *Arg. in cap. à nobis, de apoſta. Greg. c. ſi cuſtos. & c. ſi homo eſſes. 27. q. 1. ex Conc. Tribur. c. impudicas. ead. q. & cauſ. ex Conc. Bracô. c. cum beatus. in fin. diſt. 45. ex Conc. Aurel. c. Abbates. in fi. 18. q. 2. c. ſi in qualib. 20. q. 2. ca. nè Religioſi. de regu. & ſpecialius in priuilegijs Ordinis, & Congregationis.*

f *Arg. in d. ca. nè religioſi. ver. ſalua ordinis diſciplina de regula.*

Digitized by Google

iuxtà apoſtaſiæ ſuæ qualitatem, ac forſan perpetrati delicti enormitatem.

Quæ ſit leuis culpa. Cap. 40.

LEuis culpa eſt, ſi quis mox vt ſignum datum fuerit, non relictis omnibus, ad Eccleſiam ordinatè venerit. Si quis in Choro malè legendo, vel cantando offendens, non ſtatim ſe humilians, terram manu tetigerit, & ſurgens pectus ſuum percuſſerit. Si quis diuino non intentus Officio, vagis oculis, & motu irreligioſo, leuitatem oſtenderit. Si quis in Eccleſia, vel Dormitorio, aut Cellis aliquid inquietudinis fecerit. Si quis lectionem, vel cantum, ſtatuto tempore, non præuiderit. Si quis aliud cantare, vel legere præſumpſerit, quam quod communis vſus habuerit. Si quis diſſolutè ridens, cachinnis, ludis, dictis, vel factis, alios ad ridendum concitauerit. Si quis oculos vagos per plateas, vel vias eundo, ad vanitates direxerit. Si quis per negligentiam, in principio Capituli non fuerit. Si quis de Conuentu vadens, aut rediens, benedictionem accipere oblitus fuerit, ſeù neglexerit. Si quis ad lectiones in Choro dormierit. Si quis Altaris, vel Eccleſiæ ornamenta, negligenter tractauerit. Si quis veſtes ei conceſſas, diſruptas non reſarcierit. Si quis veſtes, vel libros ſtatuto loco non repoſuerit. Si quis aliquid vtenſilium fregerit, vel perdiderit. Si quis cibum vel potum effuderit, vel ſinè benedictione ſumpſerit. Si liber in quo legendum eſt, cuiuſquam neglectu defuerit. Si quis in Conuentu exiſtens ad Capitulum, vel ad collationem, ſeù ad cõmunem refectionem non interfuerit,

Digitized by Google

fuerit, aut tardè venerit. Si quis aliquem à quo clamatus fuerit, eodem die, quaſi ſe vindicando, accuſare [a] præſumpſerit. Si quis cum iuramento aliquid negauerit, vel affirmauerit. Si quis turpem ſermonem, vel vaniloquium dixerit. Si quis eorum, qui in officijs deputati ſunt, in aliquo negligens repertus fuerit.

2 Prò ſupradictis iniungitur Pſalmus: *Miſerere, &c.* cum diſciplina, ſi Priori videbitur expedire. Huic pœnæ ſubiacebit, qui ſilentium fregerit, vel prò victu, aut veſtitu, ſeù aliqua re murmurauerit.

a *Arg. in c. neganda eſt accuſatio. 3. q. 2.*

a *Arg. in c. hoc habet. ſ. eccè. di. 46. c. perlatum. di. 90 ex 8. Synodo cap ſi quis Monachus. Greg. c. conſuetudo. 16. q. 6.*

b *Arg. ex Conc. Cartag. 4. cap. Clericus maledicus. diſt. 46.*

Quæ ſit grauis culpa. Cap. 41.

1 GRauis culpa eſt, ſi quis in audientia Sæcularium cum aliquo Fratre, vel Sæculari contenderit. [a] Si Frater cum Fratre intus, vel foris lites habuerit. Si quis alicui Fratri, vel Sæculari opprobrium [b] dixerit, vel dixiſſe deprehenſus fuerit. Si quis verbum mendacij, ex deliberatione protuliſſe inuentus fuerit. Si quis Fratri præteritã culpam, prò qua ſatisfecit improperauerit. [c] Si quis ſilentium non tenere in conſuetudinem [d] duxerit. Si quis in cameris priuatis ipſum ſilentium fregerit. Si quis culpam ſuam, vel aliorum, pertinaciter defenderit. Si quis inter Fratres diſcordias [e] ſeminauerit. Si quis clamans, in clamatione ſua iurgium [f] fecerit. Si quis in illum à quo clamatus eſt, vel in quemlibet alium minas, vel maledicta, [g] ſeù verba inordinata, & irreligioſa protuliſſe deprehenſus fuerit. Si quis mala [h] de Fratribus, vel Prioribus,

Mm ſeù

c *Arg. in c. ſi illic. 23. q. 4. ca. diuina. in ſi. de pœni. diſt. 4. ca. Ethemiũ. ſ. notandum. 2. q. 3.*

d *Arg. in c. tanto. de conſuet. c. mala. 8. di. ca. conſuetu. di. 12.*

e *Arg. ex Conc. Cartag. 4. c. ſeditionarios. di. 46. ex eo. Con. c. diſcordantes. & ex eo. c. diſſidentes. diſt. 90. ex eo. Conc ca. oblationes. ex Conc. Agat. ca. placuit. c. ſi quis cõtriſtatus. &c. neque ad Cain. ead. diſt.*

f *Arg. ex Conc. Tolet. 11. cap in loco. 5. q. 4.*

g *Arg. ex Conc. Cartag. 4. d. cap Clericus maledicus. diſt. 46.*

h *Arg. ex Conc. Cartag. 4. cap. accuſatores. diſt. 46.*

Digitized by Google

ſeù Conuentualibus ſuis malitioſè euomerit, quæ teſtimonio Fratrum ſuorum probare nequiuerit. Si quis procedens vbi fœminæ ſunt, oculum fixerit, [i] ſi tamen hoc in vſu habuerit, vel cum fœmina ſolus, non de confeſſione locutus fuerit, niſi breuiter interrogans, vel reſpondens, aliquid petierit, vel reſponderit. Si quis ieiunia [k] ab Eccleſia inſtituta, vel etiam quæ Ordinis noſtri ſunt fregerit.

2 Prò huiuſmodi culpis, & his ſimilibus veniam petentibus, & non clamatis, tres diſciplinæ dentur in Capitulo, & per tres dies in pane, & aqua ieiunent. Clamatis verò vna dies, & vna diſciplina addatur, & præter hæc, ſecundum quod diſcretioni Prioris viſum fuerit, iniungatur plus, vel minus prò qualitate culparum. Eadem pœna digni ſunt, qui poſtquam aliquò miſſi fuerint, in cõtemptum [l] obedientiæ, ſinè licentia, antè terminum reuerti præſumpſerint, vel vltrà terminum ſibi aſſignatum moram fecerint.

Quæ ſit grauior culpa. Cap. 42.

1 GRauior culpa eſt, ſi quis per contumaciam, [a] vel manifeſtam rebellionem, Priori ſuo per diem integrum inobediens extiterit, vel cum eo intus, vel foris, proteruè, ideſt, peruersè perſiſtens in ſua duritia, ſaltem per diem nõ acquieſcens veritati, poſtpoſita omni reuerentia, & paternali timore, quaſi de pari contendere auſus fuerit. Si quis mortale peccatum manifeſtè commiſerit. Si quis procurauerit [b] quod ipſe, vel alius ab obedientia

i *Aug. in regula. & in ca. nec ſolo. 32. q. 5. Greg. c. qui viderit. ea. c. non ſolum 32. q. 7. c. hinc. etenim. §. ponderoſus. diſt. 49. Aug. c. ſi cui. de pœn. diſt. 1.*

k *Arg. in c. præceptis. diſt. 12. cap. ſcit ſancta. ea. ex Con. Caroli Imperat. c. in memoriam. diſt. 19. Augu. ca. in canonicis. Greg. cap. nulli fas. c. enim verò. c. ſic omnes. ea.*

l *Arg. ex Conc. Antiochen. c. ſi quis Presbyt. 7. q. 1. ex Cõc. Agat. c. cõtumaces. diſt. 50. ex Conc Cartag. 4. c. ſi quis Presb. 11. q. 5. c. quorumdam. in fin. di. 34. ex Conc. Cartag 4. c. peſſimus. 11. q. 1.*

a *Arg. ex Conc. Milleuit. c. quiſquis. 2. q. 6. ex Conc. Agat. ca. contumaces. di. 50. c. quorumdam. diſt. 34.*

b *Arg. ex Conc. Tolet. 7. c. proclinis. 20. q. 3. ex Conc. Calced. c. eos qui. c. propoſitum. ea. quæſt. & cauſ.*

Digitized by Google

tia Patris Vicarij Generalis Congregationis recedat. Si quis rem ſibi collatam celauerit, quod Beatus Pater Auguſtinus dicit, furti [c] iudicio eſſe damnandum.

2 Si quis prò huiuſmodi proclamatus, conuictus fuerit, ſpontè ſurgat, & crimen ſuum publicè confiteatur, & denudatus Cappa, vapulet quantum Priori videbitur expedire, ad pedes ſingulorum in Capitulo, primò Prioris, deindè vtriuſque lateris ſeſſorum, & ſit omnium nouiſſimus in Conuentu. In Refectorio, & ad communem menſam cum cæteris non ſedebit, ſed in medio Refectorij in terram ſedens, ſuper nudam tabulam comedet, & prouidebitur ei groſſior panis, & potus aquæ, niſi Prior ei per miſericordiam aliquid impendat, nec reliquiæ prandij eius, cum alijs admiſceantur. Ad canonicas Horas, & ad gratias poſt refectionem, antè oſtium Chori, & Capituli, tranſeuntibus Fratribus iaceat, dum intrant, & exeunt. Nullus itaquè audeat ſe coniungere illi, vel aliquid mandare. Prior tamen nè in deſperationem [d] poſſet labi, mittat ad eum aliquos ex Senioribus [e] Conuentus, qui blandis verbis cōmoneant eum ad pœnitentiam, hortentur ad patientiã, & ad ſatisfactionẽ. Et ſi viderint in eo cordis humilitatem, tunc totus Cōuentus roget prò eo, & non renuat Prior cũ eo facere miſericordiam. Si tamen videbitur, antequam totaliter abſoluatur, denuò vapulet ad pedes ſingulorum, primò Prioris, deindè vtriuſque lateris ſeſſorum. Talis deniquè, quamdiù erit in hac pœnitentia, non communicet, nec veniat ad oſculum pacis, nec vocetur, nec ſcribatur ad aliquod officium in Choro, vel Eccleſia, licet ad Officium ſtare poſſit, nec vlla ei niſi ſerui-

c *Aug in Regula. Aug. cap. ſi propterea. de pœni diſt. 1. ex Conc. Tribur. c. fures. in text. & gloſ. prima. de furto.*

d *Arg. Hiero. c. recedite diſt. 45.*

e *Non tam ætate, quã ſapientia, vt exponitur cap. perrò. diſt. 84. & cap. de quibus diſt. 20.*

tutis committatur obedientia, antè plenariam ſatisfactionem. Si fuerit Sacerdos, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel Prædicator, his officijs non fungatur, niſi poſtmodum religioſè *f* fuerit conuerſatus.

3 Si quis per conſpirationem, *g* aut coniurationem, vel malitioſam concordiam, aduerſus Priorem ſuum, manifeſtè ſe erexerit, modo ſupradicto pœniteat, & vocem in Capitulo non habeat, donec per Diffinitorium Congregationis, cum eo fuerit diſpenſatum.

4 Quicumque verò pœnitentiam grauioris culpæ portat, iuxtà Congregationis inſtituta, donec pœnitentiam ipſam compleat, à prima die, vſquè ad vltimam, habitu careat profeſſorum.

5 Fratres, qui in medio Refectorij, ſuper nudam tabulam, in terra ad manducandum ſedere debent, ità de ſero, ſicut de mane, quandò Conuentus in die bis reficitur, ſedeant.

f *Arg. In c. quià diligentia. de elect.*

g *Arg. ex Conc. Calced. c. ſi qui Clerici. 11. q. 1. ex Conc. Tolet. c. ſi Clerici, aut Monachi. ex Concil. Calced. c. coniurationũ. & c. ſtatuimus. c. conſpirationũ. ea. cauſa. cap. conſpiratores. 3. q. 4.*

Quæ ſit grauiſſima culpa. Cap. 43.

1 GRauiſſima culpa eſt incorrigibilitas illius, qui nec culpas timet committere, & pœnas ferre recuſat, de quo dicitur in Regula, quod ſi ipſe non abſceſſerit, de veſtra ſocietate proijciatur. Secundum etiam Apoſtolum, qui hominem hæreticum poſt trinam admonitionem adhibitam, incorrigibilitate patefacta, deuitari iubet, tamquam peccantem peccatum ad mortem; quoniam ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt.

2 Hic quidem *a*, ſeruata forma Apoſtolicorum Decretorum Vrbani VIII. & Innocentij XII. nunc

a *Aug. in Regu. & ca. relatum. nè Cle. vel Mona. c. cũ in Eccleſijs in fi. de maio. & obed. Vrban. VIII. & Inn. XII. in Decre. de apoſtatis, & eiectis.*

fœ-

fœliciter ſedentis, de Congregatione expellendus eſt, & ab illa eijciendus.

De frequenti lectione harum Conſtitutionum, & earum obſeruantia. Cap. 44.

1 QVemadmodum Beatiſſimus Pater noſter Auguſtinus in Regula ſua mandauit, vt ſemel in ſeptimana nobis legeretur, a ad hoc vt in ea, tamquam in ſpeculo, poſſemus inſpicere, & nihil per obliuionem negligeretur, ſic congruum nobis videtur, & neceſſarium, vt præſentium Conſtitutionum tam frequens ſit lectio, quod nullus ſit in noſtra Congregatione Frater, qui eas ignoret, aut per ignorantiam tranſgrediatur.

a *Augu. in Regula.*

2 Volumus propterea, & mandamus, vt in omnibus, diebus Ieiuniorum, ad collationem in ſero Prior ſemper legere faciat aliquid de ipſis Conſtitutionibus, ſimiliter in Capitulo quotidiano (vt ſuprà Cap. 3. dictum eſt) ſemper aliquid de illis ad arbitrium Prioris legatur, & quod lectum fuerit, idem Prior vernacula lingua, quam omnes intelligant, Fratribus exponat. Quod doctioribus, & ſapientioribus Fratribus moleſtum, ex fraterna charitate, eſſe non debet, cum non alta ſapere, ſed humilibus conſentire debeant omnes.

3 Magiſter quoquè Nouitiorum, ſcorſim quotidiè faciat, vt Nouitij aliquid de Conſtitutionibus, & Diffinitionibus noſtris legant, & quod lectum fuerit, eis declaret, & obſeruandum proponat. Pater autem Vicarius Generalis, & Viſitatores in actu viſitationis, de hac frequenti lectione ſemper inquirant, & ſiuè Priorem, ſiuè Magiſtrum Noui-

tio-

Digitized by Google

tiorum quos in hoc delinquentes inuenerint, debita punitione caſtigent.

b *Augu. in Regula.*

4 Poſt Regulam ergò, omnes in hoc libello [b] tamquam in ſpeculo inſpiciamus, & vbi nos inuenerimus ea, quæ ſcripta ſunt facientes, agamus gratias Domino, bonorum omnium largitori. Vbi autem viderimus aliquid nobis deeſſe, doleamus de præterito, & caueamus de futuro, orantes, vt nobis debitum dimittatur, & in tentationem non inducamur. Amen.

Finis Conſtitutionum.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

CAPITVLORVM CONSTITVTIONVM.

QVomodò Fratres intrent ad Matutinum, & ad alias horas. Cap. 1. pag. 104.
De Officio Fratrum Illiteratorum, & operibus manuum. Cap. 2. pag. 105.
Quandò, & quomodò Fratres intrent Capitulum, & de modo, qui in eo ſeruatur, & de benedictione danda in ſero, ac diſcip.lina. Cap. 3. 108.
Qualiter ad culpas audiendas in Capitulo quotidiano procedatur. Cap. 4. 112.
Quomodò Fratres ſe habeant cum ad Horas, & ad Capitulum, atquè collationem, & ad refectionem tardè eos venire cōtigerit. Cap. 5. 115.
Quomodò Miſſæ à Fratribus audiantur quotidiè, & prò Benefactoribus viuis, atquè defunctis, ac Fratribus decedentibus debeat celebrari. Cap. 6. 116.
Quomodò Fratres ſe habeant cum aliquod Officium eis iniungitur, & prò quibus caſibus Procurator, ac Sacriſta ab Officio abſoluantur. Cap. 7. 119.
Quomodò, vbi, & à quibus ſecretæ Confeſſiones Fratrum Congregationis, & etiam Sæcularium audiantur. Cap. 8. 121.
De forma collocutionis Fratrum cum Mulieribus, & Confeſſionibus earumdem audiendis. Cap. 9. 126.
Quoties, & quandò Fratres communicare debeant, & qua pœna puniantur, qui nolunt communicare. Cap. 10. 128.
Quomodò ſilentium in Choro, & Domitorio, & cæteris locis, & horis à Fratribus teneatur. Cap. 11. 130.
In quibus caſibus Mulieres Clauſtrum noſtrum ingredi permittantur. Cap. 12. 132.
Quanta, & qualis ſolicitudo habenda ſit circà Infirmos. Cap. 13. pag. 133.
De cura habenda circà Fratres decedentes. Cap. 14. 136.
De modo receptionis Nouitiorum. Cap. 15. 137.
De ætate, & qualitatibus eorum, qui in Congregatione recipiuntur. Cap. 16. 152.
Qualis debeat eſſe Magiſter Nouitiorum, & de quibus ipſi Nouitij inſtruantur. Cap. 17. 156.
De modo Profeſſionis, tam à Fratribus Clericis, quam à Conuerſis faciendæ. Cap. 18. 158.
Qualiter recipiantur hoſpites, & extranei, & ad quid hoſpites noſtræ Congregationis teneantur. Cap. 19. 169.

Vt

Digitized by Google

Vt Fratres ſinè litteris patentibus aliquò non mittantur. Cap. 20. pag. 172.
Qualiter ad refectionem intrent, & ſedeant ipſi Fratres. Cap. 21. pag. 176.
De cibis, & ieiunio Fratrum. Cap. 22. 178.
De numero, & qualitate Veſtium Fratrum. Cap. 23. 179.
Quomodò, & quandò debeat Fratribus, prò congruentia temporum in Veſtibus prouideri. Cap. 24. 186.
Quoties in anno, & quibus temporibus minutio, & raſura fieri debeat in communi. Cap. 25. 187.
De forma electionis Vicarij Conuentus, & Officio eius. Cap. 26. pag. 188.
De modo electionis Procuratoris, & Sacriſtæ, & officio eorumdem. Cap. 27. 190.
De trina Electione, ſeù Poſtulatione Priorum. Cap. 28. 193.
De Officio, & auctoritate Prioris localis, & prò quibus caſibus abſoluatur. Cap. 29. 199.
De modo celebrationis Capituli Generalis noſtræ Congregationis. Cap. 30. 206.
De Officio, & auctoritate Patris Vicarij Generalis Congregationis, & prò quibus caſibus abſoluatur. Cap. 31. 248.
De Officio, & auctoritate Viſitatorum Congregationis. Cap. 32. pag. 252.
De quibus caſibus Viſitatores inquirere debeant. Cap. 33. 256.
De Libris habendis ad vſum Chori, & Bibliothecæ Conuentus. Cap. 34. 260.
De pœnitentia malè tractantium, & falſificantium litteras, vel ſigilla Officialium Ordinis, & Congregationis noſtræ, vel alterius perſonæ, nec non priuilegia, & inſtrumenta publica. Cap. 35. 262.
De pœnitentia percutientium, & incidentium in aliquem lapſum carnis, & reuelantium ſecreta Capituli, vel Domus. Cap. 36. pag. 263.
De pœnitentia falſi teſtis, & eum inducentis, & mittentis litteras infamatorias ſinè nomine ſuo. Cap. 37. 267.
De pœnitentia qua proprietarij puniuntur. Cap. 38. 269.
Quomodò Apoſtatæ recipiantur, & de pœnitentia eorum. Cap. 39. pag. 270.
Quæ ſit leuis de culpa. Cap. 40. 272.
Quæ ſit grauis culpa. Cap. 41. 273.
Quæ ſit grauior culpa. Cap. 42. 274.
Quæ ſit grauiſſima culpa. Cap. 43. 276.
De frequenti lectione harum Conſtitutionum; & earum obſeruantia. Cap. 44. 277.

DIF-

Digitized by Google

DIFFINITIONES ANTIQVÆ REFORMATÆ CONGREGATIONIS OBSERVANTIÆ LOMBARDIÆ

Vulgariter nuncupatæ, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini.

PROŒMIVM.

SIcut poſt illud naturale *a* dictamen, quod ſcriptum eſt in cordibus hominum, non ſolum Decalogi Præcepta, verum etiam immutatę, cum venit plenitudo temporis, iudiciorum, ac ceremoniarum leges, ad coercendam *b* humanæ temeritatis audaciam, Dei præcepto ſcriptæ ſunt. Et poſt Euangelicæ legis ſummam, quæ omni homini ſufficeret ad ſalutem, etiam Apoſtolorum dogmata, *c* Conciliorum *d* Decreta, ac Summorum Pontificum ſanctiones, & ſtatuta plurima, *e* homines per modum iuriſdictionis ad ſalutem impellentia facta ſunt, ac noua in dies, etiam nonnumquam prioribus oppoſita, *f* ſalubriter fiunt. Sic in ſpeciali reelecto ſtatu Religionis, poſt Regularium Votorum profeſſionem, Ordinis, & ſubindè reformatæ Congregationis Conſtitutiones, ac ſtatuta edita, aliæ nihilominus in Capitulis Generalibus Congregationis Diffinitiones, eiuſdem profeſſionis Vota, & Regulæ

a *Ca. ius natu-rale. & cap. 1. diſt. 1. in tex. et glo. magna.*

b *Ca. facta ſunt leges. c. erit autem lex. diſt. 4. ca. non fruſtrà. & ca. ad fidem. 23. q. 5.*

c *Augu. c. Apoſtolus. di. 81. ex cano. Apoſtolor. c. Presbyt. ead. ex Conc. Gangren. c. Presbit. diſt. 82. ca. ſint manifeſta. 12. q. 1.*

d *Cap. canones diſt. 15. & per totum ferè Decretor. librum. & Extra.*

e *Argu. diſt. 7. per totam.*

f *Argu. in cap. quia ſancta. §. verum. in fi. di. 63. capit. 1. de conſtit. in 6.*

mentem ſpecialius, & clarius exponentes, & conſeruare ſatagentes, inuentæ ſunt. Verum quià lex clara [g] eſſe debet, poſſibilis, vtilis, loco, temporiquè conueniens, non debet [h] reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietates temporum, ſtatuta quoquè mutentur [i] humana.

2 Ea propter omnium Capitulorum Generalium noſtræ Congregationis Diffinitiones, licet iuxtà temporum, & caſuum exigentiam, annis fermè ſeptuaginta, prouidè [k] ſatis, & conſultè editas, confuſas in primis, & abſquè alicuius continuationis ordine, in capitularibus libris inſpicientes, deſuetudine [l] prætereà, ac nouarum compilatione oppoſitarum, plures abrogatas, quaſdam verò ſæpius diuerſo ſtilo replicatas, alias rurſus ea, quæ tum in Regula, tum in Conſtitutionibus habentur, nimia prolixitate retexentes, nonnullas etiam declaratione indigentes agnouimus.

3 Quarè Fratrum noſtrorum ſaluti, ex crediti nobis officij debito [m] conſulentes, medium inter vtrumquè eligentes, tum abolitas, & replicatas omittendo, tum obſcuras exponendo: plerumquè etiam prò ſubiectæ materiæ exigentia, plures ex vna, nonnumquam verò, ex pluribus vnam conflantes, nonnullas in libro Conſtitutionum inſerentes, cæteras ſub certis Rubricis ad clarum, non tam temporum, quam ſubiectæ materiæ ordinem redactas, in vnum colligentes, eas diſponere, declarare, moderari, ac reformare [n] curauimus, ſacrorum Conciliorum, & Canonum concordantias, ac Summorum Pontificum Decreta, prò potiori roboris argumento, in marginibus connotantes. Volentes, ac etiam decernentes, quod hac tantum, & ſe-

g *In ca. erit autem lex. diſt. 4.*

h *De conſang. c. non debet.*

i *Ex Conc. apud Merecb. ca. priſcis. 10. q. 3. ex Conc. Tolet. ca. vnio. ea. ca. catholica. di. 11.*

k *Arg. in c. hoc ipſum. 33. q. 2.*

l *Arg. in cap ſi. de conſuetud.*

m *Arg. ex Regula Augu. & c. cum ad Monaſteriũ §. Abbas. de ſta. reg.*

n *Arg. in cap. leges. 3. q. 6.*

& ſequẽti Diffinitionum cõpilatione, vna cum Regula, & Conſtitutionibus reformatis, Fratres noſtræ Congregationis vtantur, & eaſdem, ſub pœnis in eis contentis, obſeruent.

De modo, & hora, ac ceremonijs celebrationis Diuinorum Officiorum. Rub. 1.

§. *Ex primo Capitulo Congregationis Mediolani celebrato* 1450. *Cap.* 1.

1 QViá in Regula dicitur: Orationibus inſtate horis, & temporibus conſtitutis: Declarantes dicimus, & ordinamus, quod Fratres quam maximè in nocte, ad ſurgendum prò Matutino, ſic tempora moderentur [a] noctium breuium, & longarum, quod Fratres ſurgentes ad Matutinum, potuerint ad minus quinque horis dormiuiſſe, aut ſeptem ad plus. Aliæ verò Horæ, [b] ſcilicet, Prima, Tertia, Sexta, & Nona poſſint citius, vel tardius, collectiuè, aut diuiſim dici, prout Priori, habita ratione loci, & Fratrum videbitur expedire. Veſperæ verò hora competenti, ſecundum temporum varietatem, & Patriæ conſuetudinem. Completorium autem ſemper antè collationem dicatur, in diebus ieiunij, & quandò Fratres cœnant, antè cœnam.

a *Arg. Hiero. c. nõ mediocriter. de conſe. diſt.* 5.

b *Arg. ex Conc. Agat. cap. Preſbyter. de celeb. Miſſ.*

§. *Ex Capitulis Mediolan.* 1450. *Brixien.* 1470. *alio Mediolan.* 1471. *& Alexan.* 1473. *Cap.* 2.

1 Et quià ſequitur in Regula: Nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum: Volumus, & ordinamus, quod in Eccleſijs noſtris, Fratres non can-

tent, niſi cantum firmum, [c] ſub pœna priuationis actiuæ vocis, & paſſiuæ.

2 Et quià ſimiliter in Regula non exprimitur quid, aut quandò cantari debeat, vt in Officijs vniformitas [d] obſeruetur, quid in nota, & quid in voce ſinè nota, more noſtro cantandum ſit, declaramus, & ordinamus. Igitur Officium Diuinum, nocturnum pariter, & diurnum, totum, ſemper, & vbiquè, ſiuè in nota, ſiuè ſinè nota dicatur, diſtinctè, moroſè, pariter, & deuotè dicatur, quatenus iuxtà Regulam noſtram. Hoc verſetur in corde, quod profertur in ore.

3 In omnibus diebus, exceptis Dominicis, & Feſtis de præcepto, Horæ diurnæ dicantur ſinè nota, & tono, ſed noſtro modo conſueto, nec nimis altæ, [e] nec nimis depreſſæ, ſed voce æquali, & fiat pauſa in medio verſiculi, ſic quod percipiatur ſilentium in Choro, omnibus æqualiter finientibus, & æqualiter incipientibus. Veſperæ autem dicantur eodem modo, niſi quod à Capitulo [f] in anteà, in nota, & tono, omni tempore cantentur, & *Magnificat, &c.* cum ſua Antiphona in tono occurrenti, & Antiphona Feſti præcedentis, cum alijs Commemorationibus, & debitis Orationibus. Commemorationes verò communes, ſeù ſuffragia Sanctorum, dicantur ſinè nota, excepta vltima de Pace, quæ dicatur cum nota. Semper autem, *Benedicamus Domino*, dicatur cum nota. Ad Completorium verò, ſemper cantetur Antiphona Beatæ Mariæ Virginis, ſecundum diuerſitatem temporum, Pſalmodia autem fiat, vt ſuperius eſt expreſſum ſinè nota, & tono.

4 Diebus verò Dominicis [g] Horæ dicantur, vt ſuprà, excepta Tertia, quæ ſemper cantètur in nota, & to-

c *Aug. in Regula. Hiero. in ca. cantantes. diſt. 92. Greg. ca. in ſancta. ca. argu. in d. cap. nõ mediocriter. ver. non verbis. de conſec. diſt. 5.*

d *Arg ex Conc. Agat. c. Presbiter. de celebrat. Miſſ. ca. do entes. de eo. Hiero. d. c. cantantes. diſt. 92. ca. quoniam. in fi. diſt. 61. & d. c. nõ mediocriter.*

e *Arg. in d. ca. nõ mediocriter. de conſec. di. 5.*

f *Ex Conc. Agat. c. conuenit. de conſ. diſt. 5.*

g *Arg. ex Gen. Synod. c. in dic. de conſ di. 5. c. perlectis. §. ad Primicer. di. 25.*

Digitized by Google

& tono, quod idem fiat in omnibus alijs Feſtis de præcepto, infrà hebdomadam occurrentibus. Quod ſi contingant in diebus ieiuniorum, tunc non cantetur Tertia, ſed Nona. Veſperæ autem, diebus prædictis, ſemper cantentur in nota, & tono ſuarum Antiphonarum, & ſic pariter Completorium, quod etiam in omnibus Sabbatis anni, eodem modo cantetur.

5 Officium autem Nocturnum ſic diſponatur, quod ſemper hymni Nocturnorum, & Laudum cantentur in tono ſuo. Antiphonę verò Nocturnorum, & Laudum non cantentur. Ad Laudes verò cantetur: *Benedictus, &c.* cum ſua Antiphona, & alijs Commemorationibus, modo ſuprà expreſſo.

6 In diebus verò ſolemnioribus, Matutinum dicatur, & cantetur, ſecundum quod diſcretioni Prioris videbitur expedire. Quandocumquè autem cantatur Hymnus. *Te Deum laudamus, &c.* vltima lectio ſemper cantetur in tono.

7 Inter Officium autem Beatiſſimæ Virginis, quandò in Choro dicendum eſt, & aliud Officium, ſit differentia vocis, [h] & Pſalmodiæ. Vocis quidem, vt ſit depreſſior in tertia nota, & ad plus in quarta. Pſalmodiæ verò, vt non ſit tam moroſa, nec pauſa, tam longa.

h *Arg. in d. c. perlectis. §. ad Primicerium. diſt. 25.*

§. *Ex Capitulo Mediolan.* 1450. *Cap.* 3.

1 Miſſam quotidiè cantare non imponimus, ſed ſolum in Dominicis diebus, & alijs Feſtis duplicibus. Si tamen in Conuentu ſint Fratres numero ſufficientes, non prohibemus, imò volumus, quod quotidiè Conuentualis [i] Miſſa cantetur. Siuè autem Miſſa cantetur, ſiuè non, quotidiè tamen Miſſa

i *Aug. in c. cum creatura. de celeb. Miſſ.*

vna

vna Conuentualis celebretur, cuius Seruitor ſe cum Cotta præparet, & duo Cerei in eleuatione Corporis Chriſti accendantur, ac ſi Miſſa ipſa cantaretur. Ad quam, ſecundum Conſtitutiones noſtras, omnes Fratres conueniant, præcipuè verò, qui non ſunt Sacerdotes, & Sacerdotes, qui eo die non celebrant. Si qui tamen ad primam Miſſam conuenerint, præcipuè Cõuerſi, & Commiſſi, qui aliàs per obedientiam in corporalibus exercitijs occupantur, ad ipſam Miſſam Conuentualem non teneantur.

§. *Ex Capitulo Ferrarienſi* 1494. *Cap.* 4.

1 Fratres celebraturi, vadant ad Altare capite cum Amictu cooperto, & eodem modo redeant ad Sacriſtiam. Et vt vniformitas vbiquè in noſtra Cõgregatione ſeruetur, hanc Diffinitionẽ, ab omnibus inuiolabiliter, obſeruari volumus, & mandamus.

De officio Fratrum Illiteratorum, et quorumlibet Conuerſorum, ac operibus eorum. Rub. 2.

§. *Ex Capitulo Annunciatæ Eremi* 1507. *& Foroliuienſi* 1510. *Cap.* 1.

1 STatuimus, & ordinamus, quod de cætero noſtræ Congregationis Fratres Conuerſi, & Commiſſi, quamquam litterati, ad Clericatus dignitatem non promoueantur, nec ad Sacriſtæ, [a] vel Procuratoris [b] officium eligantur, vel deputentur, nec ipſe Pater Vicarius Generalis eos ad aliquod præmiſſorum habilitare, aut Prioribus ſuper hoc licentiam valeat impertiri. Volentes, quod huiuſmodi Fratres Conuerſi, & Commiſſi, cum omni charitate, & humilitate Prioribus ſuis obediant

a *Arg. de offic. Sacriſt. c.* 1.

b *Arg. ex Conc. Calced. c. quià diſt.* 89.

Digitized by Google

diant in exercitijs, & operibus corporalibus, ad quæ vocati ſunt, & in Cōgregatione recepti, quantū ſingulorum facultas, & valetudo permiſerit, præcipuè verò in ſeruitio coquinæ, & horti. Id verò facere contemnentes, Conuerſi quidem à Prioribus ſuis ſeuerè puniantur, Commiſſi verò, cum facultate Patris Vicarij Generalis, in ſcriptis habita, à Cōgregatione noſtra, velut ea indigni licentientur.[c]

c Arg. Aug. in Regula.

§. *Ex Capitulo Generali Montis Speculi, omnium Obſeruantiarum Italiæ* 1449. *& Brixienſi* 1470. *Cap.* 2.

1 Licet Conuerſi, quamquam litterati, & Profeſſi, vocem in Capitulo non habeant in electione Priorum, [d] vel quorumcumque aliorum Officialium, curam animarum habentium, in alijs [e] tamen quibuſcumque electionibus, & Capitulis curam animarum non concernentibus, poſt expletum à Profeſſione triennium, ex gratia, vocem habere permittimus, & concedimus.

d De elec. in 6. cap ex eo. §. in Eccleſijs.

e Arg. à cont. ſent. ex Concil. Gener. ca. quià propter. de elec. & d. c ex eo. §. in Eccl. eo tit. in 6.

§. *Ex Capitulo Bononien.* 1476. *Cap.* 3.

1 Fratres Conuerſi, & Commiſſi, Officio Veſperorum in Choro, diebus Dominicis, & alijs diebus Feſtiuis deuotè interſint.

De Fratribus à noſtra Congregatione extraneis, & ab eadem licentiatis, aut aliàs egreſſis, in illa numquam recipiendis. Rub. 3.

§. *Ex Capitulo Mediolan.* 1511. *Cap.* 1.

1 AD abundantem litium cautelam ordinamus, quod in omnibus licentijs, tam per Diffi-

Diffinitorium, quàm per Patrem Vicarium Generalem dandis, Fratribus à Congregatione noſtra ſegregandis, iſta clauſula ſemper inſeratur, videlicet. *Omnia nihilominus iura,* [a] *actiones, & ſucceſsiones, tam de iure communi, quam ex priuilegijs, vel ſtatutis noſtræ Congregationis, occaſione ingreſſus, aut Profeſsionis tuæ, dictæ Congregationi in genere, aut alicui loco ipſius in ſpecie, qualitercumquè pertinentia, eiſdem reſeruamus, & in nullo penitus derogamus.*

a De probat. ca. in præſentia. de teſtam. c. 1. in fi. & c. cum in officijs. eo. tit. cap. quià ingredientibus 19. q. 3 c. perlatum. ca. ſi qua mulier, aut vir. ea. q. & cauſ. c. quicumque. 12. q. 5.

§. *Ex Capitulo Mediolan.* 1456. *Brixien.* 1460. *alio Mediolan.* 1464. *& Cremen.* 1521. *Cap.* 2.

1 Statuimus, & ordinamus, quod nullus Frater, qui non fuerit in Congregatione noſtra receptus à ſæculo, & in illa educatus, aut qui extrà eamdem Congregationem per annum ſteterit, ad aliquod officium, cui annexa ſit animarum cura, in ipſa Congregatione aſſumi poſſit.

§. *Ex Capitulis Montis Speculi, omnium Obſeruantiarum Italiæ* 1449. *Cremenſi* 1452. *Terdonen.* 1455. *Mediolan.* 1457. *alio Mediolan.* 1471. *Mantuano* 1497. *& Cremon.* 1499. *Cap.* 3.

1 Nullus Frater noſtri Ordinis Conuentualis, vel alterius Congregationis, in noſtra Congregatione recipiatur, vel ei incorporetur. Quicumque verò à noſtra Congregatione, ſiuè cum licentia, ſiuè abſquè illa receſſerit, & poſtmodum Ordini noſtro, aut alicui eius Congregationi legitimè ſe aggregauerit, vel in aliqua alia Religione profeſſionem

Digitized by Google

ſionem emiſerit, numquam amplius in ipſa Congregatione noſtra recipiatur, ſicut in Conſtitutionibus noſtris cautum eſt. Nulluſquè Frater noſtræ Congregationis, prò aliquo ex huiuſmodi Fratribus, vlterius in noſtra Congregatione recipiendo, intercedere, vel quoquomodò verbum facere præſumat.

2 Nec ipſe quidem Pater Vicarius Generalis, aliquem huiuſmodi recipere poſſit, nec in aliquo loco ipſius Congregationis eo prætextu admittere, vt mores ipſius ad tempus experiatur, nequè de receptione ſpes vlla detur eidem quouis modo.

3 Et nihilominus ſi quandò aliquem huiuſmodi Fratrum, quauis ex cauſa ineuitabili in noſtra Congregatione recipi cōtingeret, iſte talis ſit actiua, paſſiuaquè voce priuatus in perpetuum, & nouiſſimū [b] locum teneat in Conuentu, ac ſi tunc veniret à ſæculo, & in probatione, [c] ſicut Nouitij, vſquè ad futurum Capitulum permaneat, & tunc iuxtà teſtimonium Fratrum cum quibus vixerit, & conuerſatus fuerit, ad ipſius Diffinitorij arbitrium de ipſo diſponi volumus, & mandamus, cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat.

b *Argu. in cap. mandamus. in ſi 19. q. 3. c. intelleximus. §. nè igitur. de ætat. & qualit.*

c *Arg. in c. legem. diſt. 53. c. ſi quis incognitus. 17. q. 2. c. multos. di. 54.*

De educatione Nouitiorum, & Clericorum, & licentia eorum, qui ad Ordines promoueri debent. Rub. 4.

§. *Ex Capitulo Taurinen.* 1508. *& Cremonen.* 1517. *Cap.* 1.

1 QVoniam proba liberorum educatio, [a] instituendæ Reipublicæ, permaximè noſcitur eſſe neceſſaria, volumus, & ordinamus, quod

a *Arg. ex Conc. Tolet. c. omnis ætas. 12. q. 1.*

Digitized by Google

tam Nouitij, quam Clerici ſolerti cura, & diligenti ſolicitudine, in pietate, & litteris inſtruantur, ac erudiantur, & ſuper hoc Pater Vicarius Generalis ſummoperè inuigilet, alioſquè ſuo exemplo, ad id efficaciter confortet, & inducat.

§. *Ex Capitulo Mediol.* 1473. *Cap.* 2.

1 Nullus Frater noſtræ Congregationis ſinè Patris Vicarij Generalis licentia [b] ſpeciali, in ſcriptis habita, ad aliquem Ordinem promoueatur.

b *De tēpore ordi. c. ad aures. in Conc. Gener. Lugdun. c. eos. & c. cum nullus. eo. tit. in 6. Clenè in agro. §. ad ampliationē. de ſta. reg. arg. ex Conc. Agat. cap. Monach. el 1. ex Conc. Hylerden. cap. cum prò vtilitate. 16. q. 1. ex Conc. Agat. 5. c. ſi quis. & c. nullus. di. 58. cap. quamquam. diſt. 23.*

Quomodò Fratres ad prædicandū promoueantur, & Prædicatores ad prædicandum mittantur, & ad ſua loca reducantur. Rubrica 5.

§. *Ex Capitulis Brixien.* 1498. *Cremonen.* 1499. *Foroliuien.* 1510. *& Mutinenſi* 1514. *Cap.* 1.

1 VOlumus, & ordinamus, quod Pater Vicarius Generalis, & Viſitatores noſtræ Cōgregationis, tempore viſitationis, diligenter inquirant de Fratribus, ad prædicationem verbi Dei promouendis, ac etiam promotis, eoſquè diligenter examinent, quatenus eorum informatione, Præſidens, ac Diffinitores Capituli Generalis noſtræ Congregationis, doctis in ſacra pagina, examinatis, vt præfertur, & à ſe approbatis, prædicationis officium, iuxtà formam [a] iuris, & priuilegiorum noſtrorum tenores, committere valeant, ac indignos deponere. Nulluſquè aliter, quam præuia examinatione præfata, aliquem promouere, ſeù promouendum Diffinitorio proponere præſumat.

a *Clem. dudum. de ſepult. & in priuilegijs Ordinis.*

§. *Ex*

§. *Ex Capitulo Bergomen.* 1500. *Et Cremonen.* 1517. *Cap.* 2.

1 Quoniam iuxtà Apoſtolicam doctrinam, Prædicatores verbi Dei non rectè prædicabunt, niſi per obedientiam mittantur, [b] ſtatuimus, & ordinamus, quod Prædicatores noſtri, per litteras obedientiæ Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis, præcipuè prò Quadrageſima, de conſilio Patrum Viſitatorum, ſi commodè haberi poterunt, deſtinentur, cui abſquè contradictione aliqua humiliter obediant. [c] Alijs autem temporibus infrà annum, in locis, & Quæſtis ſuis, ſi Priores erunt, ac de Prioris licentia, ſi Subditi fuerint, prędicare poterunt, niſi Pater [d] Vicarius Generalis aliter ordinauerit.

2 Ea propter diſtrictè prohibemus, nè quis abſquè Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis licentia ſpeciali, in ſcriptis habita, ſeipſum, aut alium noſtræ Congregationis Prædicatorem, prò Aduentu, aut Quadrageſima alicui Eccleſiæ, vel loco, extrà loca noſtræ Congregationis ſpecialiter promittat, [e] contrafacientes autem voce careant per ſexennium, & per menſem vnum, pœnæ ſubiaceant culpæ grauioris.

§. *Ex Capitulo Annunciatæ Eremi* 1495. *Cap.* 3.

1 Statuimus, & ordinamus, quod Prædicatores noſtrę Congregationis, expenſis [f] Cõuentus in quo, vel cuius Eccleſia, ſeù Quæſta, & cuius nomine prædicauerit, conducantur, & ad locum ſuæ conuentualis obedientiæ reducantur. Perfunctoquè prædicationis officio, prouideatur eis à Priore loci in quo, vel cuius Quæſta, aut nomine prædicauerint, de

b *Ad Rom. cap.* 10.

c *Aug. in Reg. arg. in ca. cũ ad Monaſteriũ. §. Albas. de ſta. reg. ex Concil. Aurel. cap. Abbates. el* 1. 18. *q.* 2. *cap. à Subdiacono. in fin. di.* 93. *c. ad aures. de tẽp. ord. c. cum in Ecc leſijs. de maio. & obed. Greg. ca. ſciendũ.* 8. *q.* 1.

d *Arg. ex Conc. Tolet. c. quamquam. in fi. di.* 23.

e *Quià nec promittere, nec velle poteſt. arg. in c. quod quibuſdam. de fideiuſſ. c. Monacho.* 20. *q.* 4. *c. quià ingredientibus. c. Prælatum.* 19. *q.* 3. *c. ſi qua. c. non liceat. cap. q. & cauſa.*

f *Arg. ex Conc. Cabilon. c. cauendum.* 10. *q.* 3. *cap. Sacerdos.* 1. *q.* 2.

 Cap-

Digitized by Google

Cappa, vel alio indumento, iuxtà formam Conſtitutionum Congregationis noſtræ, ſi eguerint. Si autem ipſi Prædicatores libris indiguerint, & pretium indumentorum huiuſmodi, in emptionem librorum, ad eorum vſum deputandorum, conuerti prælegerint, non dentur ipſis pecuniæ, ſed libri ipſi emantur, aut ſi tunc commodè haberi non poterunt, Priori ſuo conuentuali prò illis emendis, mittantur.

2 Quicumquè verò, ſiuè in locis noſtris, ſiuè extrà loca Congregationis prædicauerint, omnes eleemoſynas, quauis occaſione, tam in pecunijs, quam alijs quibuſcumque rebus habitas, Priori loci prò quo prædicauerint, aut Priori ſuo conuentuali, ſi omninò extrà Quæſtas locorum noſtræ Congregationis prædicauerint, deductis expenſis interim factis, fideliter, & integrè conſignent. Contrafacientes verò, vel fraudantes, vt proprietarij habeantur, & furti g iudicio puniantur.

g Aug. in Reg. & c. non dicatis. 12. q. 1.

§. *Ex Capitulo Alexandrino* 1473 *Cap.* 4.

1 Quandocumquè Prædicatores iuniores, ad prædicandum extrà Conuentum mittuntur, de maturo, ac diſcreto Socio eis prouideatur.

De litteris miſsiuis Fratrum, & ab alijs recipiendis, & procuratis. Rub. 6.

§. *Ex Capitulo Bonon.* 1491. *Mantuano* 1497. *alio Mantuano* 1509. *& Foroliuien.* 1510. *Cap.* 1.

1 DIffinimus nè quis Frater Subditus noſtræ Congregationis, Exvicarijs Generalibus, Diffi-

Diffinitoribus, Viſitatoribus, Procuratore Congregationis, Socio Patris Vicarij Generalis, & Secretario eiuſdem dumtaxat exceptis, litteras [a] clauſas, vel apertas, quas Prior ſuus prius non totaliter perlegerit, ac conceſſerit, & quę ſigillo ipſius Prioris ſigillatæ, aut manu propria eiuſdem ſubſcriptæ non fuerint, quibuſuis ſiuè de noſtra Cõgregatione, ſiuè extraneis, Superioribus ipſius Prioris dumtaxat exceptis, mittere præſumat. Receptas verò ab alijs huiuſmodi, ſtatim Priori ſuo aperiendas, & perlegendas præſentet. Contrafacientes autem Priores, Pater Vicarius Generalis ab officio ſuſpendat, aut aliter puniat, Subditos verò actiua, paſſiuaquè voce priuatos eſſe declaramus per annum. Addentes, quod prò qualibet vice, ter diſciplinam faciant, & toties in pane, & aqua ſolum, in medio Refectorij, ſinè diſpenſatione ieiunare cogantur.

a *Arg. Aug. in Reg. & ca. non dicatis. 12. q. 1.*

§. *Ex Capitulo Mantuano* 1472. *Cap.* 2.

1 Litteræ Fratrum, quæ ſi ad extraneorum manus deuenirent ſcandalum generare veriſimiliter poſſent, ſi quo caſu ad manus cuiuſcumque Fratris noſtræ Congregationis peruenerint, reſeruentur, & Patri Vicario Generali, aut Viſitatoribus tempore viſitationis diſcutiendæ tradantur. Contrafacientes eamdem pœnam, arbitrio Patris Vicarij Generalis, aut Viſitatorum ſuſtinere cogantur, qua litteras huiuſmodi mittentes, puniendi forent.

§. *Ex Capitulo Bergomen.* 1500. *Cap.* 3.

1 Statuimus, quod quicumque procurauerit litteras, vel preces importunas Principum, Prælatorum, vel Curialium, aut aliarum quarumcumque

per-

perſonarum, prò quacumque promotione, [b] vel confirmatione, ſeù abſolutione alicuius officij in Cōgregatione obtinendi, vel obtenti, vel prò pœnitentia ſubterfugienda, quo minus diſpoſitio noſtræ Congregationis liberè valeat obſeruari, eo ipſo ſua petitione fruſtretur, & voce careat per ſexennium, & nihilominus per vnum menſem pœnæ ſubiaceat culpæ grauioris.

b *Quià à Congregatione liberè promouendi ſunt. ex Conc. Tolet. c. congregatio. 16. q. 7. ex Cōc. Moguntin. cap. Abbas. Greg. c. Abbatem. el 1. & 2. c. quam ſit neceſſariū. § defuncto. 18. q. 2. de elect. c. 1. de conſtit. ca. cum dilectus.*

De cibis, ieiunijs, & abſtinentijs Fratrum, ac lectione Menſæ. Rub. 7.

§. *Ex Capitulo Generali Montis Speculi, omnium Obſeruantiarum Italiæ* 1449. *Mediol.* 1450. *Cremon.* 1469. *alio Mediolan.* 1471. *& Alexandrino* 1473. *Cap.* 1.

1 IN Regula dicitur: Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus, quantum valetudo permittit. Quod verbum ità conſcientias quorumdam ſcrupuloſè perturbat, vt ſibi propterea, videatur, ad extremum abſtinentiæ poſſibilis obligare, cum tamen vir ſanctus, & doctiſſimus Vgo de Sancto Victore, in expoſitione ſuper hoc verbo dicat: *Hic virtus diſcretionis commendatur, & pereunt* [a] *ipſa virtutes, ſi abſquè diſcretione fiant.* Ideò in Conſtitutionibus noſtris diſcretè ſatis ieiuniorum, & abſtinentiarum, vltrà [b] ea, quæ ab Eccleſia præcipiuntur, [c] modus exprimitur.

2 Quarè diffinimus, & ordinamus, quod vltrà ieiunia, & abſtinentias ab Eccleſia, & Conſtitutionibus

a *Hiero. ca. non mediocriter. de conſec. diſt. 5.*

b *Argu. in cap. ſtatuimus. diſt. 4. Ambro. cap. Quadrageſima. Greg. cap. deniquè. ea.*

c *Videlicet Quadrageſima ex Conc. Agat. c placuit de cōſec. diſt. 3. ex Conc. Martini Papæ c. non liceat. ex Conc. Laodicen. ca. non oportet. ex Conc. Cæſarauguſt. c. nè quis ea. Item quatuor Temp. ex Conc. Mogun. c. conſtituimus. diſt. 76. ex Conc. Soleguſtan. ca. de ieiunio. ca. ieiunium. ca. ſtatuimus. ea. Item vigiliarum Natiu. Domini. Aſſumptionis B. Mariæ, & Apoſtolorum. de obſer. ieiunij per totum. Item Pentecoſtes. de eo. lib. 6.*

nibus noſtris inſtitutas, etiam in vigilijs Aſcenſionis Domini: Corporis Chriſti: Sanċti Patris noſtri Auguſtini: Natiuitatis Beatæ Virginis Mariæ: Sanċtæ Matris Monicæ: Sanċti Nicolai de Tolentino, & cuiuslibet ſolemnitatis ad Communionem generalem deputatæ, Fratres noſtræ Congregationis ieiunent. In Paraſceue verò pane tantum, & aqua cum laċtucis, [d] & aliarum herbarum inſalatutijs reficiantur.

3 Declaramus nihilominus quod itinerantes, & alij exercitijs corporalibus ex obedientia multum laborantes, ac in alijs caſibus, in quibus ad ieiunia, & abſtinentias Eccleſiæ non tenerentur, nequè nos ad ieiunia, & abſtinentias noſtras obligare intendimus; ea tamen ſinè [e] Superioris licentia nemo violare præſumat. Itinerantes verò, qui eodem die ad locum noſtræ Congregationis accedere, vel redire non poſſunt, in ipſo itinere de appoſitis, [f] etiam carnibus, diebus ab Eccleſia non prohibitis, iuxtà regulam Apoſtolicam, licitè comedere poſſint, præter quam in Aduentu Domini.

4 Et nihilominus iuxtà Regulæ tenorem prohibemus, nè quis in Conuentu aliquid alimentorum cibi, aut potus, extrà horas [g] conſtitutas, nec extrà cõmune Refectorium [h] abſquè Superioris licentia ſpeciali, ſumat, niſi cum ægrotat. Bibendi tamen in communi Refectorio, licentiam Prior petentibus faciliter concedat, niſi ducant in conſuetudinem.

d *Argu. ex libro Exod. c. 12.*

e *Augu. in Regula.*

f *Arg. Aug. ca. quiſquis, & ex Conc. Cartag. c. Cler. diſt. 41.*

g *Aug. in Reg. arg. ex Concil. Martini Papæ. c. non liceat. di. 44. ex Concil. Nanneten. c. quoniam. ea.*

h *Arg. in ca. cũ ad Monaſteriũ. §. in Refectorio. de ſtat. reg. ca. perniciosſam. 18. q. 2. c. præter. §. præcipientes. di. 32. ex lib. cap. c. in omnibus de conſec. diſt. 5.*

§. *Ex Capitulis Mediolan.* 1453. *Brixien.* 1470. *& alio Mediolan.* 1471. *Cap.* 2.

1 Antiquam noſtri Ordinis Conſtitutionem innouantes diffinimus, & ordinamus, quod nullus

Fra-

i *Argu. in iuribus prox. allegatis.*

k *Quia legem non habet. c ſicut. de conſec. diſt. 1. c. quantò. de conſuet de conſ. diſt. 5. c. diſcipulos. ex Conc. Cartag. 4. ca. cum omnibus. diſt. 8 c. ſi quis propter neceſſitatem. de fur.*

Frater noſtræ Congregationis in Ciuitatibus, Terris, & locis, vel ſuburbijs, in quibus ſunt noſtri Conuentus, extrà [i] Cōuentum, in domibus Sæcularium, niſi neceſſitate [k] magna id exigente, comedere audeat, aut bibere. Contrafacientes ad ieiunandum tribus diebus immediatè ſequentibus, in pane, & aqua ſolum, prò qualibet vice condemnamus.

§. *Ex Capitulo Terdonen.* 1455. *Cap.* 3.

1 Inhibemus nè quæuis perſona Sæcularis in cōmuni Refectorio cum Fratribus comedat, niſi ſint Prælati Eccleſiaſtici, aut illuſtres Domini temporales, aut in die ſolemnitatis loci, vel celebrationis nouæ Miſſæ, vbi eſt conſuetudo, quæ tamen diminuatur, & ſi abſquè ſcandalo fieri poteſt, in totum amoueatur.

§. *Ex Capitulo Mediolan.* 1450. *Cap.* 4.

l *Aug. in Regul. ex Conc. Tolet. 3. cap. prò reuerentia. diſt. 44. ex Conc. Nanneten. ca. quandò autem. Greg. c. conuiuia. ea. c. in omnibus de conſec. diſt. 5.*

1 Quià in Regula dicitur: Cum acceditis ad menſam, donec indè ſurgatis, quod vobis ſecundum conſuetudinem legitur, ſinè tumultu, & contentionibus audite. Diſcretam legendi [l] in menſa conſuetudinem approbantes, volumus, quod vbi fuerint octo Fratres ad minus, in menſa ſedentes, & duo extrà menſam, vnus videlicet legens, & alter ſeruiens, per totum prandium, & cœnam, donec indè ſurgatur, primò in latino, poſteà in fine in vulgari, ad arbitrium Prioris, de Biblia maximè, ſiuè alijs libris Sanctorum ſemper legatur, cui lectioni omnes cum ſummo ſilentio intendant. Vbi autem non fuerint octo Fratres huiuſmodi, ſufficiet legere parum in principio, & parum circà finem, ſicut diſcretioni Prioris videbitur expedire.

Sem-

Digitized by Google

Semper tamen ſilentium [m] in menſa ſeruetur, niſi iuxtà formam Conſtitutionum, aliquandò Superioris arbitrio, rationabiliter ſuper hoc fuerit diſpenſatum.

m *Aug. in Reg. & c. cũ ad Monaſterium. §. in Oratorio verò, & Refectorio. de ſta. reg.*

De rebus ad vſum Fratrum concedendis, & modo tenendi eas. Rub. 8.

§. *Ex Capitulo Cremonen.* 1480. *Cap.* 1.

1 QViá in Regula legitur: Veſtes veſtras in vnum habeatis, ſub vno cuſtode, vel duobus, vel quot ſufficere poſſint ad eas excutiendas, nè à tinea lædantur.

2 Declaramus, quod de ſcitu, & licentia Prioris, quilibet Frater in Cella ſua, abſquè tamen alicuius clauis, vel ſeraturæ propriæ incluſione, veſtes, & libros, & alia ad priuatum vſum ſibi conceſſa tenere poteſt. Superflua tamen, & paupertati Congregationis contradicentia, Priores ad vſum ſuum non teneant, nec Fratribus concedant.

§. *Ex Capitulo Mediolan.* 1453. *Mantuano* 1483. *Cremonen.* 1499. *Taurin.* 1508. *Cap.* 2.

1 Cum in Regula dicatur: Non dicatis aliquid proprium. Et qui rem ſibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.

2 Nulli Fratri concedatur apud ſe tenere pecunias, [a] niſi prò communi adminiſtratione Conuentus, aut cauſa neceſſitatis, vt in itinere, vel alia cauſa certa Priori notificata, expendendas. Sed ſi quis à parentibus, vel amícis, prò libris emendis, vel alia cauſa rationabili, aliquid receperit, id cum

a *Arg. ex Conc. Later. c. Monachi. §. qui verò de ſtat. reg.*

Digitized by Google

ſpeciali ſui Prioris licentia fiat,& in communi Conuentus depoſito reponatur, nec ſinè ſpeciali Prioris licentia, quem prò tempore habuerit, expendatur.

3 Priores autem locorum, ſi quid huiuſmodi depoſitorum habuerint, de Patris Vicarij Generalis licentia ſpeciali, ſimiliter teneantur. Contrafacientes rebus ipſis priuentur, & in rem communem loci, in quo conuentuales fuerint redigantur, & iuxtà Regulam puniantur.

§. *Ex Capitulo Vitellian.* 1516. *Cap.* 3.

1 Vniuerſis, ac ſingulis noſtræ Congregationis Fratribus, Subditis, ac Superioribus, præſentibus, & futuris, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna furti, & priuationis officiorum ſuorum præcipimus, nè bona ſibi ab affinibus, aut alijs quibuſcumque donata, legata, aut quæ ipſi in teſtamento reſeruauerint, ſiuè prò ſemel, ſiuè pluries, vel annuatim exigenda, ad quemcumque vſum apud ſe retineant, [b] nequè abſquè licentia ſpeciali ſui Prioris, quem prò tempore habuerint, eiſdem vtantur. Sed iuxtà Regulæ, & Conſtitutionum noſtrarum tenores, in rem communem redacta, in libro Conuentus recepta, & expenſa, ſicut bona cætera Conuentus ſcribantur, arbitrio Prioris diſtribuenda. Contrà quam formam, nullam generalem licentiam dari, aut datam valere volumus. Pia tamen, & laudabilis diſcretio, ità à Superioribus obſeruetur, quod vltimæ voluntates hominum, quantum Deo propitio, & Religionis norma, decorequè ſeruatis, fieri poteſt, obſeruentur.

b *Argu. in cap. cum ad Monaſteriũ. in fi. & d. ca. Monachi. de ſta. reg. c. 6.*

§. *Ex*

§. *Ex Capitulo Vitellian.* 1516. *Cap.* 4.

1 Superioribus locorum noſtræ Congregationis, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio eorum præcipimus, nè dent pecunias Fratribus prò veſtibus, ſed veſtes ipſas, iuxtà Regulam Beati Patris noſtri Auguſtini, & formam, ac laudabilem ritum noſtræ Congregationis faciant. Aut ſi tunc commodè fieri non poſſunt, quandò à Conuentu recedunt, Prioribus eorum pecunias mittant, ſcribentes cui, quid, quantum, per quem, & prò quibus veſtibus mittant. Et niſi Prioribus conſignent veſtes, & pecunias huiuſmodi, cum cedula, [c] ſeù liſta Prioris loci à quo recedunt, vt aliàs diffinitum eſt, non fiant illis veſtes aliæ.

c *Arg. ex canon. Apoſtolor. c. ſint manifeſta res. 12. q. 1.*

§. *Ex Capitulo Vitellian.* 1516. *Cap.* 5.

1 Ad quamlibet ſuſpicionis nebulam auferendam, quæ de Procuratorum Conuentuum noſtrorum fideli adminiſtratione exoriri, & perturbationis occaſionem præſtare poſſet: ſtatuimus, & ordinamus, quod quandocumquè pecunias mutuò [d] accipi contigerit, Procurator Conuentus pecuniarum huiuſmodi ſummam, & ſibi mutuantis nomen, & cognomen, eodem die Priori notificet, & in libro creditorum Conuentus ſcribat. Subindè verò è regione, & ex aduerſo, mutui reſtitutionem, eiſdem diebus, quibus, vel in totum, vel in partem fiet, ſimiliter ſcribat. Et ſi quid huiuſmodi fecerit, ſingulò menſe, quandò rationes introituum, & expenſarum leguntur, Priori, & Fratribus in Capitulo legat, & declaret.

d *Arg. in cap. quod quibuſdã. de fideiuſſ.*

§. *Ex Capitulo Vercellen.* 1512. *Cap.* 6.

1 Quilibet Prior, ſingulo anno, faciat inuentarium *e* omnium librorum, veſtimentorum, ac aliarum rerum ad vſum Fratrum ſuorum, tam recedentium, quam remanentium, & aduentantium conceſſarum, & illud Patri Vicario Generali, & Viſitatoribus oſtendat.

e *Arg. ex Conc. Triburien. cap. quicumque. 12. q. 5. & Gregor. ca. charitatem. ead. q. 2.*

§. *Ex Capitulo Comen.* 1463. *Cap.* 7.

1 Quilibet Frater noſtræ Congregationis, ſuper omnes, & ſingulos libros, ſibi ad vſum cōcedendos, ſub pœna priuationis ipſorum, in fronte primi folij ipſius libri, manu propria Patris Vicarij Generalis inſcribi faciat, cuius *f* Conuentus ſit ille liber, & ad cuius vſum ſit conceſſus, & in libro illius Conuentus ſimiliter ſcribantur.

f *Arg. ex canon. Apoſtolorum. c. ſint manifeſta res. 12. q. 1.*

§. *Ex Capit. Mant.* 1497 *& Caſal.* 1501. *Cap.* 8.

1 Vniuerſis, & ſingulis noſtræ Congregationis Fratribus, tam præſentibus, quam futuris, Subditis, & Prælatis, cuiuſcumque gradus, & dignitatis extiterint, ſub pœna carceris, & priuationis omnium, librorum, ſibi ad vſum conceſſorum, præcipimus nè libros *g* à ſe editos, aut alios quoſcumque abſquè Patris Vicarij Generalis licentia ſpeciali, in ſcriptis habita, imprimi faciant.

g *Aug. in Reg. & ca. non dicatis. 12. q. 1.*

§. *Ex Capitulo Cremon.* 1499. *Cap.* 9.

1 Nullus Frater, ſiuè Prælatus, ſiuè Subditus exiſtat, de loco ad locum transferat forcerios, aut capſas ornatas, *h* & humilitati, ac paupertati Congregationis noſtræ non congruentes.

h *Arg. in regul. ibi nihil fiat, & ex Concil. Cartag. 4. c. Cleric. diſt. 41.*

§. *Ex*

Digitized by Google

§. *Ex Capitulo Mediolan.* 1471. *Cap.* 10.

1 Priores non concedant [i] licentiam Confeſſoribus, aut alijs Fratribus, veſtes, aut quodlibet aliud ad proprium vſum procurandi, niſi iuxtà numerum, & qualitatem per Conſtitutiones definitam. Si autem in pecunia id receperint, Priori ſicut cætera fideliter conſignent, ipſius arbitrio expendendum.

i *Arg. in Regul. ibi diſtribuatur vobis à Præpoſito veſtro*,

§. *Ex Capitulo Foroliuien.* 1510. *Cap.* 11.

1 Statuimus, & ordinamus nè quis Frater noſtræ Congregationis, ſiuè Subditus, ſiuè Prior, cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat, Equum, aut Iumentum aliud, per ſe, vel per interpoſitam perſonam, ad priuatum [k] vſum ſuum teneat, ſinè ſpeciali, & expreſſa licentia Patris Vicarij Generalis, in ſcriptis habita, in qua rationabilis, ac euidens cauſa exprimatur. Contrafacientes verò eis priuentur, & grauiter puniantur.

k *Arg. in Regula ibi ſint vobis omnia communia*.

Quomodò noua loca acceptari, & Capellæ concedi debeant. Rub. 9.

§. *Ex Capitulis Montis Speculi, omnium Obſeruantiarum Italiæ* 1449. *& Mantuano* 1509. *Cap.* 1.

1 TAmetſi acceptandi noua loca, nobis, & Ordini noſtro ſit ab Apoſtolica Sede conceſſum, nè conceſſa nobis facultate abuti [a] videamur. Vniuerſis, & ſingulis noſtræ Congregationis Fratribus, tam Prælatis, quam Subditis cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtant, diſtrictius inhi-

a *Greg. c. priuilegium. 11. q. 3. & cap. vbi iſta didiciſti. di. 74.*

inhibemus, nè locum nouum prò Conuentu, aut membro Conuentus noſtræ Congregationis, abſquè Diffinitorij licentia ſpeciali in ſcriptis habita, acceptare præſumant. Nec etiam ipſe Pater Vicarius Generalis id faciat, niſi fortè locus aliquis notabilis dignitatis, cuius receptio commodè ad Capitulum vſquè differri non poſſet, occurreret. Et tunc etiam non niſi de Patrum Diffinitorum, & Viſitatorum, ac aliquorum aliorum Patrum circumadiacentium locorum, qui commodè haberi poterunt, conſilio [b] poterit acceptari.

b *Quià facilius inuenitur, quod à pluribus ſenioribus quæritur. c. de quibus cauſis. diſt. 20.*

§. *Ex Capitulo Brixien.* 1485. *Cap.* 2.

1 Capellæ [c] in Eccleſijs noſtris nemini concedantur, abſquè Diffinitorij licentia ſpeciali, in ſcriptis habita.

c *Argu. in iuribus proximè allegatis.*

§. *Ex Capitulo Caſalen.* 1501. *Cap.* 3.

1 Nulla fiant Organa de nouo, nequè facta mutentur, aut deſtruantur, vel alienentur, abſquè Diffinitorij licentia ſpeciali in ſcriptis habita. Contrafacientes autem ex nunc, pœnæ grauioris culpæ adiudicamus per quindenam.

§. *Ex Capitulo Cremonen.* 1469. *Ferrarien.* 1494. *Mantuano* 1497. *& alio Cremon.* 1499. *Cap.* 4.

1 Vniuerſis Prioribus localibus noſtræ Congregationis, tam præſentibus, quam futuris, ſub pœna priuationis officij mandamus, quatenus infrà ſex menſes, poſtquam ad ſua loca peruenerint, fieri faciant bonos, & tutos carceres, cum compedibus, & alijs, ad fugitiuorum [d] cuſtodiam, neceſſarijs pariter, & opportunis.

d *Arg. ex Conc. Brach. c. cũ beatus diſt. 45. c. à nobis de Apoſtat. ex Concil. Aurel. c. Albates. in fin. 18. q. 2. c. ſi in qualibet. 24. q. 2. Greg. c. ſi cuſtos. c. ſi homo eſſes. 27 q. 1. ex Cõc. Tribur. c. impudicas. ea. q. & cauſ.*

Quo-

Quomodò eligatur Procurator Generalis Congregationis in curia Romana, & de officio, & auctoritate ipſius. Rub. 10.

§. Ex Capitulo Bonon. 1491. *Cremon.* 1492. *Florentino* 1493. *Mantuano* 1497. *Cremon.* 1499. *& alio Cremon.* 1517. *Cap.* 1.

1 STatuimus, & ordinamus, quod Diffinitorium Capituli Generalis noſtræ Congregationis, ſingulo triennio, Procuratorem Generalem a vnum Congregationis in Curia Romana inſtituat, qui eam ſuper Congregationem noſtram, locaquè, ac perſonas ipſius habeat auctoritatem, quæ hac Diffinitionum compilatione exprimitur, & quam in mandato ſpeciali, quod eidem publico inſtrumento per Diffinitorium, aut Patrem Vicarium Generalem fieri ordinamus, ac etiam per ſpeciales litteras prædictorum, nec non per ſpecialia mandata, & commiſſiones Capitulorum Conuentuum, ac Priorũ eorumdem dari ei, & committi contigerit. Cauſas tamen Congregationis grauiores, nõ niſi de conſilio Prioris, de Populo Vrbis pertractabit. Et primum locum in Conuentu, & in Vrbe teneat poſt Priorem ſuum de Populo. In alijs verò locis noſtræ Congregationis, poſt Priorem loci, & ſuum ſi fortè adfuerit. In Capitulo autem Generali noſtræ Congregationis immediatè poſt Patres omnes Diffinitorio aſſiſtentes, & vocem habeat in Capitulo ipſo Congregationis.

a In cap. Saluator. poſt med. 1. q. 3.

2 Ea propter vniuerſis, & ſingulis noſtræ Congregationis Fratribus, præſentibus, & futuris, tam Subditis, quam Superioribus diſtrictè præcipimus,

nè

nè quis, abſquè Patris Vicarij Generalis licentia ſpeciali, in ſcriptis obtenta, Romam accedere quouis quæſito colore præſumat. Et nihilominus cum huiuſmodi licentia accedentes, vel aliàs mittentes, quæuis negotia, vel cauſas, aut ſupplicationes Congregationis, ſeù ſpecialium locorum, vel perſonarum, in Curia Romana, abſquè ſcitu, conſenſu, & voluntate præfati Procuratoris Generalis, qui prò tempore fuerit, non audeant pertractare. Contrafacientes verò, à Priore de Populo Vrbis, aut Procuratore Generali præfato, vel alicuius ipſorum Locumtenente incarcerentur, aut alia pœna ipſorum arbitrio infligenda, prout caſus, aut ſcandali materia exigere videbitur, puniantur.

3 Volumus quoquè, quod ipſe Procurator Generalis per ſe, & Prior de Vrbe etiam per ſe, qui prò tempore erunt, poſſint Apoſtatas *b* quoſcumque ad Vrbem declinantes, ab excommunicatione, quam propterea incurriſſent, abſoluere, & alios Fratres Congregationis noſtræ, etiam cum licentia Patris Vicarij Generalis, diſcolos, & ſcandaloſos, ad Vrbem accedentes, ſecundum Congregationis inſtituta, carceribus *c* tradere, ac de ipſis extrahere, ſecundum quod diſcretioni eorum videbitur expedire.

b *Arg. in iuribus in ver. fugitiuorum. ſuprà allegatis.*

c *Argu. in cap. quamuis de pœnis. in 6. & in c. ſi Clericos. de ſent. excom. l. 6.*

§. *Ex Capitulo Mantuano* 1509. *Cap.* 2.

1 Procurator Generalis Congregationis in Curia Romana librum habeat, in quo computum, & rationem teneat, & ſcribat, introituum, & expenſarum noſtræ Congregationis in genere, quæ ad manus ipſius deuenient. Similiter de pecunijs, quas recipere eum contigerit, prò generalibus, aut ſpe-

ſpecialibus cauſis, aut litibus Conuentuum, vel perſonarum, quas in Curia tractabit, ſcribendo nomina, & cognomina eorum, & cauſarum, prò quibus receperit, & quibus, quantumuè, ac cuius rei gratia dederit. Et de omnibus rationem reddat Patri Vicario Generali noſtræ Congregationis, & etiam Diffinitorio Capituli noſtri Generalis, ſi fuerit requiſitus.

Quomodò Fratres extrà mitti debeant, & ad loca ſua pergere non differant. Rub. 11.

§. Ex Capitulis Mediolan. 1471. *Cremon.* 1481. *Bonon.* 1491. *alio Cremon.* 1492. *Floren.* 1493. *Ferrar.* 1494. *Annunciatæ Eremi* 1495. *Mantuano* 1497. *Brixienſi* 1498. *& alio Cremonen.* 1499. *Cap.* 1.

1 Diffinimus, vt facto Capitulo Generali Cõgregationis noſtræ, Fratres ad ſua loca pergere nõ differant, [a] infrà terminũ de decem milliaribus prò qualibet die, per Conſtitutiones aſſignatũ, nequè Priores, aut alij locorum Superiores aliquem Fratrem, de ipſorum familia non deputatum, vltrà tres dies retinere, [b] nec Frater aliquis vltrà tres dies in aliquo loco remanere, abſquè ſui Prioris licentia ſpeciali præſumat. Contrafacientem verò loci Superiorem, ab executione Sacerdotalis officij ſuſpendimus, [c] niſi coram Fratribus Capitulariter congregatis, ſub pœna rebellionis præcipiat immoranti, nè immoretur, Rebellem verò Fratrem huiuſmodi actiua, paſſiuaquè voce priuamus, & ab executione cuiuslibet ordinis, & officij ex nunc ſuſpen-

a *Sed in Cõuentu ſuo reſideant. ex Conc. Later. ca. quià nõnulli, de Cler. nõ reſid. c. cõquerente. c. inter. c. cũ ad hoc. eo. tit. cle. nè in agro. §. corũ. in ver. Prælatis eorum. de ſta. reg.*

b *Ex Conc. Agat. c. Monachũ. §. in Monachis.* 20. *q.* 4. *c. fraternitati. de cle. non reſi. c. aliarum.* 19. *q.* 2. *ex Conc. Cartag* 1. *c. primatus. ex Concil. Antiochen. cap. nullum. di.* 71. *c. quam ſit. §. pariter.* 18. *q.* 2. *ex Concil. Cartag.* 4. *c. Clericum. alienum. diſt.* 72.

c *Arg. ex Conc. Calced. c. Clericos. diſt.* 71.

ſum eſſe pronunciamus, ac Fratrum colloquio, & conuerſatione priuamus. Fratribus verò nè rebelli communicent, per obedientiam præcipimus, & mandamus.

2 Et hanc Diffinitionem cum cenſuris, & pœnis prædictis, ad quemcumque Fratrem, qui quouis tempore extrà locum, ſibi per obedientiam deſignatum immorari, & Priorem aut alium Superiorem, qui eum retinere præſumpſerit, extendimus, niſi Patris Vicarij Generalis, & proprij Prioris habeat in ſcriptis, prò legitima cauſa immorandi conceſſionem, aut caſus ægritudinis, vel magnæ, & euidentis neceſſitatis ratio, eum excuſauerit.

Quomodò hoſpites, tam extranei, quam noſtræ Congregationis Fratres, ad loca noſtra venientes, recipiantur. Rub. 12.

§. *Ex Capit. Brixien.* 1470. *& Bonon.* 1491. *Cap.* 1.

1 HOſpites noſtri Ordinis, & alij Religioſi, domum ſui Ordinis in loco non habentes, maximè autem Monachi Congregationis Caſſinenſis, aliàs Sanctæ Iuſtinæ, & Canonici Regulares, iuxtà facultatem locorum, & Conſtitutionum noſtræ Congregationis formam, cum omni charitate, & humanitate, ad hoſpitium recipiantur. a

a *Arg. ex Conc. Gangren. di.* 12. *ca. quieſcamus. & cap. ſi quis. Greg. c. quià. ſ. ſi.* 12. *q.* 1. *Augu. cap. mos eſt. ìa. q.* 2.

2 Hoſpitibus tamen, & præcipuè Conuentualibus, nullus (Portario, & Foreſtarijs exceptis) ſinè Prioris licentia, ſe iungat, vel loquatur, niſi fortè caſu obuiantes, ad interrogata breuiter reſpondendo. Conuentuales autem non comedant in Refectorio, cum Fratribus noſtris, ſed in hoſpitio.

§. *Ex*

Digitized by Google

§. *Ex Capitulo Mantuano* 1483. *Cap* 2.

1 Vniuerſis noſtræ Congregationis Prioribus, ac Fratribus mandamus, nè Fratres ſcandaloſos in locis noſtris recipiant; ſed data eis refectione apud Portam (ſi videbitur) eos ad Superiores remittant.

§. *Ex Capitulis Papien.* 1487. *Cremonen.* 1499. *& Bergomen.* 1500. *Cap.* 3.

1 Fratres noſtræ Congregationis, ad loca noſtrà venientes, ſecundum Clauſtrum non intrent, nec ab aliquo introducantur, nec aliquis, Portario excepto, cum eis loquatur, niſi prius obedientiæ ſuæ litteras,[b] vel licentiam oſtenderint, & Superior loci eam perlegerit. Prior autem loci, de huiuſmodi Fratrum vagatione, memoriam in ſcriptis teneat, & Patri Vicario Generali, ac Viſitatoribus, aut Diffinitorio, ſi poſt viſitationem venerint, oſtendat.

b *Argu. in inferibus in verb. retinere. ſuprà allegatis.*

2 Quicumque verò Superior loci, Fratres ſinè licentia venientes retinere præſumpſerit, in pane, & aqua ſolum, quamdiù eos retinebit, ieiunet.

§. *Ex noſtræ Congregationis conſuetudine, à Sede Apoſtolica Indulgentiarum priuilegÿs decorata.* *Cap.* 4.

1 Hoſpitibus, præcipuè verò noſtræ Congregationis Fratribus, ac aliorum Ordinum Religioſis, ſi de longè venerint, aut aliàs feſſi fuerint, Foreſtarij charitatiuè pedes lauent,[c] dicentes Pſalmum: *Miſerere mei Deus, &c.* aut *Deprofundis, &c.* cum *Gloria Patri, &c.* poſteà *Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.*

c *Arg ab exemplo Geneſ. c.* 18. *&* 19. *& Ioan. cap.* 13.

Digitized by Google

℣, *Et ne nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos à malo.*

℣. *Saluos fac ſeruos tuos.*

℟. *Deus meus ſperantes in te.*

℣. *Mitte eis Domine auxilium de Sancto.*

℟. *Et de Sion tuere eos.*

℣. *Domine exaudi Orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiſcum.*

℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus miſerere famulis tuis: & quidquid eis in via ſurripuit viſus, auditus, vel cogitatus malæ rei, aut ocioſi ſermonis, totum ineffabili pietate abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟ *Amen.*

2 Et tunc omnes lotioni huiuſmodi, vt præfertur, tam actiuè, quam paſſiuè intereſſentes, ſeptem annos, & totidem quadragenas Indulgentiarum, quoties id fecerint, ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ, ſinguli conſequentur.

Quomodò Fratres noſtræ Congregationis, ſtudio litterarum intendere debeant. Rub. 13.

§. *Ex Capitulis Mediolan. 1461. Vitellianen. 1462. alio Mediolan. 1466. Cremon. 1469. & Bergomen. 1488. Cap. 1.*

a *In Conc. Tolet. diſt. 38. ca. ignorantia.*

1 QVoniam ignorantia a cunctorum errorum mater eſt, ex quibuslibet bonarum litterarum ſtudijs fructus eligentes, diffinimus, & ordinamus, quod in ſingulis noſtræ Congregationis locis,

locis, quantum locorum diſpoſitio, & Fratrum idoneitas valebit, Fratres ſtudio [b] litterarum ſolicitè intendant, & circà illius facultatis ſtudium ſe exerceant, ad quod Dei dono fuerint magis idonei, Grammaticæ, [c] pręſertim, & caſibus conſcientiæ adipiſcendis, ſedulam operam nauantes, ad quod etiã Priores eos cum effectu inducere non omittant.

2 In Conuentu autem Cremæ, primo noſtræ Congregationis loco, tum Grammaticæ, tum Logicæ, tum Philoſophiæ, ac Theologiæ, [d] aut plurium, vel aliquarum huiuſmodi facultatum, iuxtà Fratrum idoneitatem, ſtudium vigeat [e] in perpetuum. Similiter vbi ſunt ſtudia generalia, Romæ videlicet, Bononiæ, Ferrariæ, Papiæ, Taurini, Mediolani quoquè, Ianuæ, Mantuæ, Cremonæ, Brixiæ, Bergomi, & in cæteris noſtræ Congregationis ad id aptioribus locis.

3 Verum virtutibus humiliter ſtudentes, & Fratres noſtros doctos potius, quam Doctores fieri peroptantes, nolumus, imò præſenti Diffinitione diſtrictè prohibemus, nè quis ex noſtris Fratribus, quacumque doctrina fulgeat, Magiſterij, [f] aut Baccalaureatus gradum recipere audeat. Quod ſi quis alta ſapiens, contrafacere aliqua ratione præſumpſerit, pœnam priuationis omnium dignitatum, graduum, & officiorum, quæ tunc obtinebit, vociſquè actiuæ, ac paſſiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, abſquè vlla diſpenſationis ſpe, ipſo facto incurrat.

§. *Ex Capitulo Cremen.* 1452. *Cap.* 2.

1 Nullus Frater noſtræ Congregationis ſtudio alicuius ſcientiæ intendere, & vacare poſſit, niſi prius

b *Arg. in c. qui Eccleſiaſt. diſt. 36. Ambro. in c. turbatur. 1. q. 4. Hieron. c. nunquam. de conſ. diſt. 5.*

c *Arg. in cap. ſi quis artem. di. 37. cap. qui de menſa. ea.*

d *Argu. in cap. ſuper ſpecula. de magi.*

e *Aug. in Reg. ibi codices certa hora. Arg. ex Conc. Generali c. quià nonnulli. de magi. Cle. nè in agro. §. ad ampliationem. de ſta. reg. c. de quibuſdã. c. relatum. diſt. 37. exemplũ in Augu. in ca. ſi habes. antè mediũ. 24. q. 3.*

f *Argu. ex dicto Chriſti. nolite vocari Rabbi. Matth. 24.*

prius totum Officium Diuinum, diurnum pariter, & nocturnum, ſecundum vſum Curiæ Romanæ, & noſtræ Congregationis mores, opportunè didicerit.

2 Eum autem, qui vigintiquinque annos ætatis exceſſerit, ad adiſcenda Grammaticæ rudimenta, ineptum penitus iudicamus.

§. *Ex Capitulo Ferrarienſi* 1451. *Cap.* 3.

1 Ad Studium illi dumtaxat mittantur, quorum humilitas, & ſufficientia, à Priore, & Fratribus Conuentus ſui laudata fuerit, & per Diffinitorium, aut Patrem Vicarium Generalem approbata.

§. *Ex Capitulo Ferrarienſi* 1502. *Cap.* 4.

1 Si ad lectionem in Conuentibus noſtris aliquandò Sęculares, de gratia ſpeciali, admitti contingat, finita lectione remittantur, nec diſputationibus Fratrum interſint, nec cum illis fiant circuli vllo modo.

§. *Ex Capitulis Bononien.* 1476. *& Cremonen.* 1499. *Cap.* 5.

1 Nemo cuiuſcumque gradus, aut dignitatis fuerit, ſinè Patris Vicarij Generalis licentia ſpeciali, in ſcriptis habita, alicuius litigioſæ cauſæ g in foro exteriori decidendæ, commiſſionem accipiat.

g *Arg. ex Conc. Cartag.* 1. *c. peruenit.* 21. *q.* 3. *ex Concil. Cartag.* 4. *c. placuit.* & 4. *c. ſeq. ead. ex Conc. Tarracon. cap. Monachi. el* 2. 16. *q.* 1.

De

De moribus componendis, & modeſtia Fratrum. *Rub.* 14.

§. *Ex Capitulis Cremonen.* 1469. *& Bononien.* 1491. *Cap.* 1.

1. FRratres omnes iuxtà Regulam Beati Patris Auguſtini, & noſtræ Congregationis mores, & inſtituta, in vita, & bonis moribus, [a] intus, & foris ſint conformes. [b]

a *Augu. in Regu. ibi. in inceſſu, &c. & c. his igitur. diſt.* 23.

b *Arg. ex Conc. Bracharen. cap. placuit. di.* 12. *ex Conc. Toletan. cap. de his. ea. ex Conc. Agat. c. conuenit. de conſec. di.* 5.

§. *Ex Capitulis Brixien.* 1470. *& Cremonen.* 1477. *Cap.* 2.

1 Frater Fratrem non vocet, niſi proprio nomine, nec alicui dicat tu, ſed vos. Contrafacientes verò ſtatim manum ponant in terra, pectuſquè percutiant dicentes: *Meam culpam*.

§. *Ex Capitulis Mediolan.* 1450. *& Mantuano* 1472. *Cap.* 3.

1 Quilibet Frater, etiam Sacerdos quandocumque à Superiore corripitur, ſiuè in culpa illa fuerit, de qua corripitur, ſiuè non, ſtatim humiliter genua flectat, nihil dicendo. Si autem quid reprehenſibile propter quod corripitur fecerit, ſtatim pectus ſuum percutiens dicat: *Dico meam culpam*. Et ſi interrogatus à Superiore fuerit, reſpondeat veritatem. Similiter quandò ſe inuicem inuenientes viſitant Fratres, genua flectant, ſe inuicem religiosè amplexantes, & minores maioribus, præcipuè ſi Prælati, aut Sacerdotes exiſtant, manus reuerenter deoſculentur.

De modo celebrationis Capituli Generalis noſtræ Congregationis. Rub. 15.

§. *Ex Capitulo Caſalen.* 1519. *Cap.* 1.

1 SVmptibus immoderatis, a qui prò celebratione Capituli Generalis noſtræ Congregationis importabiles contingunt, prouidere volentes, diffinimus, & ordinamus, quod infraſcripti tantum poſſint ad Capitulum Congregationis venire ſingulo triennio, & in loco Capituli ſuſtentari, expenſis publicis Congregationis, videlicet.

a Arg. in Conc. Gener. c. in ſingulis. in princ. de ſta. regu. & c. fœlicis. §. verum. de cenſu. in 6.

2 Pater Vicarius Generalis Cōgregationis cum ſuo Socio, & Secretario, ac vno, vel duobus Conuerſis. Patres omnes Exvicarij Generales, cum ſuis Conuerſis. Quatuor Diffinitores, & quatuor Viſitatores. Procurator Generalis in curia Romana, cum ſuo Conuerſo. Et omnes iſti cum ſuis equitaturis, ſi ducere voluerint.

3 Priores omnes Conuentuum ſingulorum noſtræ Congregationis, cum ſuis equitaturis, ſi aliquis eorum eam duxerit.

4 Item Prædicatores, & Viri docti, licet aliàs vocales non eſſent, qui prò Prædicatione, & Diſputatione, de mandato Patris Vicarij Generalis ad Capitulum acceſſerint. Similiter Miniſtri, & Seruitores, qui prò expeditione Capituli, ab eodem Patre Vicario Generali fuerint vocati. Quicumquè verò aliter venerit, etiam cum licentia Patris Vicarij Generalis in ſcriptis habita, non pernoctet in loco, niſi prius ſoluat Ducatum auri largum prò ſingula perſona, & ſingula equitatura.

§. Ex

§. *Ex Capitulis Papien.* 1506. & *Mediolan.* 1511. *Cap.* 2.

1 Vniuerſis noſtræ Congregationis Fratribus præſentibus, & futuris, ſub pœna carceris præcipimus, & mandamus, nè quis, [b] dumtaxat exceptis, quos prò tempore vocales eſſe contigerit, aut qui ſpecialiter, & expreſsè, vt ſuprà, vocati fuerint, ſinè ſpeciali Patris Vicarij Generalis licentia, in ſcriptis habita, quam ſinè cauſa rationabili in ea expreſſa, non concedat, ad Capitulum Generale noſtræ Congregationis accedere præſumat. Et nihilominus aliter accedentes, actiua, paſſiuaquè voce priuamus per annum, & aliàs ad Diffinitorij arbitrium, circumſtantijs attentis, puniantur.

b *Argu. à cont. ſens. ex Concil. Gener. c. in ſingulis. in princ. de ſta. reg.*

§. *Ex Capitulis Mediolan.* 1450. *&* *Brixien.* 1498. *Cap.* 3.

1 Fratrum mutationes [c] in Capitulo Generali noſtræ Congregationis, ſinè cauſa rationabili aſſignata, & à Diffinitorio approbata, non fiant.

c *Arg. in ca. nè religioſi in prin. de reg. & tranſ. ca. vt periculoſa. nè cle. vel Monach. lib 6. Cle. nè in agro. §. eorum. verb. Prælatis eorum. de ſta. regu. ca. Epiſcopi. di. 72.*

De Officio, & auctoritate Patris Vicarij Generalis, ac Viſitatorum noſtræ Congregationis. *Rub.* 16.

§. *Ex Capitulo Cremen.* 1521. *Cap.* 1.

1 QVoniam vanum [a] eſſet condere leges, niſi ſit, qui eas faciat obſeruari, Conſtitutionem, quæ de officio, & auctoritate Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis, dicit.

a *De elet. c. vbi periculũ. §. præterea. de ſta. regul. lib. 6. c. periculoſo. §. fin. in princip.*

2 Qui de obſeruandis ordinationibus in omni-

Digitized by Google

bus,& ſingulis,plenam auctoritatem habeat diſpenſandi. Vndè,& illud quotidianum, in fine Diffinitionum cuiuslibet Capituli Generalis ſumitur, videlicet.

3 Omnia demum, & ſingula ponimus in pectore, arbitrio, & voluntate Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis. Declaramus, & pronunciamus expreſsè, non eſſe intentionem legislatorum, quod propterea Patri Vicario Generali Congregationis data ſit effrenis, ac licentioſa libertas, ad ea omnia, aut illorum ſingula, quæ tanta Patrum maturitate, digeſta ſunt, & diffinita, facillimè, & ſinè cauſa, ac ſola libidine voluntatis deſtruenda. Quià ſi vnus [b] eſſet ædificans, & alter deſtruens, non prodeſſet niſi labor. Sed hac potius diſtinctione Conſtitutionem huiuſmodi intelligimus, quod vbi Patri Vicario Generali ſpecialiter aliquid prohibetur, vt eſt illud in Conſtitutionibus.

b *Eccleſiaſt. ca. 34.*

4 Fratrem aliquem, de loco ad locum, ſinè neceſſitate non mutet, nec eundi ad Capitulum Congregationis, ſinè manifeſta cauſa, licentiam alicui concedat. Et illud, quod nullum à Congregatione noſtra extraneum, in eadem recipiat.

5 Et ſimiliter vbi in Conſtitutionibus, aut Diffinitionibus, qualiter aliquid facere debeat certa, & determinata illi forma præfigitur, ſicut eſt illud in Conſtitutionibus.

6 Quod quandò Vicarius Generalis Congregationis, extrà ipſam Congregationem, aut vltrà montes Apenninos ire contigerit, Fratrem vnum diſcretum, & expertum, ac ſcientem ſufficienter loqui latinum, in Congregatione ipſa, in Lombardia Vicarium, ſeù Viceſgerentem relinquat.

7 In

Digitized by Google

7 In his, & ſimilibus, nihil ſibi ſpecialiter prohibitum facere, vel attentare, aut formam [c] ſibi in agendis præfixam excedere, vel mutare, aut ab illa recedere præſumat.

c Arg. in ca. cũ dilecta. de reſcrip.

8 Vbi verò in Conſtitutionibus, aut Diffinitionibus aliquid generaliter ſtatutum, vel diffinitum, prohibitum, ordinatum, vel mandatum exiſtit, licet oppoſitum generaliter ſtatuere, [d] vel præcipere, aut mandare non poſſit, in particularibus tamen caſibus, & cum priuatis perſonis, locis, & Conuentibus, ex cauſa [e] rationabili, quæ ſcilicet magis, vel æquè benè in intentum finem Conſtitutionis illius duceret, quæ ſemper in dubio præſumenda eſt in Prælato, prò publico, vel priuato Congregationis bono, iuxtà mentem [f] legislatorum, qui ſi caſum huiuſmodi præuidiſſent, à generali vtiquè Conſtitutione, veriſimiliter excepiſſent, per virtutem Epicheiam, quæ aliàs bona æquitas, & legis interpretatio, ac diſpenſatio dicitur, prouidè diſpenſare poterit, & debebit.

d Arg. in c. ridiculum eſt. di. 12. & in c. priſcis. in prin. di. 55.

e Arg. in c. fraternitatis. & c. lector. di. 34. c. Cenomanen. in princ. diſt. 56. c. et ſi illa. in prin. 1. q. 7. ca. ordinationes. §. qui verò. 19. q. 1. & c. peruenit. & c. Presbyt. di. 95.

f Arg. Greg. in cap. humana. in prin. & §. 1. 22. q. 5. cap. Marchion. 1. q. 1. Aug. c. ſedulò. di. 38. Aug. ca. paratus. 23. q. 2. ca. propterea. de ver. ſig. c. intelligentia. de eo.

9 Et hanc declarationem prædictæ Conſtitutionis, de officio, & auctoritate Patris Vicarij Generalis Congregationis, tenor ſatis innuit prò eo, quod poſt præmiſſa verba, ſtatim ſequitur ſic.

10 Faciat tamen Conſtitutiones, quæ diſpenſationem prohibent, inuiolabiliter ab omnibus obſeruari. Et infrà: Habeat quoquè Vicarius Generalis Conſtitutiones, quas obſeruet, &c. Et ferè omnia per ipſum agenda, ad formam referat Conſtitutionum. Et quæ de Conſtitutionibus dicta ſunt, ſimiliter de Diffinitionibus ſuo modo intelligimus, & volumus obſeruari. Cui declarationi, quam etiam in ſtatutum redigimus, omnes volumus aſſentiri.

§. *Ex Capitulo Cremen. 1621. Cap. 2.*

1 Item Conſtitutionem, quæ in vigeſimo octauo Capitulo Conſtitutionum Congregationis habetur. Quod, quocumque caſu officio Prioratus vacante, niſi Fratres loci, infrà menſem, Prioris electionem celebrauerint, aut ſi perſonam ſecundum iudicium Vicarij Generalis non idoneam, licet ſecundum eorum iudicium, idonea videretur, aut perſonam, quam habere non poſſent, elegerint, tunc, & eo caſu, auctoritas, & poteſtas prouidendi de Priore loci huiuſmodi, ad ipſum Vicarium Generalem deuoluatur, taliter duximus declarandam, videlicet.

2 Quod eo caſu, de conſilio Patrum Diffinitorum, & Viſitatorum, ſeù maioris partis eorum, ſi commodè haberi poterunt, aut ſaltem duorum, vel trium de Senioribus Patribus, qui fuerunt in Diffinitorio Capituli Congregationis, tunc proximè celebrati, idem Pater Vicarius Generalis, de huiuſmodi Priore, debeat prouidere. Et quià ſalus g eſt vbi multa conſilia, plurium etiam Patrum Diffinitorij eiuſdem, ac aliorum, quos commodè habere poterit, conſilium, ipſe Pater Vicarius Generalis requirat, quandocumquè aliquibus locis noſtris, quæ maioris ponderis eſſent, prouidendum foret.

g *Prouerb. c. 11.*

§. *Ex Capitulo Comen. 1463. Cap. 3.*

1 Diffinimus, quod Patri Vicario Generali Congregationis, Scriba, ſeù Secretarius, aſſignetur à Diffinitorio, qui vocem habeat in Capitulo Generali, & vbiquè primum locum teneat poſt Priores.

§. *Ex*

§. *Ex Capitulo Florentino* 1515. *Cap.* 4.

1 Sacrorum Canonum *h* veſtigijs inherentes, diffinimus, & mandamus Patri Vicario Generali, & Viſitatoribus noſtræ Congregationis, ac Socijs eorum, præſentibus, & qui prò tempore fuerint, vt officijs eorum durantibus, nihil omninò muneris, à Fratribus noſtræ Congregationis exigant, vel recipiant, præter conſuetam Collectam, quam Patri Vicario Generali, ſingulis triennijs, Conuentus omnes noſtræ Congregationis dare conſueuerunt.

h *In Conc. Gen. c. exigit peruerſorum audacia. §. conſtitutionem. de cenſi. in 6. ca. Romana. §. procurationes. addito. §. fi. eo. tit. & lib.*

De Officio, & auctoritate Prioris localis, & Vicarij ipſius. Rub. 17.

§. *Ex Capitulis Cremen.* 1452. *& Alexandrino* 1473. *Cap.* 1.

1 OMnia officia *a* Conuentus (Vicario, Procuratore, & Sacriſta dumtaxat exceptis) in arbitrio Prioris, ad nutum committenda relinquimus, & auferenda.

a *De ſtat. reg. c. cum ad Monaſteriũ. §. tales. & §. Abbas.*

§. *Ex Capitulis Mediolan.* 1475. *& Caſalen.* 1501. *Cap.* 2.

1 Quilibet Prior inuentarium *b* faciat omnium, & ſingulorum librorum ſui Conuentus, Fratribus ad priuatum vſum prò tempore conceſſorum, in vno libro, ad id in Conuentu ſuo ſpecialiter deputato, nomina Fratrum, ad quorum vſum conceſſi ſunt, reſpectiuè notando.

b *Arg. Greg. c. charitatem. di. 12. & ex Conc. Triburien. cap. quicumque. ea.*

2 Similiter, & omnium librorum, non ad priuatum, ſed ad communem Bibliothecæ vſum deputatorum, in alio libro.

3 Item

3 Item quorumcumque contractuum ſcripturas, & publica inſtrumenta, ius, aut facultatem perpetuam, vel longi temporis, Conuentus ſui concernentia, cum inuentario omnium bonorum immobilium Conuentus, in alio ſpeciali libro faciat regiſtrari. Contrafacientes per duo Capitula ad Prioratum ſint ineligibiles, de quibus Pater Vicarius Generalis, & Viſitatores diligenter inquirant.

§. *Ex Capitulo Bergomen.* 1500. *Cap.* 3.

1 Si quis Prior, aut Vicarius localis inuentus fuerit ſuſtinuiſſe Fratres, nè pœnitentias à Diffinitorio, vel à Patre Vicario Generali, aut Viſitatoribus eis impoſitas facerent, Priores ipſi in Capitulo Generali, Vicarij verò in ſuo Conuentu, diſciplinam faciant in Refectorio. Et nihilominus Fratres huiuſmodi, nè ex delicto commodum reportare videantur, ad iniunctas ſibi pœnitentias, ſinè diminutione peragendas, compellantur.

§. *Ex Capitulo Cremonen.* 1480. *alio Cremonen.* 1499. *& Cremen.* 1521. *Cap.* 4.

1 Quoniam tempore celebrationis Capituli Generalis noſtræ Congregationis, ſeù prædicationis, vel alterius obedientiæ, aut negotij occaſione, abſente Priore loci, & eodem die nõ reuerſuro, de ipſius Vicarij localis poteſtate, ac debito, & obligatione, in his, quæ circà curam, & regimen Fratrum, iuxtà formam Conſtitutionum noſtrarum, Prioribus localibus conceſſa, commiſſa, præcepta, & mandata, prohibitaquè ſunt, ſæpè dubitatum eſt, præſenti Diffinitione declaramus, ac diffinimus, quod Vicarius conuentualis, in huiuſmodi Prioris ab-

abſentia, circà Fratres, ac loca noſtra, ità ſui Prioris vices, quoad ea, quæ ex officio Prioratus, Priorem conſequuntur dumtaxat, gerat, quod exceptis his, quæ Vicario conuentuali in abſentia Prioris, in Conſtitutionibus, ac Diffinitionibus noſtris prohibentur, quocumque caſu contingente, quo Prioris ipſius reditus rationabiliter nequeat expectari: omnia, & ſingula tam in foro conſcientiæ, quam exteriori interim ſub eiſdem, conceſſionum, commiſſionum, præceptorum, mandatorum, & prohibitionum formis, ac cenſuris, & pœnis facere, & obſeruare, concedere, committere, prohibere, præcipere, & mandare poſſit, teneatur, & debeat, quæ Prior ipſe iuxtà Conſtitutionum, & Diffinitionum noſtrarum formam, & tenorem, poſſet, teneretur, & deberet, Patris Vicarij Generalis Congregationis, ac ipſius Prioris localis prouiſionibus, & diſpoſitionibus, ſi quas in huiuſmodi caſibus antè, vel ex poſteà fecerint, in omnibus ſemper ſaluis, & obſeruatis.

De intentione, & obligatione Diffinitionum, & eiſdem habendis, & legendis, ac obſeruandis. Rub. 18.

§. *Ex Capitulo Mediolan.* 1450. *Cap.* 1.

1 QVoniam lex non captioſa, [a] ſed clara, & vtilis eſſe debet: declaramus, & diffinimus, quod ſicut Conſtitutiones, ità, & Diffinitiones noſtræ, non ad culpam, ſed ad pœnas in eis taxatas, aut Superiorum arbitrio iniungendas dumtaxat, niſi prò quanto aliàs, contrà Dei, aut Eccleſiæ, vel Prælati præcepta [b] tranſgreſſio tendens, ex con-

a *Iſido. in cap. erit autem lex. diſt.* 4.

b *Arg Greg. c. ſi qui ſunt Preſbyt. diſt.* 81. *ca. præter hoc. §. porrò. in fi. diſt.* 32. *ca. ſi quis Sacerdotum* 11. *q.* 1. *c. abſit. ca. q.* 3.

INDEX

Rubricarum Diffinitionum Antiquarum;

DE modo, & hora, ac ceremonijs celebrationis Diuinorum Officiorum. Rubrica 1. pag. 283.
De officio Fratrum Illiteratorum, & quorumlibet Conuerſorum, ac operibus eorum. Rub. 2. 286.
De Fratribus à noſtra Congregatione extraneis, & ab eadem licentiatis, aut aliàs egreſſis, in illa numquam recipiendis. Rubrica 3. 287.
De educatione Nouitiorum, & Clericorum, & licentia eorum, qui ad Ordines promoueri debent. Rub. 4. 289.
Quomodò Fratres ad prædicandum promoueantur, & Prædicatores ad prædicandum mittantur, & ad ſua loca reducantur. Rub. 5. 290.
De litteris miſſiuis Fratrum, & ab alijs recipiendis, & procuratis. Rub. 6. 292.
De cibis, ieiunijs, & abſtinentijs Fratrum, ac lectione menſæ. Rubrica 7. 294.
De rebus ad vſum Fratrum concedendis, & modo tenendi eas. Rubrica 8. 297.
Quomodò noua loca acceptari, & Capellæ concedi debeant. Rubrica 9. 301.
Quomodò eligatur Procurator Generalis Congregationis in curia Romana, & de officio, & auctoritate ipſius. Rubrica 10. 303.
Quomodò Fratres extrà mitti debeant, & ad loca ſua pergere non differant. Rub. 11. 305.
Quomodò hoſpites, tam extranei, quam noſtræ Congregationis Fratres, ad loca noſtra venientes, recipiantur. Rubrica 12. 306.
Quomodò Fratres noſtræ Congregationis, ſtudio litterarum intendere debeant. Rub. 13. 308.
De moribus componendis, & modeſtia Fratrum. Rubrica 14. pag. 311.

De modo celebrationis Capituli Generalis noſtræ Congregationis. Rub. 15. 312.
De officio, & auctoritate Patris Vicarij Generalis, ac Viſitatorum noſtræ Congregationis. Rub. 16. 313.
De officio, & auctoritate Prioris localis, & Vicarij ipſius. Rubrica 17. 317.
De intentione, & obligatione Diffinitionum, & eiſdem habendis, & legendis, ac obſeruandis. Rub. 18. 319.

Digitized by Google

DIFFINITIONES RECENTIORES REFORMATÆ CONGREGATIONIS OBSERVANTIÆ LOMBARDIÆ

Vulgariter nuncupatæ, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini.

PROŒMIVM.

QVamuis ea, quæ ſapienter noſtri condidere, ac diù obſeruauere maiores, per ſe ſola, ſinè vlla prorſus, aut mutatione, aut additione, ſufficere poſſe viderentur, vt vnuſquiſque noſtrum vitam ſuam rectè inſtituere, moreſquè ſuos iuxtà auitam Congregationis noſtræ normam, componere apprimè poſſet. Quià tamen plura in noſtris Conſtitutionibus, & antiquis Diffinitionibus, ſuperius exhibitis, reperiebantur, quæ tum ſacroſancti Concilij Tridentini decretis, tum poſterioribus Summorum Pontificum ordinationibus, minus conſona videbantur, coacti ſumus, in hac noua ipſarum editione, eaſdem diligenti trutina prius reuiſas, corrigere, & emendare, addendo aliqua, vel minuendo, parcè tamen, & intrà puræ neceſſitatis limites, nè (quod abſit) antiquas abrogare, & nouas condere leges videremur. Id enim à noſtra omninò alienum eſt mente, & voluntate, quibus ſicut animò altè inſidet, ità auribus cordis continuè

adhuc inſonat vox illa, toties à noſtris Patribus repetita, & Inſtrumento etiam cōcordiæ inſerta, videlicet: *Viuere volumus ſecundū Conſtitutiones, & Diffinitiones noſtras antiquas*. Sunt igitur illæ eædem met Cōgregationis noſtræ Conſtitutiones, & Diffinitiones antiquæ, ſed vbi opus fuit in aliquibus emendatæ, vt ſic iam veluti renouatæ, & ab illa, quam contraxerant, vetuſtatis rubigine purgatæ, recentibus typis, in commodum, vtilitatemquè noſtram prodire liceret. Verùm quià in ipſis, vt præfertur, etiam ſic correctis, & emendatis, multa adhuc reperiuntur, quæ maiori indigent explicatione, multa inſuper deſunt, quæ tamen opportuna eſſe, ad regimen Congregationis fœliciter promouendum, ſpectata temporum conditione, in dubium reuocari non poteſt. Hinc ad pleniorem earumdem explicationem, & ad huiuſcemodi defficientiam ſupplendam, neceſſaria prorſus viſa eſt Recentiorum etiam Diffinitionum editio, & illarum præſertim, quæ in varijs, tum Capitulis, tum Congregationibus intermedijs, ſeù Diætis, ab anno 1564. à quo Oecumenici Concilij Tridentini obſeruantia initium habuit, vſquè ad annum proximè elapſum 1698. in quem nouiſſimi Congregationis noſtræ Capituli Generalis, in Conuentu noſtro S. Mariæ Miſericordiarum Bononiæ, celebratio incidit, per annos centum triginta quatuor, cōditæ ſunt. Quarè has etiam, prius tamen, non ſinè ingenti labore, pariquè ſolertia, ab aliquibus ex noſtris Patribus, doctrina, & probitate conſpicuis, quibus id munus fuerat demandatum, in vnum collectas, & per vigintinouem Rubricas opportunè diſtributas, nè quid Obſeruantiæ noſtræ deeſſet, in vſus noſtros im-

Digitized by Google

imprimendi , conſilium executioni eſt demandatum. Has igitur pariter cuſtodire, & toto cordis affectu adamuſſim obſeruare non pigeat, hoc enim, & nobis erit in gloriam , & Congregatio ipſa noſtra, ſi quas fortaſsè, temporis diuturnitate, rugas contraxit , nunc vt Aquila in priſtinam reuocata iuuentutem, robur, & incrementum accipiet.

De Officio Diuino. Rubrica I.

§. *Ex Capitulis Mediolanen.* 1600. *& Cremonen.* 1634. *Cap.* I.

1 IN paruis Conuentibus recitetur totum Diuinum [a] Officium in Choro, ſub pœna Prioribus ſuſpenſionis ab officio.

§. *Ex Capitulo Mediolan.* 1589. *Cap.* 2.

1 Extrà tempus, quo quis in proprij officij munere legitimè eſt occupatus, à ſeruitio Chori [b] nemo ſit immunis. Cum Lectoribus [c] autem, & Prædicatoribus , diebus quibus eos legere , aut prædicare contigerit, Superiores diſpenſare poſſint: idem cum ægrotis, & ſtudiorum cauſa legitimè impeditis præſtare valeant. In eos verò, qui negligentes aut inobedientes fuerint, ſalutaribus pœnitentijs , ad præſcriptum noſtrarum Conſtitutionum animaduertant.

§. *Ex Capitulo Bergomen.* 1596. *& Bononien.* 1626. *Cap.* 3.

1 Ea qua decet reuerentia, Fratres noſtri Choro aſſiſtant. Ad nomina Ieſu, [d] Mariæ, & Sanctorum, ad primam Orationem Miſſæ, vel Officij, ad vltimum

a *Arg. in Clem. graui. de celeb. Miſſ. ca. de ijs. ca. placuit. di. 12. ca. cōuenit. de conſec. di. 5.*

b *Argu. in cap. Eleutherius 1, di. 91. c. Clerici. 5. ca. cap. ſi quis Presbit. 9. diſt. 92.*

c *Clem. 8. de refor. § nullus.*

d *Arg. in c. dolentes. 9. de cel. Miſſ. B. Pij V. Conſtit. 5. cum primum.*

Digitized by Google

timum verſum Hymnorum. Ad *Gloria Patri, &c.* Ad *Confiteor, & Miſereatur, &c.* caput profundè inclinent. Pariter ad Inuitatorium, Hymnos, Capitula, Reſponſoria, Abſolutiones, Benedictiones, textum Euangelij, *Te Deum laudamus, &c. Magnificat, &c. Benedictus, &c. Nunc dimittis, &c. Quicumque, &c.* Antiphonas, e Orationes, Commemorationes, Suffragia Sanctorum, & cum dicitur: *Domine labia, &c. Deus in adiutorium, &c. Gloria Patri, &c.* è ſellis ſuis exeant. In duplicibus verò, aut ſemiduplicibus, & in Feſtis, quandò debent intonare Antiphonas, & cum cantantur Hymni, & Miſſæ, quæ non ſunt de Requiem, ad medium Chori omnes deſcendant. Et nihil ibi loci ſanctitati f indecens peragatur, ſub pœna Prioribus aliter permittentibus, ſuſpenſionis ab officio, & tranſgreſſoribus comedendi ſuper terram in pane, & aqua, alijſquè grauioribus pœnis, prò exceſſus qualitate, arbitrio Prioris infligendis. Porrò in Solemnitatibus primæ, & ſecundæ Claſſis, & in Feſto Conuerſionis Sancti Patris noſtri Auguſtini, cantetur vbiquè in Choro Hymnus, *Te Deum laudamus*, g *&c.* Et ad confuſiones tollendas volumus, quod ad Primam, & Completoriũ, dicto à Superiore, *Confiteor, &c.* à toto Choro, & non ab vno tantum dicatur: *Miſereatur tui, &c. Confiteor, &c.* vt in Rubricis Breuiarij noſtri Ordinis diſponitur.

e *Argu. in cap. Pſalmiſta.* 20. *diſt.* 23. *c. perlectis.* 1. *di.* 25. *c. conuenit.* 13. *de conſ. diſt.* 5.

f *Arg. ex Conc. Mediol.* 2. *par.* 2. *tit. quomodò in Choro.*

g *Arg. In c. placuit.* 14. *di.* 12. *c. conuenit.* 13. *de conſ. di.* 5. *c. non mediocriter.* 24. *de conſ. ea. c. perlectis.* 1. *§. Primicerium. di.* 25.

§. *Ex Capitulo Romano* 1680. *& ex Breuiario noſtri Ordinis. Cap.* 4.

1 Singulis ſextis ferijs, peracto Completorio, niſi Officium ſit duplex, recitetur in Choro Officium Beatæ Mariæ de Gratia. Die verò Sabbati, ſi non

ſit

ſit Feſto duplici impedita, Miſſa cantetur de eadem B. Virgine Maria,& qualibet feria ſecunda prò Defunctis: nec non quotidiè poſt Miſſam Conuentualem, cantetur in Choro Antiphona *Aue Regina Cælorum, &c.* cum ſuo verſu, & Oratione, vt habetur in fine Miſſalis Ordinis. Et demum omnia, quæ ad Chorum pertinent, fiant iuxtà diſpoſitionem Ritualis, & Breuiarij noſtri Auguſtiniani.

De Miſſis celebrandis. Rub. 2.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1592. *& Cremonenſi* 1634. *Cap.* 1.

1 QVilibet Sacerdos noſtræ Congregationis, legitimè [a] nō impeditus, quotidiè Miſſam celebret, & ità viuere ſtudeat, [b] vt id dignè qualibet die præſtare valeat.

a *Arg. in c. dolentes. 9. de cel. Miſſ. ca. quotidie* 13. *diſt.* 2. *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 14. *in fi.*

b *Arg. ex Conc. Mogunt.* 4. *c.* 96.

§. *Ex Capitulo Papienſi* 1632. *& Cremonen.* 1634. *Cap.* 2.

1 Sacerdos quilibet, à Sacriſta de ſacro faciendo præmonitus, nè ob ſui moram Eccleſia abſquè Miſſis remaneat, & ſic detrimentum patiatur, ab occupationibus, quantò citius poterit, ſe expediat, & ad Sacriſtiam celebraturus accedat. Quod ſi quis in hoc negligens pluries repertus fuerit, Prioris arbitrio puniatur.

§. *Ex Capitulo Bergomenſi* 1596. *Cap.* 3.

1 Sinè debita præparatione [c] ad Altare nemo accedat, nec celebrare præſumat, quin prius accu-

c *Arg. in c. Sacerdotes.* 90. 1. *q.* 1. *c. ipſi Sacerdotes.* 91. *ea. Clem. graui. de celeb Miſſ. & Conc. Trid. ſeſſ.* 22. *decr. de obſer. in cel Miſſ. ex Conc. Mediol.* 1. *part.* 2. *tit. quæ pertin. ad celeb. Miſſ.*

rata

d *Arg. ex eod. Concil. Mediol. eo tit.*

rata tam grandis myſterij meditatione ſe diligenter diſpoſuerit.

e *Arg. ex Conc. Colon. 2. c. 13.*

f *Arg. S. Cong. Conc. 15. Decẽb. 1663.*

2 Miſſam nequè nimis celeriter, d nequè nimis tardè quis celebret, ſed voce graui, clara, e & diſtincta. Et poſt gratiarum actionem, in libro ad id per Sacriſtam aptato, ſe Fratrem N. celebraſſe, & prò quibus f celebrauerit propria manu ſcribat.

§. *Ex Capitulo Mutinenſi 1607. & Cremonenſi 1634. Cap. 4.*

1 Hoſpites, ſi fuerint Sacerdotes, dumodò eos negotiorum difficultas, & labor euidenter non excuſet, Miſſam quotidiè celebrare, & prò Conuentu, in quo reperiuntur, ſacrificium offerre teneantur.

2 Priores, qui lucri gratia proprias negligunt Eccleſias, & ſui Conuentus Sacerdotes, ad ſacrum faciendum in alienis Eccleſijs, foras mittunt, à Patre Vicario Generali, vel à Viſitatoribus tempore Viſitationis pœnis arbitrarijs ſeuerè puniantur, & huiuſmodi abuſus omninò tollatur.

§. *Ex Diæta Cremonen. 1623. Cap. 5.*

g *Arg. in ca. cũ ſit ars. de ætat. et qual. præficien.*

1 Nemo ſuam primam celebret Miſſam, qui prius ceremonias non fuerit plenè edoctus, & coram Priore, vel alio Sacerdote ab eo deputato, ſuæ idoneitatis g periculum non fecerit, ſub pœna Prioribus priuationis officij, & contrafacientibus carceris per tres menſes.

h *Arg. in ca. cũ creatura. 11. de celeb. Miſſ.*

2 Quandò in Choro recitatur Officium ſub ritu duplici, iuxtà Decretum Sac. Congregationis Rituum, Miſſa h quoquè cum Officio conformetur, & quandò Officium eſt ſemiduplex, vel ſimplex, aut

Digitized by Google

aut de Feria, vel de Vigilia, ſemper ſaltem vna Miſſa, ſinè cantu dicatur [i] de Officio currenti.

i *Arg. in c. quidem. 2. de celeb. Miſſ. ca. conuenit. 13. de conſ. diſt. 5.*

§. *Ex Capitulo Caſalenſi* 1661. *Cap.* 6.

1 Sacerdotes non graduati, nec legitimo aliquo impedimento detenti, quiuè à Patre Vicario Generali, ex rationabili cauſa, non fuerint exempti, ab officio Hebdomadarij non ſint immunes, nec Prior cum eis diſpenſare valeat.

2 Si in aliquo Conuentu Clerici non adſint, Sacerdotes, qui Sacerdotij annos decem non habent, tam in Choro, quam in Eccleſia, & ad Altare, muneribus Clericorum fungantur. Et vbi omnes dictum tempus excederent, ſinguli non graduati, & maximè minores, ad huiuſmodi munera, iuxtà diſpoſitionem Prioris teneantur. Quod ſi in aliquo Conuentu, nullus Sacerdos non graduatus adeſſet, omnibus indifferenter, prædicta munia exequendi, onus imponimus.

3 Sacerdotes Miſſam canentes, intonato *Credo, &c.* licet ipſi illud abſoluerint, Miſſam non proſequantur, ſed expectent [k] abſolutum eſſe à Choro, deindè dicant *Dominus vobiſcum, &c.* Non expectantes autem, arbitrio Prioris puniantur.

k *Arg. in c. cũ creatura 11. de cel. Miſſ. S. Congregat. Rit. 17. Decemb. 1695.*

De moribus, & modeſtia Fratrum. *Rubrica 3.*

§. *Ex Capitulo Ferrarienſi* 1648. *& Cremonenſi* 1650. *Cap.* 1.

1 QVoniam ex Regula noſtra, in inceſſu, [a] ſtatu, & habitu noſtro nihil eſſe debet, quod cuiuſquam offendat aſpectum, prohibentur infra-

a *Arg. Aug. in Reg. Arg. in ca. bis igitur. 3. diſt. 23. ex Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de refor.*

Digitized by Google

ſcripta, tamquam à noſtro inſtituto nimis diſcrepantia, videlicet.

2 Cappæ breues, [b] quæ vulgò (*Cappetta*) dicuntur, licet in anteriori parte clauſæ, vix ſic quidem Commiſſis in Conuentibus conceſſæ, ſunt etenim veſtes viatoriæ, in itinere tantum permiſſæ.

3 Zonæ, ſiuè Corrigiæ ſtrictiores, quæ vulgò (*Cinturini*) dicuntur, ſuper Cappas. [c] Cingula item lanea, linea, & multò magis ſerica, tantum enim coriacea eſſe volumus, eaquè integra, & non ex pluribus partibus, media fibula copulata.

4 Cappæ omnes ex Scoto, ſeù Staminea, [d] vel Sargia, aut alia conſimili materia, quæ Pannus, vel ſaltem ex tolerantia, Raſcia pannacea non ſit.

5 Calcei feneſtrati, ſiuè oculati, item lunati [e] hoc eſt in cornu ducti, ſimileſquè crepidæ, ſeù planellæ. Ligulæ itidem longiores, latioreſquè quam opus ſit, hinc indè pendulæ.

6 Corona Clericalis [f] ad aures deſcendens, & quæ ſuper frontem peruagetur.

7 Annuli [g] aurei, argenteiquè, & omnia tandem, quæ ſæcularem redolent vanitatem.

8 Si quis à ſuo Superiore reprehenſus, vel monitus de aliquo prædictorũ, illud non depoſuerit, ſed adhuc contumaciter deferre præſumpſerit, ſit ipſofacto vtraq; voce priuatus, [h] & è Monaſterio præterquam cũ Cruce non egrediatur, niſi prius his noſtris inhibitionibus paruerit, ſi verò egredi auſus fuerit, per duos menſes incarceretur, & rebus prohibitis priuetur, quæ ſtatim vendantur, illarumquè pretium Conuentui incorporetur.

9 Prioribus vniuerſis, cæteriſquè Conuentuum Superioribus, qui ex vetitis prædictis quidquã detulerint,

b *Arg. in c. Clerici. 15. de vit. & honeſt. Cler. Clem. nè in agro. §. ſtatuimus. de ſta. Monachor.*

c *Arg. ex Clem. nè in agro §. ſtatuimus. de ſta. Monachor.*

d *Arg. ex ead. Clem. nè in agro.*

e *Arg. ex ead. Clem. nè in agro.*

f *Arg. in cap. ſi quis. diſt. 23. c. prohibete. 21. c. Cler. 22. ea. c. ſi quis. 4. c. Clericus. 5. c. Clerici. 7 de vita, & honeſt. Cleric. Clem. graui de celeb. Miſſ.*

g *Arg. in cap. Cler. el 2. 15. de vita, & honeſt. Cler.*

h *Arg ex Clem. graui. verſus finem de celeb. Miſſ.*

ſerint, vel ſuos Subditos deferre negligenter permiſerint, *i* eos non corrigendo, nec rebus ipſis priuando, pœna priuationis ab officio Prioratus immineat, quam tunc de facto eos incurriſſe declaramus, cum tranſgreſſio ſiuè in ipſis, ſiuè in alijs notoria fuerit. *i Arg. ex ead. Clem. graui, vt ſuprà.*

§. Ex Capitulo Romano 1644. & alio Romano 1664. Cap 2.

1 Nullus ex Fratribus noſtræ Congregationis, cuiuſcumque gradus exiſtat, thoraces, manicas, femoralia, aut tibialia poterit deferre cuiuſuis coloris, præter quam albi, nunquam tamen ex ſerico, aut alia materia, quæ paupertati, quam profitemur minimè correſpondeat. Cõtrafacientes iuxtà qualitatem culpæ, & contumaciæ, arbitrio Prioris, & Patris Vicarij Generalis, aut Viſitatorum tempore viſitationis, omninò puniantur. *✠ Confirm. per Breue ſpecial. Alex. Papa VII. ſub dat. Romæ die 18. Iulij 1664.*

2 Cappæ, & vulgò (*Cappetæ*) non permittantur, niſi ex Panno, vel ſaltem ex Raſcia, quæ vulgò dicitur appannata, ſintquè in anteriori parte clauſæ, ſinè globulis, & formæ iuxtà laudabilem conſuetudinem Congregationis noſtræ. *✠ Confirm. vt ſuprà.*

3 Capucium nimis latum, & manicæ Capparum nimis latę prohibitę ſint, & decretum fuit, quod manicæ, ex tolerantia, non excedant in circumferentia quatuor palmos Romanos, & Capucia ad cubitos non pertingant, & in anteriori parte Zonam non cooperiant, ſub pœnis arbitrio Patris Vicarij Generalis tranſgreſſoribus infligendis. *✠ Confirm. vt ſuprà.*

Digitized by Google

§. *Ex Capit. Mediol.* 1592. *Bergomenſi* 1596. *alio Mediolan.* 1612. *& Diata Cremonen.* 1647. *Cap.* 3.

1 Familiaritas Sæcularium [k] à Fratribus, quantum fieri poteſt euitetur, & omnes religioſa qua decet modeſtia, cum eiſdem conuerſentur.

2 A negotijs, & Sæcularium [l] litibus tractandis, Fratres noſtri, quocumque gradu inſigniti, ſiuè quouis prætextu ſuffulti, omnimodè abſtineant. Quod ſi propter ineuitabilem neceſſitatem, in talibus negotijs [m] ſemet immiſcere cogantur, id non niſi habita prius à Patre Vicario Generali in ſcriptis facultate, [n] facere præſumant, ſub pœna tranſgreſſoribus remotionis [o] à Conuentu, in quo degunt.

3 Nec mercaturam, [p] nec aliquam aliam ſæcularem negotiationem, ſub pœna carceris, & remotionis à Conuentu, in quo morantur, quouis modo, vel per ſe immediatè, vel per interpoſitam perſonam exerceant.

4 Venationes [q] Fratribus noſtris, ſub pœna carceris per dies quindecim prò prima vice, & per tres menſes cum ieiunio in pane, & aqua bis in hebdomada prò ſecunda, omnimodè prohibentur.

5 Superiori in Capitulo, aut extrà illud, admonenti, corripienti, & præcipienti, [r] ſi quis Fratrum im-

k *Arg. in cap. his igitur.* 3. *di.* 23. *c. laicos.* 5. 2. *q* 7. *c. ſi cupis.* 16. *q.* 1.

l *Arg. ex c. peruenit.* 1. *c. credo.* 2. *c. placuit.* 3. *c. Ciprianus.* 4. *c. hi qui* 6. *c. Sacerdotium.* 7. 21. *q.* 3. *ca. decreuit.* 1. *c. Epiſcop.* 3. *diſt.* 88. *c. multa* 1. *nè Cler. vel Mona. c. Sacerdotib.* 2. *eo. tit. c. his igitur.* 3. *diſt.* 23. *ca. Clerici. officia.* 15. *de vit. & honeſt. Cler. ex Conc. Trid. ſeſſ.* 22. *c.* 1. *de refor.*

m *Arg. in cap. Cler.* 1. *de poſtulando. c cum Sacerd.* 3. *eo tit.*

n *Arg. in c. ex parte* 2. *de poſtulando.*

o *Arg. in ca. ex litteris* 16. *de vita, & honeſt. Cler. c. Clerici.* 1. *c. quoniam.* 4. 14. *q.* 4. *c. cum Sacerdotis* 3. *de poſtulando.*

p *Arg. ex c. negotiat.* 9. *di.* 88. *c. quid eſt aliud* 13. *ea. c.* 1. *&* 2. *nè Cle. vel Mona. c. ſecundũ.* 6. *eo. tit. c. ex litteris.* 16. *de vit. & hon. Cler. c. perueniſti.* 2. 1. *q.* 3. *c. canon.* 3. 14. *q.* 4. *c. quoniã.* 8. *ea. q. c. peruenit* 26. *diſt.* 86. *S. Cong. Viſit.* 29. *Auguſt.* 1637. *S. Cong. Epiſcopor.* 1647. 11. *Ianuarij.*

q *Arg. ex Clem. nè in agro. § porrò, de ſtat. Mon. c.* 1. 2. *de Cler. venator. c. multa.* 1. *nè Cle. vel Mon. c. Eſau. c quid prodeſt. c.* 2. *diſt.* 86. *c. Epiſcopum.* 2. *diſt.* 34. *ex Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 12. *de refor. verſus finem. S. Cong. Epiſc.* 1601. 6. *Iunij.*

r *Arg. in c. Archidiac. diſt.* 93. *c. quis ſit.* 14. 2. *q.* 6. *c. ſi autem.* 11. *c. ſi quis verò.* 13. *c. quid ergò.* 99. *ea. q. c. illud.* 5. *de maior. & obed. c. omnes.* 4. *c. cum in Eccleſijs.* 10. *eo. tit. c. cum ad Monaſterium. §. Abbas. de ſtat. Mon. c. ad aures.* 5. *de temp. ordi.*

Digitized by Google

impudenti arrogantia contradicere, reſiſtere, aut aduerſari, iugo Obedientiæ excuſſo, aliquo pacto præſumpſerit, tamquam rebellis, ac duræ ceruicis per menſem incarceretur, *ſ* etiam inuocato auxilio brachij ſæcularis, ſi opus fuerit, & per tres dies in hebdomada, eo tempore, in pane, & aqua ieiunet, & actiua paſſiuaque voce priuetur. Neque huiuſmodi Fratri inepta appellatio *t* ad Patrem Vicarium Generalem concedatur, ſed pœnitentiæ illicò ſatisfaciat, & quatenus ſe grauatum ſenſerit, Patrem Vicarium Generalem litteris commonefaciat.

6 Non liceat Fratribus, Patrem Vicarium Generalem, abſquè illius licentia adire, *u* ſub pœna carceris per menſem. *x* Nec minus Prioribus, abſquè vrgenti neceſſitate, eos mittere *y* ad eumdem, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per ſex menſes; ſufficit enim, vt quod acciderit, per litteras Superioribus manifeſtetur.

7 Suſpecti de inhoneſta *z* practica alicuius mulieris, quam relinquere nolint, à Conuentu in quo degunt, ſtatim remoueantur, & qui obedire recuſauerint, incarcerentur *a* per tres menſes, & bis in hebdomada, eo tempore, in pane ſolo, & aqua ieiunent.

8 Qui-

ſ Argu. in ca. ſi autem. 11. cap. abſit. 14. 11. q. 3. ca. quiſquis. 19. 2. q. 6. c. cũ in Eccleſ. 10. de maior. & obed.

t Arg. in c. ad noſtram. 3. ca. reprehẽſibilis. §. præcipuè 26. de appella. c. quià nos. 32. eo. tit. c. quicumq; 25. q. 6. ex Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de refor. in fi. ſeſſ. 12. decr. de obſeru. in ſacr. Miſſa, in fi. ſeſſ. 24. c. 10. de refor. Pius Papa IV. Conſt. 10. de ſal. §. 6. & maximè quãdò delictum, eſt publicum, & notoriũ. ca. peruenit. 13. de appell. niſi modus excedatur. c. de Priore. 31. eo tit. c. licet. 12. de offi. Ord.

u *Arg. Cle. nè in agro. §. quià verò. de ſta. Mon. c. non eſt vobis. 7. de reg. c. vt periculoſa. 2. nè Cle. vel Mo. in 6. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 4. de reg.*

x *Arg. in c. iuſtũ eſt. 23. q. 4. c. loci noſtri. 2. 35. q. 9. c. peruenit. 2. verſ. fi. di. 93. c. ea qua. §. ſi verò. ca. vt Cler. ver. vt facilitas. de vita, et honeſt. Cler. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 4. de reg.*

y *Vt tollatur vagatio. Arg. in c. nè Religioſi. in princ. 24. de reg.*

z *Arg. in c. Cler. 20. c. ſi quiſpiam 22. di. 81. c. in omnibus. 26. ea. c. interdixit. 16. diſt. 32. ca. vt Cler. 13. de vit. & honeſt. Cler. ca. ſi quiſpiam. 2. de cohabit. Cleric. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de refor.*

a *Arg. in c. vt Cler. 13. ver. nè facilitas veniæ. de vit. & honeſt. Cler. c. iuſtum eſt. 9. 23. q. 3. ca. loci noſtri. 2. 35. q. 9. c. ea qua. 8. §. ſi verò. de ſta. Mo.*

Digitized by Google

8 Quicumque litteras fauorabiles *b* vel procurauerit, vel procuratas exhibuerit, aut Sæculares quoſcumque prò ſe ipſo, vel alijs Fratribus, ad Superiores alloquendos, interpellandoſuè, quomodolibet miſerit, præter pœnas in Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac etiam noſtris Conſtitutionibus, & Diffinitionibus antiquis contentas, etiam grauiores Superiorum arbitrio incurrat.

b *Arg. in c. his igitur. 3. di. 23. c. in ſcripturis. 9. 8. q. 1.*

9 Nec ad Comœdias, *c* nec ad alia Theatralia ſpectacula, quæ ſcandalum pariunt, Fratres Congregationis noſtræ vadant, & qui contrafecerint, per Priorem ſuum puniantur.

c *Argu. in cap. Presbyt. 19. di. 24. c. Cler. 15. de vita. & honeſt. Cler. c. Sacerdotes. 2. di. 37. ex Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. de refor. ſeſſ. 24. cap. 12. verſus finem. de reform.*

10 Qui Sæculares, ad impediendam iuſtitiam, à quibus, vel clamoribus, *d* vel importunis precibus Conuentus impleantur, ad Superiores deduxerint, aut introduxerint, vel aſſociauerint, niſi ex mera vrbanitate id fecerint, per ſex menſes incarcerentur, & actiua, paſſiuaquè voce ſtatim priuati intelligantur.

d *Arg. in ca. in loco. 4. 5. q. 4. ex Conc. Trid. ſeſſ. 2. §. in ſententijs.*

11 Quicumque Fratrum, à Conuentu vbi moratur, per Diffinitoriū, aut per Patrem Vicarium Generalem remotus, ad Sæculares, vt obedientiæ refragetur confugerit, ipſofacto ſit actiua, paſſiuaquè voce priuatus, & à loco optato in perpetuum exulet.

12 A litterarum crebra ſinè neceſſitate miſſione vnuſquiſque abſtineat, & abuſum litteras folio cooperiendi, religioſæ paupertati incongruum, omnes omninò omittant.

13 Tempore noctis, poſt pulſatum ſilentium, vnuſquiſque in Cella ſua ſe recludat, nemoquè per Conuentum vociferetur, *e* aut excitet clamores, & Fratrum coadunationes tollantur, ſub pœna comedendi in pane, & aqua ſuper nudam terram.

e *Argu. in c. cū ad Monaſt. §. in Oratorio. de ſta. Mo. c. decet. 2. de immunit. Eccleſ. in 6. Clem. nè agro. §. præmiſsa. de ſtat. Monac. c. in loco. 5. q. 4. ex Conc. Trid. ſeſſ. 2. §. in ſententijs.*

§. Ex

Digitized by Google

§. *Ex Capitulis Mutinenſi 1607. Cremonenſi 1616. Ferrarienſi 1618. alio Ferrarienſi 1620. Bononienſi 1626. alio Cremonenſi 1634. Vitellianenſi 1637. & Romano 1644.*

Cap. 4.

1 Seditioſi, [f] ſubornatores, [g] diſcordias in Conuentibus ſeminantes, [h] & fouentes, Fratres ab obedientia, ac reuerentia ergà Superiores alienantes, [i] ex conſuetudine obmurmurantes, [k] ſinè cauſa cum omnibus quæruli, indumenta, aut alia neceſſaria, tamquam mercenarij, ſuperbè expoſtulantes, [l] bona Conuentus, quæcumque illa ſint, deuaſtantes, litteras Superiorum aperientes, factioſi, minaces, rixoſi, [m] contumelioſi, obſcena [n] ex vſu euomentes, ſcandaloſi, ſi vnquam (quod Deus auertat) in aliquo ex noſtris Conuentibus, reperti fuerint, incarcerentur per tres menſes, [o] vbi plerumquè ad arbitrium Prioris loci, in pane, & aqua ieiunent. Inſuper de præterita, ac præſenti vita rigoroſè proceſſentur, & ad Triremes, ſi attenta grauitate delictorum, iuſtitia id patiatur, condemnentur. Priores autem, Fratres huiuſmodi rigidè non corripientes, ab officio ſuſpendantur.

2 Prohibentur ſales illi, qui vulgò dicuntur (*motti*) eſtò facetias, & argutiam redoleant, ac præcipuè, qui in alicuius obtectam læſionem redundant, ſub pœna comedendi ſuper terram in pane, & aqua.

3 Sæculares tituli, dominationis, vulgò (V. S.) & ſimiles, omninò prohibentur in noſtra Congregatione, & qui illis verbo, vel ſcripto vti præſumpſerint, arbitrio Patris Vicarij Generalis puniantur. [✠]

4 Tol-

f *Arg. in ca. ſeditionarios. 8. diſt. 46.*

g *Arg. in c. deteriores. 15. 6. q 1.*

h *Arg. in c. diſcordantes. 1. diſt 90.*

i *Arg. in c. igitur. 3. Gloſſ. ſenioribus. di. 23.*

k *Arg. in cap. alienus ſit. 4. diſt. 90 c. innotuit. 1. de maledict. c ſumma. 16. 6. q. 1. cap. Clericus maledicus. 5. di. 46. c. his igitur. 3. diſt. 23.*

l *Arg. in cap. ex quæ. 8. § præcipimus. de ſta. Mo.*

m *Arg in ca. ſi quis Monachus. 5 di. 90. c. multa. 1. nè Cle. vel Mona.*

n *Arg. in c. Cler. 6. diſt. 46. c. his igitur. 3 di. 23.*

o *Arg. in cap. ſi quis Monachus. 5. di. 90. c. alienus. 4. ea.*

✠ *Confirm. per Bre ſpec. Alex. Papa VII. ſub dat. Romæ die 18. Iulij 1654.*

Digitized by Google

4 Tollantur à Cellis picturæ omnes, ijs exceptis, quæ ſpiritum, pietatem, ac deuotionem alere poſſunt. Cellæ quoquè non ornentur tapetijs, [p] vel pannis, & contrafacientes rebus priuentur, & Superioris arbitrio puniantur.

5 Omnes, & quoſcumque culpabiles, atquè illicitos ludos, [q] puta Alearum, Taxillorum, & his ſimiles, à ſacris Canonibus prohibitos, tam in Conuentibus, quam extrà, tam Fratrum inter ſe, quam cum Sæcularibus, [r] omninò prohibemus, ſub pœnis luſoribus priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, alijſquè arbitrio Patris Vicarij Generalis infligendis, & Prioribus, qui id cognouerint, & corrigere, aut impedire neglexerint, ſuſpenſionis ab officio.

6 Si quis Prior ludis, vt ſuprà prohibitis, & maximè cum Sæcularibus, ludere [ſ] præſumpſerit, eum ab officio ſuſpenſum declaramus ipſo facto, declarantes inſuper, iuxtà ſacros Canones, eum incapacem [t] cuiuſcumque dignitatis, & officij in noſtra Congregatione.

7 Cuiuſcumque generis arma, [u] quouis prætextu, nec deferantur, nec detineantur à Fratribus, & præcipuè tormenta illa bellica, quæ vulgò (*Archibugi, & Piſtolle*) dicuntur, ſub pœna priuationis vtriuſquè vocis, ipſo facto à contrafacientibus incurrenda, & Prioribus permittentibus ſuſpenſionis ab officio.

8 In Statu Mediolanenſi ſeruetur ad vnguem per Summos Pontifices [x] facta prohibitio, de non retinendis armis, ſub pœnis in Diplomatibus Pontificijs contentis, & à nobis ſuprà expreſſis.

9 Cul-

p *Clem. 8. de refor. regul.*

q *Arg. in c. Epiſcop. 1. diſt. 35. c. inter dilectos. 11. de exceſſ Pralat. c. Cler. 15. de vita & honeſt. Cleric c. multa 1 nè Cle. vel Mo. ex Cõc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de refor. ſeſſ. 24. c. 12. de reform.*

r *Arg ex Gloſſ. in c. continebatur. 8. de homicidio.*

ſ *Arg. in Iuribus ſuprà citatis.*

t *Arg. ex Gloſſ. in c. inter dilectos. 11. de exceſſ. Prala. ca. penult. §. ad aleas. de vit. et honeſt. Cler.*

u *Arg. ex Clenè in agro. §. quià de ſta. Mo. c. Cler. 2. de vi. & honeſt. Cler. c. in audientia. de ſent. excom. in fi.*

x *Clemens Papa V. in Concil. Viennen. Cle. 1. §. quià. de ſtat. Monac. S. C. 30. Aprilis 1614. mandante Paulo Papa V.*

Digitized by Google

9 Cultros ordinariæ menſuræ, & vt dicitur (*da Tauola*) ſub hac prohibitione comprehendi minimè volumus, hos tamen Fratres in Conuentibus apud ſe nec teneant, nec deferant, [z] ſed Cellario relinquant cuſtodiendos. Scalpra ſimiliter libraria, vulgò dicta (*Temperini da racconciar le penne*) Fratribus permittimus in Cellis retinenda.

z Arg. in iuribus ſuprà citatis.

10 A præfata prohibitione, extraordinariæ menſuræ cultros non eximimus, quos nullo modo detineant, vel deferant Fratres, ſub eadem pœna ſuprà expreſſa.

De Clauſura. Rub. 4.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1592. *Bergomenſi* 1596. *& alio Mediolanenſi* 1612. *Cap.* 1.

1 VT omnis ſcandalorum, & vagationis [a] occaſio tollatur, in omnibus noſtræ Congregationis Conuentibus, iniungatur à Priore cuſtodia Ianuæ alicui Fratri Commiſſo, vel Conuerſo, [b] qui ſit maturæ ætatis, & vitæ exemplaris, de nullo vitio ſuſpectus, humilis, prudens, ac in reſponſis mitis. Is Ianuam Conuentus clauſam [c] ſemper teneat, eamquè nemini Fratrum aperiat, niſi Socium, [d] & exeundi licentiam habuerit.

2 In tabella propè Ianuam appenſa, ſingulos Fratres familiæ deſcriptos habeat, & nomina eorum, quos egredi contigerit, diligenter notet.

3 Cum aliquis Ianuam pulſauerit, citò adſit. Sæculares tamen, etiamſi Fratres aliquos vocent, niſi ſint aliqua dignitate inſigniti, vel Fratrum conſanguinei, aut Officiales eiuſdem Conuentus, ſub pœna

a Arg. ex Clenè in agro. §. quià verò. de ſta. Mo. c. quidam. 17. 16. q. 1. c. Monachii. 3. 10. q. 4. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 4. de reg.

b Clemen. Papa VIII. Conſt. 60. § vt omnis. de refor. regul.

c Clemen. Papa VIII. vt ſuprà.

d Clemen. Papa VIII. vt ſuprà.

Digitized by Google

Carceris per menſem, Clauſtrum ſecundum ingredi, multoquè minus ad Dormitorium accedere non permittat. Sed verbis blandis, eos propè Ianuam detineat, & interim ſinè ſtrepitu, & vociferatione vocatos admoneat. Quod ſi aliquis Fratrum Sæculares in prædicta loca introducere auſus fuerit, per tres dies, facta prius diſciplina, cum ſolo pane, & aqua comedat in medio Refectorij.

4 Eleemoſynas communes Conuentus, ſi Prior opus huiuſmodi alteri non demandauerit, pauperibus, ſtatuto tempore, Ianitor patienter diſtribuat.

5 Si quis ad imitationem clauium Conuentus, de alijs clauibus, vt Ianuam ipſius Conuentus, vel alicuius officinæ, ad ſui libitum aperire valeat, ſibi prouiderit, [e] incarceretur, & debita pœna puniatur.

6 Priores, qui de ſufficienti Ianitore Portam non prouiderint, aut Conuentus clauſuram neglexerint, à Patre Vicario Generali, vel à Viſitatoribus tempore viſitationis, ab officio Prioratus ſuſpendantur, & puniantur.

7 Contumaces, [f] & maximè Banniti [g] intrà ſepta Monaſteriorum non recipiantur, ſub pœna Prioribus priuationis officij ipſo facto incurrenda, Fratres verò, qui abſquè conſenſu Prioris Sæculares noctu, diù vè intrà proprias Cellas, vel alibi in Conuentu, & præcipuè Contumaces, & Bannitos retinere præſumpſerint, grauioris culpæ pœnam ſuſtineant per tres dies.

8 Caueant Fratres cuiuſcumque gradus, ac dignitatis exiſtant, nè extrà caſus permiſſos ab Apoſtolicis Decretis, aut introducant, aut quouis prætextu permittant Fœminas [h] noſtra ingredi Monaſteria,

e *Clemen. Papa VIII. vbi ſuprà §. quibus.*

f *S.C. Epiſcoporum. 1676. 10. Ianuarij.*

g *Eadem S. C. ad Nunciũ Neapolitanum 13. Auguſti 1613.*

h *Pius Papa V. Conſt. incipien. regulariũ perſonarũ, & Conſt. incipien. decet Rom. Pont. Gregor. Papa XIII. Conſtit. 28. vbi gratia.*

ſteria, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nec non priuationis cuiuſcumque gradus, ac dignitatis, & inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda.

De Apoſtatis, & Inquiſitis. Rub. 5.

§. *Ex Capitulo Ferrarienſi* 1618. *& alio Ferrarienſi* 1620. *Cap.* 1.

1 FVgitiui, & Apoſtatæ, ſiuè habitum deferant, ſiuè non, à Superioribus perquirantur, [a] & ſi opus fuerit, inuocato brachio ſæculari, in carcerem [b] conijciantur. Sua autem ſponte reuertentibus, vt prodigo filio pœnitenti occurratur, & mitius cum eis agatur, ſecundum quod Superioris diſcretio melius in Domino expedire iudicauerit.

2 Vltrà pœnas in Conſtitutionibus noſtris contentas, Apoſtatæ vltimum locum [c] teneant, ac ſi tunc venirent à ſæculo, & voce actiua, paſſiuaquè careant in perpetuum, niſi per quatuor Diffinitoria [d] cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum.

3 Conuicti, & condemnati per Sanctæ Inquiſitionis Officium, de aliquo errore vehementis ſuſpicionis, cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, voce actiua, & paſſiua [e] perpetuò ſint priuati, & à Ciuitate, vel Diœceſi, vbi id contigerit relegati, vltimumquè locum [f] poſt profeſſos teneant.

a *Arg. In c. tua fraternitati.* 3. *de Apoſtatis. c. nè religioſi.* 24. *de reg. ex Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 19. *de reg. S. C. Concilij. §. recurſus. de Apoſtatis. & eiectis.*

b *Arg. in cap. à nobis* 5. *de Apoſtat. ca. Abbat.* 16. 18. *q.* 2. *c. ſi cuſtos.* 18. *ca. ſi homo.* 19. 27. *q.* 1. *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 19. *de reg.*

c *Arg. in c. mãdamus.* 2. *in fi.* 19. *q.* 3. *ca. intelleximus. §. igitur. de ætat. & qual. ordin.*

d *Arg. in c. non magnopere.* 3. *nè Cle. vel Mo.*

e *S. C. S. Officij.* 1. *Octob.* 1626.

f *Arg. in iuribus ſuprà citat.*

Digitized by Google

§. *Ex Capitulo Cremonen.* 1634. *Vitellianenſi* 1637. *& Diata Cremonen.* 1647. *Cap.* 1.

1 IJs, quæ in Diffinitionibus antiquis, Rubrica 9. Cap. 4. prouidè ſancita ſunt inhærendo, omnibus, & ſingulis Cõuentuum noſtrorum Prioribus præcipimus, ſub pœnis ibidem contentis, vt in vnoquoque Conuentu, vnus ad minus Carcer [a] tutus, & in maioribus plures Carceres ædificentur, ſi iam erecti non ſint.

2 Carceratorum expenſæ fiant de conceſſis ad vſum eorumdem. Illis verò non habentibus, ſi carceratio vltrà menſem perduret, contribuant Conuentus [b] Prouinciæ delinquentium, cum hac tamen declaratione, quod tantum Conuentus concurrere teneantur, qui ſub eodem Principe, & in eodem dominio reperiuntur, in quo eorumdem delinquentium Conuentus filiationis poſitus eſt, non verò Conuentus alterius dominij, & ſub diuerſo Principe, quamquam eiuſdem Prouinciæ.

3 Ad ratam, & prò rata, iuxtà Conuentuum prouentus contributio fiat. Et taxa [c] à Diffinitorio Capituli Generalis, vel Diætæ, aut à Patre Vicario Generali determinetur, & Priores admoniti de quota, ſtatim ſoluant, ſub pœna arbitrio ipſius Patris Vicarij Generalis infligenda.

4 Nè delinquentes, qui maciæ in delicti pœnam tabeſcere debent, ex nimio victus luxu ſaginati, inſolentiores reddantur, Pater Vicarius Generalis limitet [d] prò ſuo arbitrio, & conſcientia, expenſas victus, ipſis Carceratis ſubminiſtrandi, & quid quolibet

a *Argu. in cap. quamuis. 4. de pœnit. in 6. c. ſi Clericos. 15. de ſent. excom. eo. lib. S.C. Concil. de Apoſtatis, & eiectis.*

b *Arg. in c. nè religioſi 24. de regul.*

c *Arg. in cap. aduerſus. 7. de immunit.*

d *Arg. ex Gloſſ. ver. vita neceſſaria. in cap. nè religioſi. 24. de reg c. de lapſis. 5. 15. q. 6.*

Digitized by Google

libet menſe, prò tali victu à Conuentibus, vel Conuentu contribuendum ſit, decernat.

5 Ad expenſas autem Carceratorum in Carceribus extrà noſtram Congregationem, ſicuti, & in noſtra Congregatione prò tempore incorrigibilitatis, à die dictæ Carcerationis vſquè ad finem, omnes Conuentus Prouinciæ contribuant [c] cum declaratione prout ſuprà.

c Arg. in ca. nè religioſi. 24. de regul.

6 Cum vbi non timetur reprehenſor, iniquitas licentius perpetretur, ideò omnes, & ſingulos Priores monemus, vt ergà Carceratos non omittant, quæ ſunt Patris, & ſimul exerceant, quæ ad reſipiſcentiam eoſdem Carceratos inducere poſſint.

De Infirmis. Rub. 7.

§. *Ex Capitulo Mediolan.* 1612. *Cap.* 1.

1 Valetudinarium [a] quolibet in Conuentu certo, ac ſalubri loco, prò Fratrum numero, quantum fieri poteſt capax reperiatur, in eoquè, & non alibi, nec intrà, nec extrà Conuentum, Fratres noſtri cum ægroti fuerint curentur, nec indè niſi poſtquam conualuerint, diſcedant.

a Arg. in ca. cũ ad Monaſteriũ. §. in Refectorio. de ſta. Monac. Clem. 1. eo tit. Clemen. Papa VIII. Conſt. 60. §. valetudinarium.

2 Si Valetudinarium in aliquo Conuentu, aut non poſſit, aut non debeat inſtitui, ordinamus, vt illius ægrotos, Prior Cõuentus proximioris, vbi Valetudinarium eſt, benignè recipiat, & illorum ſaluti, expenſis [b] tamen Conuentus in quo ſunt de familia, quantum fieri poteſt, charitatiuè incumbat.

b Arg in Gloſſ. ver. vita neceſſaria. in ca. nè religioſi. 24. de regula.

3 Sint in Valetudinario omnia ſuppellectilia, & vaſa, quæ tam infirmis, quam conualeſcentibus inſeruire debent, eaquè in inuentario deſcripta, Infirma-

firmario, qui clauem Valetudinarij ſolus habere debet, conſignentur. Et ſi quid ob eius incuriam perierit, arbitrio Prioris puniatur.

4 Si propter numerum, aut diuerſitatem infirmantium, vnicus Infirmarius, qui eis inſeruiat, non ſufficiat, alter [c] à Priore addatur, & in grauioribus infirmitatibus, cum Medicus aduenerit, aliquis Sacerdos aſſiſtat, & quæ ab eo ordinata fuerint, per inſeruientes opportunè exequi faciat.

c Arg. in c. cum ad Monaſteriū 6. §. Abbas. de ſta. Monac.

De Spolijs Fratrum. *Rub.* 8.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1592. *& Ferrarienſi* 1648.

1 STatuimus, vt bona Fratrum, qui diem ſuum obierunt, eis dum viuerent ad vſum conceſſa, in Conuentuum noſtrorum vtilitatem, ſeruatis diſpoſitione, & diſtributione mox dicendis, deuoluantur, & conuertantur.

2 Libri antè obitum, cum ſubſcriptione Patris Vicarij Generalis, alicui Conuentui ſpecialiter applicati, ſint illius Conuentus, in cuius fauorem applicatio appareat; non applicati verò, ſint Conuentus filiationis, à quo Frater emortuus ad habitum fuerat acceptatus.

3 Bona mobilia Fratrum ex hac vita decedentium, quæcumque illa ſint, remaneant Conuentui, vel Conuentibus, in quo, ſeù quibus, tempore obitus, bona ipſa reperiri contigerit. Exceptis tamen pecunijs, ſeù rebus alijs, de licentia ſui Superioris, fortè alicui mutuatis, vel commodatis, ſeù quomodolibet prò eo expoſitis, vel expenſis, ſiuè quauis alia ratione, in eius manibus inuentis. Huiuſmodi enim

pecu-

Digitized by Google

pecunias, ſeù res, Conuentui filiationis Defuncti obuenire volumus, & mandamus. Et Conuentus, qui commodum ſentiunt, participando de bonis Defunctorum, & incommodum ſentiant, ſoluendo ad ratam expenſas, medicinalium, funeris, & debita, ſi quæ eos reliquiſſe contingat.

4 Bona verò, quæ extrà Conuentus noſtros, puta in via, in hoſpitijs, vel in Sæcularium domibus inuenta fuerint, Conuentibus filiationis, à quibus ad habitum Fratres demortui fuerant acceptati, obueniant, & tunc ſoli, niſi, & alij participent, expenſas vt ſuprà, & debita ſoluant.

5 Verum bona à Fratribus viuentibus antè, vel poſt Profeſſionem, publico inſtrumento, vel alia ſcriptura, atteſtatione Syndicorum, & manu Patris Vicarij Generalis firmata, in fauorem alicuius Conuentus implicata, vel acquiſita, eidem Conuentui, iuxtà implicationis, ſeù acquiſitionis formam, remaneant. Et tandem bona immobilia iure hæreditario, vel ex teſtamento, legato, aut donatione alicui Fratri obuenientia, vbicumquè reperiantur, ſint Conuentus filiationis illius, qui quoad huiuſmodi bona, in omnibus iuribus, & actionibus Fratris mortui ſuccedat.

6 De bonis Fratrum decedentium, antequam in vtilitatem Conuentus vertantur, omnia eorum debita perſoluantur, nec non expenſæ omnes factæ cauſa eorum ægritudinis, & funeris, nullatenus huiuſmodi expenſarum, & debitorum ſolutione dilata, ità vt in Inuentario, quod à Priore, cũ aſſiſtentia Syndicorum, & Senioris Conuentus, fieri debet, & cum illo, ab ipſo Defuncto, dum viueret, iam facto, & penes Priorem exiſtente, collationari, ac

in

Digitized by Google

in Archiuio Conuentus ſeruari, appareat legitima confeſſio, propria manu creditoris, ſatisfactionem recipientis, firmata, ac etiam cum ſubſcriptione Syndicorum, & Senioris Conuentus, aliàs ſolutio cenſebitur inualida, & ad reſtitutionem Prior, ſeù alius Superior tenebitur.

7 Nolumus tamen Fratres, qui ſpeciali cura, & charitate in demortui infirmitate ſeruierunt, debita remuneratione fraudari, imò adhortamur Priores, ſeù quoſuis Superiores, vt de conſilio, & conſenſu Syndicorum, aliquid ex Defuncti ſpolijs, eis ad vſum concedant, prout pietas ſuggeſſerit.

8 Bona Fratrum defunctorum, in vtilitatem Conuentuum non implicentur, niſi prius Pater Vicarius Generalis, in ſcriptis fuerit monitus, de intentione Capituli Conuentus, cum Fratrum ſubſcriptione expreſſa, eiquè porrecta, circà modum, & formam implicationis faciendæ, iuxtà maiorem exigentiam, & vtilitatem Conuentus, & niſi talis eorum expoſitio, ab eodem Patre Vicario Generali fuerit approbata, quæ approbatio, vna cum Inuentario, in Archiuio Conuentus ſeruabitur. Et ſi quis contrà formam, in præſenti decreto præſcriptam, bona implicare, aut pecunias expendere auſus fuerit, ex nunc, prout ex tunc, quicumque ille ſit, officio ſuo, & vtraquè voce priuatus remaneat.

9 Si bona Fratrum, qui in Domino obierunt, debeant vendi, vt illorum pretium extractum, in vtilitatem Conuentus implicetur, vendantur à Priore, cum aſſiſtentia, & conſenſu Syndicorum, & Senioris Conuentus, maiori pretio, quo poterit, in vtilitatem ipſius Conuentus. Et vt omnis fraus, & damnũ tollatur, nihil cuiuis vendatur, quod à peritis,

cum

cum aſſiſtentia Prioris, Syndicorum, & Senioris Conuentus, quantum vendi poſſit, non fuerit prius æſtimatum.

10 Bona autem omnia, & ſingula vendita, in eodem inuentario ſcribantur, cum illorum pretio, & quibus fuerint vendita, cum ſubſcriptione Prioris, Syndicorum, & Senioris Conuentus, addito illorum iuramento de veritate, & fidelitate, ſub pœna contrafacientibus, ad arbitrium Patris Vicarij Generalis.

11 Si verò aliquis Prior, Vicarius, Syndicus, ſeù quiuis alius, inuentus fuerit fraudolentus, in conficiendo inuentario bonorum, vel in occultando aliqua bona, aut ea apud ſe retinendo, vel etiam in eorum venditione, & applicatione, ſiuè quocumque alio modo, quo inferatur damnum Conuentui, in cuius vtilitatem ea conuerti debent, furti iudicio condemnetur, & vltrà infamiæ notam, quā incurriſſe declaramus, pœnis furtum committentibus, à noſtris Conſtitutionibus taxatis, & alijs arbitrio Patris Vicarij Generalis puniatur.

De Commiſſis, & Conuerſis. Rub. 9.

§. Ex Capitulo Bergomenſi 1596. Papienſi 1632. Vitellianenſi 1637. & Cremonenſi 1650.

Cap. 1.

1 NEmo imposterum, ad habitum Congregationis noſtræ, ſub nomine Oblati, aut Tertiarij, niſi ſit extrà Conuentum in ſæculari domo permanſurus, à quocumque cuiuſuis gradus, ac conditionis exiſtat, acceptetur, ſed nomine Com-

Digitized by Google

missi [a] tantumodò, iuxtà formam in noſtris Conſtitutionibus præfixam.

2 Qui autem vt Commiſſus, modo præfato, fuerit acceptatus, quamdiù in habitu Commiſſorum permanſerit, Cappam deferat, in parte anteriori vſquè ad cingulum clauſam, [b] quæ ſit ex Panno nigro, vel Raſcia pannacea humili, [c] ſinè Capucio, & manicæ Cappæ in latitudine non excedant palmum Romanum, cingaturquè ſuper Cappam Zona, ſeù Cingulo ex corio nigro, latitudinis duorũm digitorum circiter, cum Collari laneo ex Sargia alba ſinè plicaturis, nec Priores permittant, eos extrà Cellã ſinè habitu per Conuentum incedere. Et hunç modum veſtiendi, & incedendi, ſeruent etiam Conuerſi, cum hoc ſolum diſcrimine, quod hi Capucium deferre poſſint.

a S. C. *ſuper ſtat. regul. 10. Iulij 1655. prò Nonitijs in noſtra Congregatione recipiendis.*

b *Arg. in cap. Cler. 15. de vita, & honeſt. Cler. Cle. nè in agro. §. ſtatuimus. de ſta. Mo.*

c *Arg. ex Clem. 1. §. ſtatuimus. de ſta. Mo. cap. Clericus. 8. diſt. 41.*

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1612. *Ferrarienſi* 1618. *Cremonenſi* 1634. *Caſalenſi* 1661., *& Diata Vitellianen.* 1678. *Cap.* 2.

1 COmmiſſis, & Conuerſis ità capilli detondantur, [d] vt nec ad pulſus crines prominentes oſtendant, nec in occipite ceſariati appareant, ſed in ea parte, ſicut, & ad pulſus radantur, ſub pœnis arbitrio Prioris infligendis.

2 Tam Commiſſi, quam Conuerſi omnes, quotidiè Sacerdoti celebranti deſeruientes, Miſſam audiant. [e] Diebus verò Feſtis, niſi ſint graui negotio, & Priori noto præpediti, non tantum Veſperis, [f] vt in antiquis Diffinitionibus Rubrica 2. Cap. 3. ſtatutum eſt, ſed etiam Matutinis, ſub pœna leuis culpæ, ſemper interſint.

d *Arg. ex Clem. graui de celeb. Miſſ. c. ſi quis. 4. c. Clericus. 5. c. Clerici 7. de vita, & honeſt. Cler. c. ſi quis. 23. diſt. 23. ca. prohibete. 21. c. Clerici. 22.*

e *Arg. ex c. dolentes. 9. de cel. Miſſ. ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 18. de refor.*

f *Argu. ex eod. Conc. Trid. loco cit.*

3 Nul-

Digitized by Google

3 Nullus cuiuſcumque dignitatis, & conditionis exiſtat, audeat Commiſſos, quamquam nondum profeſſos, habitu noſtro, ſinè licentia ſpeciali Patris Vicarij Generalis exuere, aut à Congregatione noſtra expellere, ſub pœnis eidem Patri Vicario Generali arbitrarijs.

4 In ijs quæ ſpectant ad ſeruitium Conuentus, officialibus illius quibuſcumque, Commiſſi, atquè Conuerſi promptè obediant. [g] Illorum verò mandata ſpernentes, incarcerentur per menſem, & tribus diebus, qualibet hebdomada, in pane, & aqua ieiunent.

5 Hortorum culturæ, proprijs manibus, [h] cum omni ſtudio ijdem incumbant, nequè abſquè Prioris, aut Procuratoris licentia, Sæcularium operibus vtantur. Contrafacientes diſciplinam ter in medio Refectorij faciant, ibiquè cum pane ſolo, & aqua comedant, grauioribuſquè pœnis arbitrio Prioris plectantur.

6 Conuerſi quæſtuantes, eleemoſynas, quas receperint, fideliter Exactori conſignent. Si quis autem ſecus fecerit: prima vice comedat per menſem ſuper terram in pane, & aqua: ſecunda vice incarceretur: tertia verò vice, quatenus delictum reddatur graue, ad Triremes per biennium condemnetur.

7 Commiſſi, vel Conuerſi, qui de rebus Conuentus aliquid in proprios vſus conuerterint, vel Conuentum in aliquo fraudauerint, pœna proprietarij puniantur. In Coquina verò, aut Cella vinaria deſeruientes, de ſuppellectilibus ſibi aſſignatis curam habeant, & ſi quæ eorum negligentia depereant, vel deperdantur, à Priore condignè corripiantur.

g *Arg. in c. quis qui ſuis 9. diſt. 93. c. quià Frater. 18. 7. q. 1. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reſor. §. de delectu ciborum.*

h *Argu. in cap. exijt. 3. §. alibi de ver. ſignifi. in 6. cap. cauendum. 7. 10. q. 3. Extrau. 1. de cenſibus.*

Digitized by Google

8 De receptis à Procuratore, tam Commiſſi, quam Conuerſi, qualibet hebdomada rationē reddant, i & in aliquo fraudulenti reperti, furti iudicio condemnentur.

i *Arg. ex Clem. quià contingit. §. vt antè præmiſſa. de Religioſis domibus. ex Conc. Trid. c. 9. de refor.*

De Nouitijs, & Nouitiatibus, Profeſſis, & Profeſſorijs. Rub. 10.

§. Ex Capitulo Ferrarienſi 1677. & Romano 1680. Cap. 1.

1 IN recipiendis Nouitijs ad habitum noſtræ Congregationis, ſeruentur Decreta Sacræ Congregationis ſuper ſtatu Regularium, de mandato S. M. Alexandri Papæ VII. edita, ſub datum Romæ die 10. Iulij 1655. Cuius rei gratia hic per extenſum præfata Decreta ponuntur, Videlicet.

2 Ad propagandam in Congregatione Eremitarum S. Auguſtini, de Obſeruantia Lombardiæ, regularem Obſeruantiam, quæ Nouitiorum inſtitutioni, & educationi præcipuè innititur. Sacra Congregatio deputata ſuper ſtatu Regularium, de mandato Sanctiſſimi Domini noſtri Alexandri Papæ VII. præſentis Decreti vigore, deſignat, ac deputat prò Nouitiatibus, & Profeſſorijs, Conuentus infraſcriptos, Videlicet. In Statu Eccleſiaſtico, prò Nouitiatu Conuentum S. Mariæ Miſericordiarum Bononiæ, & prò Profeſſorijs eumdem Conuentum Miſericordiarum, nec non Conuentus Sancti Andreæ Ferrariæ, Sanctæ Mariæ de Populo Vrbis, Sancti Auguſtini Fauentiæ, & Sancti Nicolai de Tolentino. In Statu Veneto, prò Nouitiatu Conuentum Sancti Barnabæ Brixiæ, & prò Profeſſorijs Conuentus

Digitized by Google

uentus Sancti Auguſtini Cremæ, Sanctæ Agnetis Mantuæ, Sancti Auguſtini Bergomi, Sanctæ Mariæ Coronatæ Mediolani, Sancti Auguſtini Cremonæ, & Sancti Auguſtini Mutinæ. In Statu Pedemontano prò Nouitiatu Cõuentum Sanctæ Mariæ Gratiarum Cariniani nullius Diœceſis, & prò Profeſſorijs Conuentus Sancti Auguſtini Taurini, Sancti Auguſtini Sauiliani, & S. Auguſtini Auilianæ Diœceſis Taurinenſis, nec non S. Petri Bugellæ Diœceſis Vercellarum. In quolibet autem ex prænominatis Conuentibus prò Nouitiatu, vt præfertur, deſignatis, eadem Sacra Congregatio impertitur licentiam, hac vice tantum, recipiendi decem Clericos, & duos Laicos, dum tamen hæc, quæ ſequuntur, inuiolabiliter obſeruentur.

3 Primum, ſi qui in Congregatione prò Clericis recipi petierint, non niſi nomine alicuius peculiaris Conuentus, ſecundum eius indigentiam, ad numerum Fratrum in eo præſcriptum, præuia acceptatione Capitulari eiuſdem Conuentus, concurrente maiori parte votorum, per ſecreta Suffragia recipiantur. Nequè ſtatim eis annuatur, quicumque illi ſint, ſed iuxtà Conſtitutiones, ac Diffinitiones Congregationis perquiratur, an ſint perſonæ idoneæ, probeturquè ſpiritus eorum, ſi ex Deo eſt. Atquè ideò Prior Conuentus prò quo, & cuius nomine recipiendi ſunt, vna cum duobus alijs Patribus, à Capitulo eiuſdem Conuentus eligendis, diligenter perquirant, & in quantum poſſunt, certiores ſe reddant, ſecundum eiuſdem Congregationis inſtituta, ſi in debita ætate, nimirum in anno ad minus ſextodecimo ſint conſtituti, legitimo thoro, honeſtiſquè parentibus nati, vitam honeſtam duxerint,

xerint, ab alia Religione, Ordine, ſeù Congregatione non receſſerint, Eccleſiaſtica cenſura, & Irregularitate non ſint deuincti, nullius ratiocinijs obligati, nullauè occulta infirmitate detenti, aut aliqua corporis deformitate maculati, linguam latinam, ità ſaltem didicerint, vt ad ſacros Ordines promoueri valeant, alijſquè requiſitis ad præſcriptum Apoſtolicarum Conſtitutionum polleant.

4 Quod ſi in præfatis requiſitis, aut altero eorum defectuoſi reperti fuerint, vt inhabiles habeantur. Si verò idonei, tunc iuxtà eiuſdem Congregationis Conſtitutiones, eorum ſpiritus probetur; atquè ideò idem Prior, cum præfatis Patribus, duabus repetitis vicibus requirant. An zelo perfectioris vitæ, & Deo liberius in Sancta Religione ſeruiendi, vel potius leuitate, aut neceſſitate, vel alio fine inordinato ducti, poſtulent admitti. Inſuper eis exponat abiectionem propriæ voluntatis, vilitatem ciborum, aſperitatem veſtium, vigilias nocturnas, labores diurnos, macerationem carnis, opprobrium paupertatis, ruborem mendicitatis, laſſitudinem ieiunij, tædium Clauſtri, & his ſimilia, exquirendo de his omnibus eorum voluntatem.

5 Quod ſi reſponderint, ſe ſemper hæc velle, cũ Dei adiutorio ſeruare, tunc Prior poſt oblatam eis ſpem receptionis, ad exactam, & generalem omnium peccatorum ſuorum Confeſſionem hortetur. Quibus peractis, mittant Vicario Generali atteſtationem in ſcriptis, cum eorum iuramento firmatam, denunciando ei nomina, cognomina, & patrias poſtulantium recipi in Cõgregatione, eorumdem habilitatem, ac idoneitatem approbatam, nec

non

Digitized by Google

non acceptationem capitularem Conuentus, cuius nomine recipi debeant. Quod ſi in prædicta atteſtatione, in aliquo fuerint mendaces, Prior ſit ipſo facto priuatus Prioratu, & vtraquè voce, tam ipſe, quam alij duo atteſtantes perpetuò, ac indiſpenſabiliter priuati remaneant. Si autem Vicarius Generalis Congregationis, habita præfata legitima atteſtatione, petentes recipi, voluerit admittere, eoſdem mittat, cum litteris patentibus prò facultate, ad Priorem vnius ex prænotatis Conuentibus Nouitiatus, qui Prior tunc demum, & non prius, eoſdem ad habitum recipiat, & in probatione per annum integrum in Nouitiatu, ſub cura Magiſtri retineat.

6 Nouitijs autem, ad præſcriptum Conſtitutionũ Cõgregationis, Vicarius Generalis præponat vnum ex Fratribus Magiſtrum, doctum, honeſtum, virum approbatum, Regulæ, Conſtitutionum, ac Diffinitionum obſeruantiæ zelatorem, qui eos antè omnia doceat, purè, & frequenter confiteri, caſtè, & ſinè proprio viuere. Inſtruat eos de Regula, de Cõſtitutionibus, & Diffinitionibus, de cantu, de Officio, de moribus, de ſignis, & alijs obſeruantijs. Paupertatem amare, delicias fugere, voluntatem propriam, prò voluntate Superioris deſerere, ſe exemplum humilitatis omnibus præbere, in lectionibus, & ſpiritualibus exercitijs ſe exercere, orationibus vacare, gradus ſuæ parentelæ non recitare, de generis nobilitate non ſe iactare, de honore ſæculi non gloriari, nec de parentum diuitijs extolli.

7 Completo autem termino probationis, Prior ad ſonum campanellæ, congregatis in Capitulo Fratribus, & audita Nouitiorum inſtantia, qua petunt

ad

ad Profeſſionem admitti, inquirat à ſingulis Fratribus, ſi digni exiſtimentur, vt eorum petitionibus annuatur, qui ſi annuerint, & per vota ſecreta, concurrente maiori parte votorum, id ſtatutum fuerit, obtento prius in ſcriptis beneplacito Vicarij Generalis, ad Profeſſionem admittantur, ſub exacta vita communi, ad præſcriptum Regulæ, quauis laxiori conſuetudine non obſtante, ſeruataquè forma ſacrorum Canonum, Concilij Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, ac præcipuè Decretorum S. M. Clementis Papæ Octaui, nec non ſtatutorum ipſius Congregationis. Sed nec à volentibus ingredi, antè Profeſſionem, excepto victu, & veſtitu illius temporis, quo in probatione fuerint, quocumque prætextu, nec à Parentibus, vel Propinquis, aut à Curatoribus, Monaſterio aliquid ex bonis eorumdem tribuatur.

8 Prò Fratribus autem Conuerſis, non recipiantur ad habitum, qui vigeſimum primum annum ad minus non attigerint, & ad Profeſſionem non admittantur, niſi vigeſimum quintum annum expleuerint, ac ſteterint in habitu Commiſſorum per triennium integrum, ſintquè bonæ, & approbatæ vitæ, ex honeſtis parentibus, & legitimè nati, nec non bonæ valetudinis, vt in exercitijs corporalibus Conuentus inſeruire valeant, & maneant in probatione per annum integrum in Conuentu Nouitiatus, à quo prò eo tempore remoueri nequeant.

9 Quod ſi aliquem ex prædictis Nouitijs antè Profeſſionem à Congregatione diſcedere, aut expelli contigerit, alius in eius locum ſubrogari poſſit, dumodò tamen in omnibus ſeruetur forma ſuperius præſcripta. Cæterum vt ijdem Nouitij poſt-

quam

quam in Profeſſorum numerum, vt præfertur, recepti fuerint, melius in bono ſpiritu, regulariſquè diſciplinæ obſeruantia ſtabiliantur, & confirmentur, ſtatim poſt Profeſſionem emiſſam, ſi in Conuentu prò Nouitiatu, vt ſuprà aſſignato, locus aderit ſecundi Nouitiatus, ſeù Profeſſorij, ab ea quæ Nouitiorum eſt, & antiquorum Profeſſorum habitatione diſtinctus, & ſegregatus, ibi collocentur, ſi Conuentus eos alere queat: ſin minus transferantur in alium Conuentum, ex deſignatis prò Profeſſorio, ſeù ſecundo Nouitiatu, vbi is locus cum requiſitis ad Nouitiatum ipſum præſcriptis reperiatur, vel accomodetur. In quo quidem Profeſſorio, nec in negotijs Conuentus ſe intromittere, nec communibus tractatibus intereſſe, nequè alterius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibiquè permaneant, quouſquè ad ætatem ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ſufficientem peruenerint, vel ſaltem per triennium poſt Profeſſionem. Quo etiam tempore poterunt, quinimmò, & debebunt, litterarū ſtudijs operam nauare, ſub directione Magiſtri morum, qui eas qualitates habeat, quibus Nouitiorum Magiſtrum præditum eſſe oportet, quemadmodum ipſius Clementis Decreto prouidè ſancitum eſt.

10 Porrò in prædictis Conuentibus, tam prò primò, quam prò ſecundò Nouitiatu, vt ſuprà deputatis, nec Prior, nec familia conſtituatur, vel amoueatur, niſi à Diffinitorio, vel Vicario Generali, nequè in eis collocentur niſi Religioſi graues, deuoti, exemplares, & Regularis Obſeruantiæ, ac puritatis Regulæ ſtudioſi, à quibus exactè ſeruetur vita communis, ad præſcriptum Regulæ, & Conſtitutionum ipſius Congregationis.

11 Non obſtantibus, quoad præmiſſa omnia, & ſingula, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non prædictæ Congregationis ſtatutis, conſuetudinibus, & priuilegijs, cæteriſquè contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ die 10. Iulij 1655.

B. Card. Spada.

Loco ✠ Sigilli.

P. Fagnanus Sac. Congreg. Secret.

12 In recipiendis Nouitijs, tam choriſtis, quam laicis, ad capiendas informationes [a] deputentur filij Conuentus, ſi qui idonei reperiantur, vtpotè maiori indagine exquiſituri veras, & ſinceras huiuſmodi informationes, de Nouitijs in filios ſui Conuentus cooptandis.

13 Nouitij ad habitum recepti, denominentur ab illa Ciuitate, Oppido, vel Terra, in qua Conuentus, à quo recipiuntur, poſitus eſt, [b] quamuis exteri, & ex alienis locis, non obſtante, quod in iiſdem locis, noſtri Conuentus reperiantur.

14 A Patre Vicario Generali recipiantur quidem Nouitij, habitum noſtrum poſtulantes, ſed ad Conuentum Nouitiatus, quantum fieri poteſt, non niſi in menſe Maio mittantur, [c] vt ſicuti ſimul veſtiuntur, ità peracto probationis anno, ſimul quoquè profiteantur, ſicquè abſquè confuſione, ad Conuentum Profeſſorij mitti poſſint.

15 Et quoniam in Profeſſione Nouitij Cingulum à Superiore benedictum recipiunt, in albo Cinturatorum nomen ſuum adſcribere faciant, vt Indulgentias eiſdem Cinturatis à Summis Pontificibus conceſſas, & ipſi adipiſci poſſint, ac valeant.

a *Arg. in ca. ſi quis incognitus. 3. 17. q. 2. S.C. vt ſuprà. Sixtus Papa V. Conſt. cum de omnibus. Clem. Papa VIII. ſuper inſtit. & educ. Nouit.*

b *Arg. ex 8 C. Epiſcop. 1633. Oliuetani. 2. Decemb 1654. 21. Auguſti. Canon. S. Saluat.*

c *Arg. in ca. ex parte. 22. de regul. c. cum cauſam 27. in fi. de elect. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. ca. 16. de regul. ead. S.C. vt ſuprà.*

16 Com-

Digitized by Google

16 Completo probationis anno iuxtà præinſerta Decreta, Nouitij habiles ad Profeſſionem admittantur, nec Priores vltrà dictum tempus, eos in Nouitiatus perſiſtere permittant, niſi Pater Vicarius Generalis aliter mandauerit.

17 Nemini ex Fratribus niſi de licentia Magiſtri, vel Prioris, Nouitij loquantur, [d] nec Fratres Nouitijs, ſub pœna Carceris Fratribus per menſem. Quam pœnam itidem volumus incurrere, ſi cum Profeſſis in Profeſſorio exiſtentibus, ſinè præfata licentia loqui præſumpſerint.

d *Argu. Clem. Papa VIII. in decret. vt ſuprà.*

18 Tam Nouitiorum Magiſtri, quam Profeſſorum in Profeſſorio exiſtentium, ab ijs omnibus officijs, oneribuſquè vacent, [e] quæ Nouitiorum, & Profeſſorum curam, & regimen, reſpectiuè impedire valeant.

e *Argu. Clem. Papa VIII. Cōſtit. 83. in ſuprema. §. tam Nouitiorum.*

19 Poſt emiſſam Profeſſionem, vt Nouitij magis in bono ſpiritu, & regularis diſciplinæ obſeruantia confirmentur, mittantur ad ſecundum Nouitiatum, ſeù Profeſſorium, [f] vt in præmiſſis Sac. Congregationis Decretis cautum eſt, & antiquitus in noſtra Congregatione ſtatutum erat. Et ſanè in propria Prouincia, expenſis [g] cuius Profeſſi alendi erunt, ſi numerus Profeſſorum excedat vires Conuentus, ad Profeſſorium deputati, contribuatur ei ad ratam, ab alijs Conuentibus eiuſdem Prouinciæ. Quot autem Profeſſos Conuentus alere poſſit, & quid tribuendum ſit à Prouincia Conuentui ad Profeſſorium deputato, prò alendis vltrà vires Profeſſis, arbitrio Diffinitorij relinquitur.

f *Arg. ex c. omnis ætas 1. 12. q. 1. ex Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 18. de reform. Clem. Pap VIII. Conſt 83. §. vt autem. S C. ſuper ſtat. vt ſuprà.*

g *Clemen. Papa VIII. vt ſuprà Conſtit. 83. de nouit. §. porrò.*

20 In qualibet ergò Prouincia, ſint Profeſſoria ſufficientia [h] ad educationem Profeſſorum, nè cæteræ grauentur. Cum hac tamen declaratione,

h *Arg ex Conc. Trid ſeſſ 23. c. 18. de refor.*

Digitized by Google

quod ſi in aliqua Prouincia deſuerint proprij Profeſſi, ex aliena mitti poſſint. Si autem in ipſa Nouitij aliqui nouiter profiteantur, exteri remoueantur, vt proprijs locus detur, aut prò exteris ſua Prouincia contribuat, vel ſuſcipiat alienos.

21 In Diffinitorio Capituli Generalis, vel Diætæ Profeſſi ſecernantur, [i] & idonei ad facultates ſpeculatiuas mittantur [k] ſimul ad vnum, vel plura Profeſſoria, alij verò minus idonei, ad aliud Profeſſorium mittantur.

22 Magiſter huiuſmodi Profeſſorum, qui ſcientijs ſpeculatiuis non ſunt addicti, eos in Grammaticalibus, in litteris humanioribus, [l] & in alijs, quæ ad Ordines ſuſcipiendos ſunt neceſſaria exerceat, eoſdemquè cantū [m] Eccleſiaſticum doceat, & quatenus ipſe non ſit habilis, Prior prouideat de aliquo etiam extero, ad eos inſtruendos idoneo.

23 Cum in ſupraſcriptis Sacræ Congregationis Decretis dicatur, Profeſſos in Profeſſorio, nec in negotijs Conuentus ſe intromittere, nec communibus tractatibus intereſſe, nequè alterius exterioris obedientiæ officium exercere debere, abſquè expreſſione, à quibus nam officijs abſtinere debeant, hinc ſtatuimus, & diffinimus huiuſmodi Profeſſos, in nullo Capitulo vocem [n] habere poſſe, & nō niſi ad ea, tum in Choro, tum in Eccleſia, quæ ad Diuinum Officium ſpectant, & quæ humilitatis actum reſpiciunt, coram toto Conuentu, vt ad eleuandas res de menſa, exceptis patinis, atque tobaleis, teneri: declarantes quoſcumque alios actus priuatos, puta hoſpitibus aduenientibus, & tonſoribus inſeruire, Conuentum verrere, Campanas pulſare, & his ſimiles, eſſe diſpoſitioni eiuſdem Sacræ Congregationis

i *Arg. ex eod. Conc. Trid. vt ſuprà.*

k *S. C. ſuper ſtat. reg. vt ſuprà.*

l *Arg. in c. nonnullis. 4. de magiſtris. ex Conc. Trid. loco citat.*

m *Arg. ex Cōc. Trid. ſeſſ. 23. ca. 18. de refor.*

n *Arg. in c. cū ex eo. 32. §. in Eccleſ. de elec. in 6. Cle. vt ij, qui. de ætat. & qualit. ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 4. de refor.*

tionis contrarios, & ab ipſis, huiuſmodi Profeſſos abſtinere debere.

De Obſeruantia Vitæ Communis. Rub. II.

§. Ex Capitulo Ferrarienſi 1695. *& Bononienſi* 1698. *Cap.* I.

1 PRò Obſeruantia vitæ communis, exactè, & adamuſſim ſeruentur Decreta, prò inſtauranda vita communi in Congregatione noſtra, iuſſu S. M. Innocentij Papæ XI. edita, & à Sac. Congregatione ſuper ſtatu Regularium, ſub die 23. Martij 1678. approbata, tenoris vt ſequitur, videlicet.

Decreta prò inſtauranda vita communi in Congregatione Auguſtiniana Obſeruantiæ Lombardiæ, ex Regula S. P. Auguſtini, S. Concilij Tridentini, & Clem. VIII. Decretis, nec non Conſtitutionibus, & Diffinitionibus dictæ Congreg. excerpta.

1 Habeant Fratres cor vnum, & animam vnam in Deo, [a] vt cum in medio ſic congregatorum ſit Deus, omnem aliam communitatem prò neceſſitatibus corporis, indè ſuppetituram ſperemus, nempè benedicente Domino terram ſuam.

2 Non dicant aliquid proprium, ſed ſint illis omnia communia. [b] Quid quid habent, tam in pecunijs, quam in cæteris mobilibus, vel immobilibus, totum in manu Prioris conſignent, & in commune conferant. [c]

3 Scripturas etiam, tam publicas, quam priuatas, inuentaria, & cuncta, quæ faciunt ad rerum conſignatarum notitiam, & prò exigibilibus exigendis con-

a *Aug. in Regula.*

b *Augu. in Regula.*

c *Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 2. Clem. Papa VIII. in Decr. de refor. reg. §. 3. Diffin. antiq. rub. 8. c. 2. & 3.*

Digitized by Google

conſignent pariter, quæ inter ſcripturas Monaſterij, ad quod pertinent, referantur.

4 Nihil donare, vel mutuare poſſint: [d] non pactum aliquod, vel cuiuſuis generis contractum facere, ſed per Monaſterium, & Monaſterij communes Officiales, vbicumquè contigerit aliquid agendum, totum peragatur.

d *Arg. ex Conſtit. c. 27. n. 2. & 3. & ca. 29. num. 9.*

5 Pecunias, ſiuè à parentibus, ſiuè à quocumque alio, nullo titulo, ſinè Prioris licentia recipiant, cũ huiuſmodi licentia receptas, ſtatim conſignent, [e] in Arca communi Monaſterij reponendas. Nequè titulo depoſiti, [f] vel diſpenſationis, aut reſtitutionis, vel eleemoſynæ, aut publicè, aut ſecretò faciendæ, pecunias, vel quidpiam aliud pretioſum, aut irreligioſum, apud ſe Fratres retineant. Quod ſi quis rem ſibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur. [g]

e *Arg. ex Diffin. antiq. rubr. 8. cap. 3.*

f *Arg. ex Conſt. c. 27. nu. 3.*

g *Aug. in Reg.*

6 Superiores, qui ratione officiorum ſuorum, redditus, [h] & præſtationes particulares habent, non in alios vſus expendant, quàm officij ſui neceſſarios. Et finito [i] officio rationem reddant, cæteri quidem inferiores Vicario Generali, ipſe verò Vicarius Generalis, Diffinitorio Capituli Generalis, & quod ſupereſt, in commune Conuentus ſuæ filiationis conferat, niſi ipſi Diffinitorio aliter aliquandò videbitur expedire.

h *Clem. Papa VIII. in Decret. de reform. reg. §. 11.*

i *Arg. ex Diffin. antiq. rub. 10. ca 2.*

7 Mobilia pretioſa, [k] vel ſuperflua, nulli Fratrũ permittantur. Eorum verò, quæ ex neceſſitate conceſſa erunt, nemo aliquid poſſideat vt proprium, aut nominet, vel vt proprio vtatur.

k *Aug. in reg. Arg. ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. Clem. Papa VIII. in Decret. de refor reg. §. 5. Conſt. c. 23. n. 11. Diffi. antiq rub. 8. c. 1.*

8 Fratrum veſtes, & omnis alia ſupellex, in aliquem commodum Conuentus locum deferantur, ab vno, vèl duobus, vel quot ſufficere poſſint ad eas ex-

l *Cle. Pap. VIII. in Decr. ſupra cit. §. 9.*

excutiendas, nè à tinea ledantur, [m] cuſtodiendæ, vt ſicut paſcuntur ex vno Cellario, ſic induantur ex vno Veſtiario. [n]

m *Aug. in Reg.*

n *Aug. in Reg.*

9 Tolerari tamen poterit infirmitas, [o] vt eaſdem veſtes recipiant Fratres prò ſuo vſu, quas depoſuerant.

o *Aug. in Reg.*

10 Duplicatum alicuius generis veſtimentum de magis neceſſarijs, permitti poterit, quod apud ſe in ſuis Cellis, [p] prò quotidiano vſu, retineant Fratres, ſed à communi Veſtiario prouiſum, eoquè referendum quoties lauari, vel reſarciri opus habebit, vel tempore incongruo, quo non defertur, vt ſemper ſit verum, quod omnia opera noſtra in vnum fiant, maiori ſtudio, ac frequentiori alacritate, quam ſi nobis ſinguli propria faceremus. [q]

p *Arg. ex Diffini. antiq. rub. 8. cap. 1.*

q *Aug. in Reg.*

11 Ad minus quater in anno, aſſumptis ſecum Syndicis, & Seniore Conuentus, viſitet [r] Prior Cellas Fratrum, & ſi quid ſuperfluum, ſi quid vanum, ſi quid contrà debitam formam introductum, aut retentum inuenerit, auferat, & Fratrem inhabitantem puniat.

r *Arg. ex Conſtit. c. 23. n. 18.*

12 Quilibet Frater vnica Cella, [ſ] cum vnico cubili contentus ſit. Superioribus autem, Prædicatoribus, & Lectoribus altera etiam Cella concedi poterit à Vicario Generali, & non ab alio.

ſ *Clem. VIII. in Decret. ſupra cit. §. 26.*

13 In priuatis Cellis nulli Camini [t] permittantur. Cellis tamen Vicarij Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

t *Clem. VIII. in Decret. ſupra cit. §. 20.*

14 Tam veſtitus, quam ſupellex Cellarum ſit vniformis [u] Fratrum, & quorumcumque Superiorum, ſtatuiquè paupertatis, quam Profeſſi ſunt conueniat; itaut nihil ſuperflui admittatur, ſed nihil etiam, quod ſit neceſſarium, alicui denegetur.

u *Clem. VIII. in Decret. ſupra cit. §. 8.*

15 Rem

Digitized by Google

15 Rem vllam è domo, aut ex alterius cubiculo, è menſa, ex horto, vel vinea, ſinè licentia Prioris nemo ſumat, auferat, ſibi appropriet, vel vſurpet. Commune ˣ namquè debent facere, quod habent proprium, qui Monaſterium ingreſſi ſunt, non autem proprium quod eſt commune.

x Augu. in Regula.

16 Libri è communi Bibliotheca non extrahantur, ſed Bibliothecæ Præfectus ſingulis diebus, ſtatutis horis, det commoditatem volentibus ſtudere, & ſic intelligendum cenſemus illud Regulæ dicentis. ʸ *Codices certa hora ſingulis diebus petantur, extrà horam qui petierit non accipiat.*

y Augu. in Regula.

17 Libros ᶻ autem, quos Fratres de ſua induſtria acquiſierint, de Prioris licentia apud ſe retinere poterunt.

z Arg. ex Cõſt. ca.24. nu.2. ex Diffinit. antiq. rub.8. c.1. n.1.

18 Si Lectores, Prædicatores, vel alij Fratres de eleemoſynis, vel redditibus ex eorum perſona, ſeù eorum intuitu, Religioni obuenientibus, petierint libros, quorum indigent, emi, eorum vota exaudire poterit Prior, & prouidere, vt emantur, cuius laudabili diſcretioni committimus, ᵃ quod vltimæ voluntates hominum, quantum Deo propitio, & Religionis norma, decoreque ſeruatis, fieri poteſt, obſeruentur.

a Arg. ex Diffi. antiq. rub.8. c. 3. in fin.

19 In omnibus tamen libris, etiam apud acquirentes, de licentia vt ſuprà detentis, ſit in principio adnotatum, ſubſcriptione etiam Vicarij Generalis, ᵇ cuius Conuentus ſint illi libri, & pariter ſtatim regiſtrentur in indice Bibliothecæ illius Conuentus, ad quam vocari poterunt per Vicarium Generalem, quandò ei placuerit.

b Arg. ex Diffi. antiq. rub. 8. c. 7.

20 Omnes Religioſi, etiam Superiores, quicumque illi ſint, eodem pane, ᶜ eodem vino, eodemquè obſo-

c Cle. Pap.VIII. in Decr. de ref. reg. §. 10.

Digitized by Google

obſonio ſiuè eadem, vt aiunt pictantia, in prima, vel ſecunda menſa veſcantur, nec ſingulare aliquid, quo priuatim quiſque in cibum vtatur, afferri poſſit. Si quis in ea re peccauerit, nihil ea die alimenti percipiat, niſi panem, & aquam.

21 Cum Infirmis autem, vel debilibus, ſinè murmure [d] eorum, qui ſunt corpore firmiores, ſplendeat Prioris diſcretio, & charitas, quam in ius vocauit Sanctus Pater, cum dixit: [e] *Diſtribuatur vnicuique veſtrum à Præpoſito veſtro, victus, & tegumentum. Non æqualiter omnibus, quià non æqualiter valetis omnes, ſed potius vnicuique, ſicut cuique opus fuerit.* Sicut pariter ergà hoſpites [f] eiuſdem Sancti Patris exemplo, maiorem aliquam vrbanitatem Prior poterit exhibere, ſed diſcretè, & moderatè, nè Monaſteria nimis grauentur.

d *Augu. in Regula.*

e *Augu. in Regula.*

f *Arg. ex Aug. ſerm. 49. de diuerſis.*

22 Communis autem cibus [g] ſit. Ad prandium diebus ieiuniorum, & Feſtis eos ſequentibus, quatuor dentur fercula, duobus ſcilicet conſuetis, addendo aliquid eorum, quæ àntè, & poſt paſtum vulgò dicuntur. Cæteris diebus vnum ex eis ſi addatur ſufficiet. Ad cœnam duo conſueta, & quandò ieiunatur, ad collationem, aliquid de fructibus, prò temporũ congruitate, ſemper cum pane apponatur.

g *Aug. in Regula.*

23 Extrà prandium, vel cœnam, in domo, vel extrà, nullus cibum ſumat, vel bibat [h] ſinè licentia Prioris. Bibendi tamen in communi Refectorio, licentiam Prior petentibus faciliter concedat, niſi ducant in conſuetudinem. [i]

h *Aug. in Reg. ex Diffin. antiq. rub. 7. c. 1. n. 3.*

i *Arg. ex Diffi. antiq ibid. n. 3. in fine.*

24 Veſtimenta, & calceamenta [k] ſingulis Fratribus, congruis temporibus, prouidè, & promptè, ac cum omni charitate, ſubminiſtrentur per commune Veſtiarium, veſteſquè ipſæ dentur, & num-

k *Aug in Reg. ex Conſt. c. 24. in princ.*

Digitized by Google

l *Arg. ex Diffin. antiq. rub. 8. c. 4. ex Conſt. ca. 24. in prin.*

quam pecuniæ *l* prò veſtibus, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio Prioribus, qui contrafecerint, aut aliter fieri mandauerint, vel permiſerint.

25 Recipientes autem Fratres noua quæuis indumenta, reddant vetera. *m* Et ſi ob negligentiam in curandis veſtibus, videatur aliquis pluſquam par eſt conſummere, de inferioribus, etiam reſarcitis, ſed tamen honeſtis, eidem prouideatur, quas deferre non pigeat, quem plus cæteris conſummere, diſcreta moderatio non cohibuit.

m *Arg. ex Conſtit. c. 23. n. 12. in fine.*

26 Sicut autem ſumptum Scutorum decem *n* monetæ Romanæ ad minus, aliàs taxatum in noſtris Diffinitionibus, prò veſtiendo vnoquoque Fratre ſingulo anno, neceſſarium eſſe putamus, ità vſquè ad ſummam Scutorum duodecim, prædictæ monetæ, vbiquè locorum, & Romæ vbi veſtimenta carius emuntur, quindecim, ſiuè prò omnium, ſiuè prò aliquorum maiori neceſſitate, prout experimento cõprobabitur de Prioris, Syndicorum, ac Senioris Monaſterij conſilio, & conſenſu, comportandum fore cenſemus. Suprà quam ſummam, omnis expenſa exceſſiua erit iudicanda, & prò nullo Religioſo admittenda, ſed habeat locum ſupradicta diſpoſitio, vt de inferioribus veſtibus, ſi alicui contigerit hæc excedens neceſſitas, prouideatur, niſi etiam legitima eiuſmodi neceſſitas, per conſenſum Capituli Conuentus iudicata fuerit, quià tunc comportari debebit, ità vt omnis tollatur abuſus, & inconcuſſa maneat ſupraſcripta diſpoſitio Regulæ dicentis: *o Diſtribuatur vnicuique, ſicut cuique opus fuerit.*

n *Arg. ex Diff. Cremonæ edit. ann. 1650.*

o *Augu. in Regula.*

27 Si quem Religioſorum ob malam valetudinem, vel ob aliam rationabilem, & legitimam

cau-

cauſam, à Monaſterio alieno diſcedere, & ad Conuentum ſuæ filiationis, de Superioris licentia, migrare contigerit, pecuniæ, quæ ex illius perſona, ſeù eius intuitu Religion. vndecumquè obuenerunt, & quæ in communi Arca Monaſterij, vndè diſcedit reperiuntur, à Priore ipſius Monaſterij mittantur ſtatim ad Priorem Conuentus prædictæ ſuæ filiationis, qui eas illicò ponat in communi Depoſito Monaſterij huiuſmodi, ad hoc vt ex illis de mandato Prioris, per Miniſtros publicos, & communes Conuentus, primum ſuccurratur, magna cum charitate, indigentijs ipſius Religioſi, ſi peculiari aliqua neceſſitate prematur; deindè etiam reliquorum Fratrum, & ipſius Monaſterij vrgentibus neceſſitatibus, ſi quæ occurrant, accedente tamen conſenſu Capituli dicti Conuentus, & licentia Patris Vicarij Generalis, in ſcriptis obtinenda, & non aliter, nec alio modo.

28 Nullus ex Superioribus locorum, adminiſtrationem bonorum ſui Conuentus, per ſe ſuſcipiat, aut exerceat, p ſed vniuerſum id onus per Exactorem, duos Depoſitarios, & Procuratorem, per Capitulum Conuentus eligendos peragatur, de ſcientia tamen ſemper, & voluntate Prioris, ſinè cuius licentia, & Syndicorum in ſcriptis obtinenda, Procurator notabiles expenſas facere non audeat, nec Depoſitarij aliquid ſoluant, ſinè eorum mandato, pariter in ſcriptis habito. Cui Priori, & Syndicis, hi omnes tam impenſi, quam accepti, ſingulis menſibus, q rationem reddant, ſemelquè in anno de toto ſtatu Monaſterij, coram toto Conuentu. Deindè præſentibus Priore, & Syndicis, ipſimet Vicario Generali, & Viſitatoribus cum aduenerint.

p *Cle. Pap. VIII. in Decr. de refor. reg. §. 11. Conſt. cap. 27. num. 1.*

q *Arg. ex Cōſt. ca. 17. nu. 2. ex Decr. Viſit. apoſtol. prò Conu. S. Maria de Populo Vrbis ann. 1665. num. 23.*

nerint. Qui Vicarius Generalis, & Viſitatores in ſuis viſitationibus, Priores, cæteroſquè Officiales, quos pios, fideles, diſcretos, & Obſeruantiæ zelatores inuenerint, collaudent, & foueant, quos verò infideles, indiſcretos, & indiſciplinatos repererint, puniant, & à Prioratu, vel officio deijciant, perpetuò inhabiles remanſuros.

29 Vt autem in dies hæc noſtra Obſeruantia vitæ communis, in Congregatione radicem figat, & creſcat, illud in primis obſeruare debebunt Electores [r] in cunctis electionibus, tam in Capitulo Generali, quam in Conuentuali faciendis, vt ad Prælaturas, gradus, & officia Congregationis, & Conuentuum, illi præcipuè eligantur, qui poſſint, & conſueuerint Regulas Ordinis, Conſtitutiones, & Diffinitiones Cõgregationis obſeruare, præſertim, quæ pertinet ad ſeruitium Chori, ac veſtitum, & victum communem.

r Cle. Pap. VIII. in Dec. de refor. reg. §. 36.

30 Quibus horum Decretorum Capitibus certa pœna ſtatuta non eſt, arbitrio Vicarij Generalis, aut alterius immediati Superioris infligenda erit. [ſ] Qui omnes Superiores ſeriò conſiderent, ſe rationem Deo ſupremo Iudici, in die finalis diſtrictionis reddituros, ſi per ſanctam reformationem, ſaluti non inuigilent ſuorum Religioſorum, euocatorum à Diuino Verbo ea voce: *Qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe Diſcipulus.* [t]

ſ Cle. Pap. VIII. in Decr de ref. reg. §. 90.

t Lucæ cap. 19.

Sacra Congregatio ſuper ſtatu Regularium, præinſerta Decreta, prò inſtauranda Vita communi in Congreg. Auguſtiniana Obſeru. Lomb. per manus delata, accurateque perpenſa, vti conformia Regulæ S. Auguſtini, nec nõ Decretis Concilij Tridentini, ac Summorum Pontificum Clementis Octaui,

& Vr-

& Vrbani Octaui, hac de re editis, præſenti Decreto, vnanimi Patrum conſenſu approbauit, & confirmauit, atquè ab omnibus, ad quos ſpectat, obſeruari præcepit; ſtatuitquè, vt quicumque illa recipire, & obſeruare renuerit, aut contempſerit, eo ipſo inhabilis ſit, & cenſeatur ad dignitates, gradus, & officia, in eadem Congregatione impoſterum obtinenda. Datum Romæ die 23. Martij 1678.

V. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

P. Fagnanus Secret.

31 Quilibet Frater noſtræ Congregationis, quicumque ille ſit, & cuiuſuis gradus, aut conditionis, ſtatim ac ad Conuentum, ſibi per Capitulum Generale, aut aliàs aſſignatum peruenerit, ſub pœna proprietarij, & alijs arbitrio Patris Vicarij Generalis infligendis, fidele, & integrum Inuentarium cōficiat, omnium, & ſingularum rerum, quomodolibet ſibi ad vſum conceſſarum, vbicumquè exiſtant. Quod ſingulis ſaltem annis renouare teneatur, & Priori ſuo apertum conſignare, ab eo approbandum, ſubſcribendum, & conſeruandum. Priores autem, ſub pœna priuationis officij ſui, hanc Diffinitionem, ab omnibus ſui Conuentus Fratribus, executioni mandari faciant, & inuiolabiliter obſeruari. Et Pater Vicarius Generalis, ac Viſitatores noſtræ Congregationis, tempore viſitationis, ſuper hoc diligenter inquirant, & ſi quos inobedientes inuenerint, ſiuè Priores, ſiuè Subditos increpent, & debitis afficiant pœnis, atquè ad parendum modis omnibus compellant.

Digitized by Google

§. *Ex Capitulo Ferrarienſi* 1620. *Mediolanenſi* 1622. *& Cremonenſi* 1634. *Cap.* 1.

1 CLerici antequam Epiſcopo Diœceſano preſententur, vt ad Ordines, ſiuè minores, ſiuè ſacros promoueantur, diligenter examinentur à Priore, [a] vel ab alijs de mandato ipſius, & de eorum ſufficientia Pater Vicarius Generalis certioretur, vt ſciat, an litteras patentes [b] eis concedere debeat. Si autem in debita ætate conſtituti ad ſuſcipiendos Ordines accedere renuerint, [c] pœnitentijs alijſquè pœnis cogantur.

2 Clerici ab Ordinibus ſuſcipiendis regreſſi, litteras patentes, in ſuſcepti Ordinis teſtimonium, Priori ſuo exhibeant, qui teneatur eas perquirere, & videre, antequam Clericus initiatus, Ordinem ſuſceptum exerceat, ſicut etiam inuigilare debet, vt in ceremonijs, [d] ad ſuſcepti Ordinis exercitium ſpectantibus, ritè inſtruatur.

§. *Ex Capitulo Bergomenſi* 1596. *Annunciatæ Eremi* 1608. *& Cremonenſi* 1616. *Cap.* 2.

1 Clericis ſemel tantum in hebdomada [e] à Conuentu exire permittatur. Eiſquè penitus interdictum eſſe volumus extrà Conuentum, ſinè Sacerdote comite, ſimul proficiſci, propterea Prioribus ſub pœna ſuſpenſionis ab officio præcipimus, vt eos ſemper cum Sacerdotibus, & quidem quantum fieri poteſt grauioribus, mittant.

2 Clerici Sacerdotibus promeritam reuerentiam [f] exhibeant; eis verò non aſſurgentes, nequè caput

a *Argu. ex cap. quandò. 5. diſt. 34. ex Cõc. Tri. ſeſſ. 14. cap. 3. ſeſſ. 23. c. 7. & 12. de reform. Clem. Pap. VIII. de refor. regul. §. eligantur.*

b *Arg. ex c. ad aures. 5. de tẽpor. ord. c. eos. 2. c. cũ nullus. 3. eo. tit. in 6. ca. nullus. 1. di. 58. c. Monachi. 33. 16 q. 1. c. Monac. 3. 20. q. 4. ex Cõc. Tri. ſeſſ. 14. c. 2. ſeſſ. 23. c. 8. de refor.*

c *Argu. ex Clemè in ag o. § ad ampliationem de ſta. Mo.*

d *Arg. in c. cũ ſit ars artium. de ætat & qual. præficiendorum.*

e *Arg. in c. quidem 11. 16. q. 1. c. Monac. 3. 20. q. 4. Clem. VIII. de refor. reg §. vt omnis. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 4. de regul.*

f *Arg. in c. ſolita. 6. §. præterea. de maio. & obed. c. Valentinian. di. 63. ex Cõc. Tri ſeſſ. 25. c. 17. de refor.*

Digitized by Google

caput inclinantes cum obuios habent, Prior in pane, & aqua ſuper nudam terram, manducare compellat.

3 Priores rigoroſè animaduertant in Clericos per Conuentum vagantes, [g] & immorigeratos, diligenterquè ſatagant, vt eorum occupationes ſint in orationibus, & in ſtudijs. [h] Et ſi Clerici zelum huiuſmodi egrè ferant, pedes Fratrum per hebdomadam oſculentur, in medio Refectorij diſciplinam faciant, ibiquè in pane, & aqua ſuper terram comedant.

g *Argu. in c. ſi vos contra. 35. 23. q. 5.*

h *Cle. Pap. VIII. de refor. regul. §. ad hæc tamen.*

§. *Ex Capitulo Vitellianenſi* 1637. *& Ferrarienſi* 1648. *Cap.* 3.

1 Clerici omnes examinentur, [i] tum à Patre Vicario Generali, tum à Viſitatoribus in actu viſitationis, circà idoneitatem ad Ordines, & ad ſtudia, nè idonei [k] ad ſtudia diù ſinè ſtudio remaneant, & inepti [l] locum in ſtudijs inutiliter occupent. Coram præfatis ipſimet Clerici experimentum faciant ſuper Cantu firmo, & eiuſdem ignari condignis pœnitentijs afficiantur. Et in poſtulatione Prioris, aut Vicarij electione, vocem [m] in Capitulo conuentuali non habeant, niſi fuerint extrà Profeſſorium, aut in ſacris Ordinibus conſtituti.

i *Arg. in c. quãdò. 5. diſt. 34. ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. de refor.*

k *Arg. ex Conc. Colon. 2. part. 10. cap. 6.*

l *Arg. ex capit. ignorantia. 1. diſt. 38.*

m *Arg. in c. ex eo. 32. §. in Eccleſijs. de elec. in 6. Cle. vt ij, qui. de ætat. & qualit. præficiẽdor. ex Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 4. de refor.*

De Studijs, & Studentibus. *Rub.* 13.

§. *Ex Capit. Mediolan.* 1612. *Ferrarien.* 1618. *alio Ferrarien.* 1620. *Vitellian.* 1637. *Romano* 1644. *Cremonen.* 1650. *Diæta Vitellian.* 1678. *& Diæta Ferrarien.* 1690. *Cap.* 1.

1 STudia inſtituantur [a] in noſtra Congregatione, iuxtà diſpoſitionem antiquarum Diffinitio-

a *Arg. in c. ſuper ſpecula. 5. c. quià nonnullus. 4. de Mag. Cle. nè in agro. §. ad ampliationẽ. de ſta. Mo. c. de quibuſdam. 12. di. 37. ex Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 1. de reform.*

Digitized by Google

nitionum Rubrica 13. quę ſtudia ex minori numero non conſtent, quam quatuor Fratrum, qui à Patre Vicario Generali in catalogo Studentium adſcribantur.

2 Lectiones fiant in publicis locis, & Priores aſſignent Lectoribus loca, in quibus commodè, & decenter legere poſſint, ipſaſquè lectiones dictent Lectores per ſeipſos, & non per alios, nec ſtudentibus tradant ſcripta ad conſcribendum, ſub pœna priuationis lecturę ipſofacto incurrenda, ſuprà quod inuigilent Priores, atquè vt Lectores ſicuti modo diſpoſitum eſt exequantur, attendant.

3 Lectio tam Theologica, quã Philoſophica fiat ſemper de mane poſt primam horam Solis, & ſpatio duarum horarum cum dimidia, ad minus perduret. Huiuſmodi autem tempus in dictando, explicando, & conferendo ad libitum Lectoris diſtribuatur.

4 Nullus ex Studentibus imposterum ad Lectoratus gradum promoueatur, qui Sacerdos non ſit, & per decem annos ſcientijs ſpeculatiuis non ſtuduerit, ità vt per quatuor primos annos Philoſophiæ operam dederit, per ſex verò ſequentes ſacræ Theologiæ, ordine infrà explicando, quem Lectores nullo modo infringere, peruertere, aut mutare pręſumant, ſub pœna priuationis Lecturę ipſofacto incurrenda, nec annus, ſeù anni Lecturæ contrà, vel prętcr prædictum ordinem, infrà exprimendum computabuntur Lectoribus, prò adipiſcendo titulo Lectoris emeriti S. Theologiæ, nequè Studentibus, prò acquirendo gradu Lectoris in noſtra Congregatione.

5 Vt ergò vniformitas in Studijs noſtris ſeruetur, decernimus, quod Lectores ſequentes tractatus Phi-

Philoſophicos, ac Theologicos, infrà tempus cuilibet præfixum tantumodò, nequè citius, nequè tardius perlegere, & abſoluere valeant. Sicquè

6 Lectores Philoſophiæ, primo anno explicabunt Summulas, Quæſtiones Proæmiales, Prædicabilia, Anteprædicamenta, Prædicamenta, Poſtprædicamenta, libros Priorum, & Poſteriorum. Secundo anno, octo libros Phyſicorum. Tertio anno, quatuor libros de Cœlo, & Mundo, duos de Generatione, & Corruptione, & primum, ac ſecundum de Anima. Quarto deniquè anno, tertium de Anima, & duodecim libros Metaphyſicorum.

7 Lectores verò, qui ſacram Theologiam docent, primo anno, iuxtà Angelici Doctoris ordinem, & doctrinam, explicabunt à Quæſtione prima primæ Partis, vſquè ad Queſtionem vigeſimam ſextam incluſiuè. Secundo anno, à Quæſtione vigeſima ſeptima eiuſdem primæ Partis, vſquè ad ſexageſimã quartam incluſiuè. Tertio anno, à Quæſtione ſexta primæ Secundæ, vſquè ad Quæſtionem nonageſimã incluſiuè, & à Quæſtione centeſima nona eiuſdem primæ Secundæ, vſquè ad Quæſtionem centeſimam decimam quartam. Quarto anno, à Quæſtione quinquageſima ſeptima, Secundę Secundę, vſquè ad centeſimam vigeſimam primam incluſiuè. Quinto anno, à prima Quæſtione tertiæ Partis vſquè ad ſexageſimam quintam incluſiuè. Sexto deniquè anno, à Quæſtione ſexageſima ſexta eiuſdem tertiæ Partis, vſquè ad finem, & ex Supplemento, à Quæſtione prima, vſquè ad ſexageſimam octauam incluſiuè.

8 Studentes, tam Philoſophiæ, quam Theologiæ quotannis examinentur, [b] & ſi propter aliquam ingenij imbecillitatem, aut negligentiam, parum vi- dean-

b *Cle. Pap. VIII. Cõſt. 60. §. 46. prò Seruitis.*

deantur proficere, ſeriò moneantur, vt ſtudij ſedulitate, ingenij defectui occurrere procurent. Si autem propter præfatos, aut alios defectus, vel incapaces, vel non idonei ſcientijs ſpeculatiuis habeantur, tunc à ſtudijs vlterioribus ſpeculatiuis amoueri, & ad ſtudia caſuum conſcientiæ applicari poterunt. Facultas autem examinis huiuſmodi, & & ſelectionis, ſit penes Patrem Vicarium Generalem, vna cum duobus, ſcilicet Socio eius, & vno ſaltem ex Examinatoribus deputatis Prouinciarum. Et ſi Socius abſens fuerit, vel impeditus, cum duobus ad minus, ex dictis Examinatoribus, & inſuper cum Priore Conuentus, & Lectore Studentis examinandi, ità vt in totum ſint ſaltem quinque, & reſolutio capiatur per ſecreta ſuffragia, & prò maiori parte dictorum quinque votorum.

✠ Confirm. per Breue ſpeciale Alex. Papa VII. ſub dat. Romæ die 18. Iulij 1664.

9 A Studentibus, tam Philoſophis, quam Theologis bis ad minus qualibet hebdomada, [c] exponantur Theſes, diebuſquè ſtatutis cum interuentu Lectorum omnium, ac Studentium, diſputentur. Similiter in fine cuiuslibet menſis, fiat ab vtriſquè alia diſputatio, vocatis etiam extraneis ad arguendum.

c Arg. Cle. Papa VIII. vt ſuprà prò Seruitis.

10 Nulla lectio feria quinta dictetur, niſi aliquis dies Feſtus infrà hebdomadam occurrat, in quo caſu, prò die vacationis [d] erit habendus.

d Cle. Pap. VIII. vt ſuprà.

11 Poterunt etiam vbiquè ceſſare lectiones, tempore æſtatis, à Feſto S. Mariæ Magdalenæ, vſquè ad Feſtum S. Nicolai de Tolentino incluſiuè. Inſuper lectiones intermittere quoquè licebit, à Vigilia Natiuitatis Domini incluſiuè, vſquè ad diem ſecundam Ianuarij excluſiuè. Item à feria quinta poſt Dominicã Sexageſimæ, vſquè ad feriam quartam Cinerum incluſiuè. Et tandem à Dominica Pal-

Palmarum, vſquè ad Dominicam in Albis, pariter incluſiuè.

12 Si Lectores præter vacationes prædictas, lectiones aliquas infrà annum omiſerint, & cauſa omiſſionis nō fuerit à Patre Vicario Generali, tamquam legitima approbata, annus lecturæ eis non computetur. Si tamen Lectores à Patre Vicario Generali ad Comitia Generalia prò Diſputatione, vel Concione habenda vocentur, aut ab eodem tempore Quadrageſimæ ad Prædicandum mittantur, tunc tempus abſentiæ, prò tempore lecturæ e eis computabitur, dumodò integrè, & completè, dum lectioni incumbunt, tractatus præfixos explicent. Non ſic tamen ſi tempore Aduentus, Prædicationis gratia lectionem omittant.

e Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 14. ſeſſ. 24. c. 8. de reform. Pius Papa V. Conſt. 65. incip. cupientes.

13 Tam Lectores, quam Studentes, atteſtationem iuratam à Priore Conuentus, & duobus alijs Patribus graduatis, vel in eorum defectu, à duobus Senioribus Conuentus, de continuatione lecturæ, & ſtudio non interrupto reſpectiuè, Patri Vicario Generali quotannis exhibeant, ſub pœna Lectoribus, ac ſi actu eo anno non legiſſent, & Studentibus, ac ſi lectionibus non interfuiſſent.

14 Publicæ Theſes curſus, ſiuè Philoſophici, ſiuè Theologici, ſinè facultate à P. Vic. Gener. in ſcriptis habita, nequè per Lectores, nequè per Studentes, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, ac paſſiuæ, ipſo facto incurrenda, typis dentur, vel propugnentur.

15 Ad Logicæ ſtudium nemo promoueatur, niſi prius à Patre Vicario Generali, vel à Viſitatoribus in actu viſitationis, aut ab Examinatoribus, de mandato eiuſdem Patris Vicarij Generalis, præuio diligenti f examine, reperiatur in lingua latina ſuffi-

f Cle. Pap. VIII. de reform. Regul. §. eligantur. Argu. in c. illiteratos. 1. diſt. 36.

cienter verſatus, & approbatus, de qua approbatione fidem habeat.

16 Nullus qui ſit diſculus, [g] inobediens, vitioſus, aut inhoneſtæ conuerſationis ſuſpectus, ad ſtudium admittatur, & ſi quis fortè admiſſus fuerit, de numero Studentium expungatur. [h]

17 Studentes ſuis Lectoribus debitũ honorem, ac reuerentiam [i] exhibeant, & vltrà Prioris licentiam, quoties extrà Conuentum fuerint egreſſuri, prius ſemper eorum conſenſum obtineant, qui tamen nullatenus prohibere poterunt eorum egreſſum, quotieſcumquè à Priore extrà Conuentum miſſi fuerint. Ipſi etiam Studentes moleſtè non ferant, imò humiliter patiantur, ſi circà pertinentia ad ſtudium delinquentes, à Lectoribus corripiantur, & pœnitentijs afficiantur, nec in huiuſmodi pœnitentijs, Srudentibus ad correptionem datis, Priores ſe ingerant, niſi in corrigendo, modus ab ipſis Lectoribus excederetur.

18 Ex Studentibus nulli liceat à Philoſophia, ad Theologiæ ſtudium tranſire, [k] niſi prius à Patre Vicario Generali, vel ab Examinatoribus, mandante eodem, fuerit per examen approbatus. Si quis verò ſinè huiuſmodi approbatione in ſcriptis habita, ad ſtudium Theologicum gradum facere præſumpſerit, habeatur ac ſi Theologiæ minimè ſtuduiſſet. Imò vltrà huiuſmodi examen, Studentes Philoſophiæ, ad ſtudium Theologiæ non admittantur, niſi prius publicas, cum laude, de eadem Philoſophia Theſes propugnauerint, & nè eas expenſarum prætextu omittere audeant, decernimus, vt impoſterum, abſquè vllo prorſus ornamento, imprimantur.

19 Sub diſciplina Lectoris alterius Religionis,

aut

g *Arg. à contra. ſenſ. Clem. Papa VIII. Conſtit. 60. §. 42. prò Seruitis.*

h *Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. de reform.*

i *Arg. in c. ſolitæ. §. præterea de maior. & obed. c. Valentinianus. diſt. 63.*

k *Cle. Pap. VIII. Conſt. 60. §. 42. prò Seruitis.*

Digitized by Google

aut ſæcularis Doctoris, ſinè licentia à Patre Vicario Generali in ſcriptis habita, nemo ſtudijs incumbere audeat, ſub pœna Prioribus id permittentibus, priuationis Prioratus, & Studentibus remotionis ab illo Conuentu, in quo ſtudij huiuſmodi occaſionem habent.

§. *Ex Capitulo Romano* 1644. *Cremonenſi* 1650. *& alio Romano* 1664 *Cap.* 2.

1 Studentes ad Lectoratus gradum promouendi, poſt completum curſum tam Philoſophicum, quam Theologicum, modo, & ordine ſuprà Capite præcedenti expreſſo, prius à Patre Vicario Generali, vel de ipſius mandato ab Examinatoribus Prouinciæ prò defenſione Theſium Theologicarum examinentur. Quibus cum laude propugnatis, ad ſtrictum, & rigoroſum examen, circà omnes, & ſingulas materias, tam Philoſophicas, quã Theologicas, vt ſuprà expreſſas, ab eodemmet Patre Vicario Generali, & ſupradictis Examinatoribus faciendum admittantur. Et qui digni inuenti fuerint, accedente morum probitate, per ſecreta ſuffragia, maiori parte votorum concurrente, approbentur, qui verò indigni, & inhabiles fuerint iudicati, per ſecreta pariter ſuffragia repellantur. Approbatis autem dentur tria puncta, ſeù Quæſtiones ſorte extractæ, ex diuerſis Tractatibus Summæ D. Thomæ, per vigintiquatuor horas antè, ſuper quibus lectionem, ſiuè explanationem, latino idiomate facere teneantur, coram prædictis, à quibus Concluſiones ex materijs explanatis impugnandæ erunt, ſoluentes ipſi obiectiones. Quibus expletis litteras Patentes à Patre Vicario Generali, quibus Lectores de-

✠ *Confirm. per Breue ſpec. Alexãdri Papæ VII. ſub dat. Romæ* 18. *Iulij* 1664.

declarentur obtinere poterunt. Volumus autem ſupradicta omnia, vt ſuprà diſpoſita, ità obſeruari, vt aliquo non ſeruato, totum quod geſtum fuerit irritum ſit, & inane.

2 Si quis fortè veniens ab aliena Religione, Lectoratus gradu inſigniri petierit, non audiatur, niſi poſt Profeſſionem per decennium integrum, in noſtrà Congregatione laudabiliter vixerit, & tunc ſolum à Diffinitorio Capituli Generalis, prò maiori parte votorum, approbandus erit.

De Lectoribus. Rub. 14.

§. *Ex Capitulo Romano* 1644. *alio Romano* 1664. *Diata Cremonenſi* 1672. *& Diata Ferrarienſi* 1690. *Cap.* 1.

1 LEctores actu legentes, omnia, quæ in præcedenti Rubrica de Studijs ſtatuuntur, diligenter obſeruent, Doctrinamquè Angelici Doctoris Diui Thomæ Aquinatis impoſterum, ſub pœna priuationis Lecturæ omnes ſequantur, & Studentibus explicent.

2 Fratres noſtræ Congregationis, qui per decem annos actu, & cum effectu, Logicæ, Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ lecturam exercuerint, & laudabiliter compleuerint, aut qui prædicationis munus per quindecim Quadrageſimas, in Ciuitatibus, aut locis inſignioribus, cum laude geſſerint, dumodò morum integritate, regulariquè Obſeruantia in Congregatione commendentur, habiles ſint, vt in Diffinitorio Capituli Generalis, vel Diætæ, impetrare poſſint locum ſuper omnes Fratres, qui

✠ Confirm. per Breue ſpec. Alexan. Papa VII. ſub dat. Romæ die 18. Iulij 1664.

Digitized by Google

qui locum ſuæ Profeſſionis tenent. Cōceſſio autem huiuſmodi non fiat niſi in Diffinitorio Capituli Generalis, ſeù Diætæ per vota ſecreta, & prò maiori parte votorum. Qui verò Lectoris munus per quindecim annos, aut prædicationis, vt dictum eſt, per viginti, ſeù etiam per dictum tempus viginti annorum extenſiuè, prædicationis partim, partim lectionis munera obierint, & morum integritate, regulariquè obſeruantia commendentur, non modò locum, ſed etiam vocem actiuam perpetuò, ſeù ad tempus, arbitrio eiuſdem Diffinitorij, in Capitulo Generali impetrare habiles ſint, à Diffinitorio Capituli Generalis, ſeù Diætæ, per vota ſecreta, & prò maiori votorum parte.

3 Porrò ad tollendas omnes ambiguitates, quæ ex præcedenti Diffinitione oriri poſſent, declaramus, prò locis inſignioribus, in quibus per quindecim, vel viginti Quadrageſimas Fratres noſtri prædicationis munus exercere debent, vt locum ſuper alios, vel reſpectiuè vocem actiuam in Capitulo Generali, iuxtà præfatam Diffinitionem conſequi valeant, ea loca fore, & eſſe intelligenda, in quibus quotidiana habetur Concio.

4 Declaramus inſuper, tempus lecturæ, vel prædicationis in dicta Diffinitione reſpectiuè præfixū, plenè, & ritè conſtare debere, ex cathalogo Lectorum, & Prædicatorum penes Patrem Vicarium Generalem detentum, & ex atteſtationibus iuratis, & fide dignis, tam lecturæ, quam Prædicationis, Diffinitorio exhibendis. Nec eumdem Patrem Vicarium Generalem, aut Diffinitorium cum ijs, qui per dictum tempus effectiuè non legerint, aut prædicauerint, diſpenſare poſſe.

5 Hu-

Digitized by Google

5 Huiuſmodi tamen priuilegio, tam pręcedentiæ, quam vocis, illi tantum potiri valeant, qui Fratribus Congregationis nōſtræ, in ſtudijs à Patre Vicario Generali inſtitutis, explicando Philoſophiam, ac Theologiam, tempus in præfata Diffinitione præfixum compleuerint.

6 Tandem illi, qui ratione Lecturæ, ſiuè Prædicationis, locum, & vocem ſuper alios reſpectiuè, vigore prædictæ Diffinitionis obtinuerint, eumdem locum, & prærogatiuam retineant, etiam reſpectu eorum, qui locum, & vocem poſt ipſos aſſecuti fuerint, licet profeſſione anteriores.

✠ Confirm. per Breue ſpec. Alexan. Papæ VII. vt ſuprà.

7 Lectores, qui lecturas ſcholaſticas actu non exercent, aut prædicationibus non ſunt addicti; iuſſu Prioris, docere teneantur Grammaticalia Clericos, Grammaticæ inſtructionibus indigentes, ſub pœna priuationis Lectoratus, ſi docere recuſauerint.

✠ Confirm. vt ſuprà.

§. *Ex Capitulo Annunciatæ Eremi* 1608. *Cremonenſi* 1634. *Romano* 1644. *alio Cremonenſi* 1650. *& Caſalenſi* 1661. *Cap.* 2.

1 Lectores ſcientijs ſpeculatiuis non addicti, ad Prioris ſui mandatum, infrà ſpatium quatuor menſium, ſe præſentent Ordinarijs locorum, prò confeſſionibus Sæcularium audiendis, ſecus Lectoratus gradu ſint priuati.

2 Caſuum conſcientiæ lectio, in ſingulis Conuentibus, in quibus ſaltem decem Fratres degunt, habeatur bis in hebdomada, ab aliquo per Priorem deputato, & ad eam omnes Sacerdotes, & Clerici conueniant. In alijs verò Conuentibus, vbi Fratrum numerus eſt minor, Prior ipſe, aut alius ido-

Digitized by Google

idoneus de mandato ipſius, in communi menſa, duos ſaltem caſus Conſcientiæ, ſingula quaque hebdomada proponat, & ad plenam omnium intelligentiam reſoluat. Priores autem, ſi in re tanti momenti deſides fuerint, à Patre Vicario Generali, vel à Viſitatoribus tempore viſitationis puniantur. Lectores verò, & alij, qui munus huiuſmodi lectionis, aut propoſitionis recuſauerint, aut neglexerint, & Sacerdotes, aut Clerici, qui ad lectionem conuenire, aut caſuum propoſitioni intereſſe contempſerint, abſquè diſpenſatione, culpæ grauis, arbitrio Prioris, dent pœnas.

+ Confirm. vt ſuprà.

3 Lectores, qui ſcientias ſpeculatiuas non docent, & prædicationi Verbi Dei non incumbunt, ad lectionem caſuum Conſcientiæ, bis in hebdomada habendam, omninò teneantur, recuſantes autem, aut legere omittentes, vltrà pœnas iam dictas, Lectoratus titulo, gradu, & priuilegio priuentur, nec Priores eos amplius tamquam Lectores habeant, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio.

4 Lectores huiuſmodi, niſi neceſſitas aliter expoſtulet, ab officio Hebdomadarij ſint exempti.

De Prædicatoribus. Rub. 15.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1589. *Eremi* 1608. *& alio Mediolanenſi* 1612. *Cap.* 1.

1 IN Concionatorum numerum, nullus impoſterum adſcribatur, qui prius Sacræ Theologiæ [a] per annos duos ad minus non ſtuduerit, & in Refectorio coram Fratribus, domeſticis Concionibus, talenti ſibi à Deo crediti, ſpecimen non præbuerit.

a Arg. ex Clem. dudũ de ſepult. §. ſtatuimus. ver. nè deindè. Extrauag. inter cunctas. de priuil. & ſuper Cathedram. de ſepult. Clem Pap. VIII. Conſt. 63. §. 47. prò Seruitis.

Digitized by Google

buerit. Indoctis [b] verò numquam publicas habere Conciones permittatur, talium enim præſumptio in deriſum Habitus, & in detrimentum cedit animarum.

b Argu. à cont. ſent. ead. Clem. dudum. de ſepult.

2 Clericis quamuis in ſacris Ordinibus conſtitutis, facultatem prædicandi Verbum Dei, maximè tempore Aduentus, vel Quadrageſimæ, in noſtris, vel alienis Eccleſijs, nemo concedat. [c] Poſſint tamen exercitij gratia, ſermones aliquos coram Fratribus, vel etiam in Eccleſia habere.

c Argu. in cap. adijcimus. 19. 16. q. 1.

3 Tempore Quadrageſimæ, impoſterum prædicabitur quotidiè, in infraſcriptis Eccleſijs [d] noſtræ Congregationis, ſcilicet in Eccleſia S. Auguſtini Cremæ. S. Auguſtini Cremonæ. S. Nicolai Vitellianæ. S. Auguſtini Taurini. S. Barnabæ Brixiæ. S. Auguſtini Lucæ. S. Auguſtini Mutinæ. S. Andreæ Ferrariæ. Sanctæ Crucis Caſalis. S. Auguſtini Imolæ.

d Argu. in Extrauag. inter cunctas. de priuil. ſuper cathedram. de ſepult. ex Concil. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. ſeſſ. 24. c. 4. de refor.

4 Eodem tempore Quadrageſimæ, prædicabitur diebus Feſtis in Eccleſia Sanctæ Mariæ Coronatæ Mediolani, & ter in hebdomada in Eccleſijs Sanctæ Mariæ de Cella Ianuæ, & S. Mariæ Miſericordiarum Pontiſuici.

5 Infrà annum verò prædicabitur in infraſcriptis Eccleſijs, ſcilicet in Eccleſia S. Auguſtini Cremæ. S. Nicolai Tolentini. S. Mariæ de Cella Ianuæ. S. Auguſtini Bergomi. S. Mariæ Coronatæ Mediolani. S. Auguſtini Cremonæ. S. Nicolai Vitellianæ. S. Auguſtini Taurini. S. Barnabæ Brixiæ. S. Agnetis Mantuæ. S. Auguſtini Sauonæ. S. Auguſtini Lucæ. S. Auguſtini Mutinæ. S. Martini Alexandriæ. S. Mariæ Annunciatæ Pontremuli. S. Andreæ Ferrariæ. S. Mariæ Gratiarũ Cariniani.

S. Cru-

Digitized by Google

S. Crucis Caſalis. S. Auguſtini Foroliuij. S. Auguſtini Imolæ. S. Io. Euangeliſtæ Fauentiæ. S. Petri Bugellæ. S. Auguſtini Hipporediæ. S. Auguſtini Regij. S. Mariæ Gratiarum Soroxinæ. S. Martini Maſſæ Ferrariæ. S. Mariæ Annunciatæ Bozuli. S. Agnetis Laudæ. S. Stephani Villefranchæ. S. Blaſij Bononiæ. S. Mariæ Gratiarum Clementiſſimæ Liburni.

6 Prædicabitur etiam tempore Aduentus, in aliquibus ex præfatis Eccleſijs, vbi ſcilicet Pater Vicarius Generalis iudicauerit expedire.

7 Præfati Suggeſtus, prò quocumque tempore diſtribuantur, [e] ſemper hoc fiat à Patre Vicario Generali, non verò à Prioribus [f] Conuentuum, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, ac paſſiuæ.

8 Nemo ſinè præuia licentia Patris Vicarij Generalis, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio Concionatoris per triennium, Suggeſtum [g] ſibi quærere audeat. Et ſi quis à Patre Vicario Generali requiſitus, vt tempore Quadrageſimæ, vel Aduentus prædicet in aliqua ex noſtris Eccleſijs, hoc facere renuat, friuolis, & mendicatis excuſationibus adhibitis, priuilegium præcedentiæ propter prædicationem, nequaquam conſequi valeat.

9 Prædicatores, qui in concionando aliquid ineptum, vel ſcandaloſum, [h] aut morum relaxatiuum, vel directè, ſiuè indirectè alicuius offenſiuum [i] dixerint, munere prædicationis, & voce actiua, ac paſſiua, in perpetuum, ſint priuati, & per duos menſes carceri mancipentur.

10 Prædicatores in noſtris Eccleſijs, aut alienis prædicantes, atteſtationem iuratam à Priore, & duobus Graduatis, vel Senioribus Conuentus, ſiuè à Parocho reſpectiuè, aut Superiore illius Eccleſiæ,

e *Argu. in Extrau. inter cunctas. de priuil. & ſuper Cathedram de ſepult.*

f *Arg. in c. quãquam. 6. in fi. diſt. 23.*

g *Arg. in c. placuit 8. c. Monachi. 35. 16. q. 1. c. quanto. 7. de offi. Ord. c. nõ magnoperè. 3. nè Cle. vel Mon. Cle. nè in agro. §. quià verò. de ſta. Monac.*

h *Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. de reform.*

i *Arg. in c. deterius. 25. 6. q. 1. c. ſi Cleric. 27. 16 q. 1. Clem. 1. de priuil.*

Digitized by Google

in qua prædicare cõtigerit, in ſcriptis habeant, quod in tali munere laudabiliter ſe geſſerint, eamquè Patri Vicario Generali quotannis exhibeant.

11 In Conuentibus, in quibus non eſt deputatus Concionator infrà annum, nec tempore Aduentus, aut Quadrageſimæ, ſi ibi reperiatur aliquis Lector, aut alter Religioſus aptus ad concionandum, Dominica quarta cuiuslibet menſis, ſermonem habeat de Beata Virgine Maria Conſolationis Cinturatorum.

12 Qui in Eccleſijs noſtris Conciones ſunt habituri, ab Ordinarijs locorũ petant benedictionem, [k] qui verò in alienis, licentiam [l] obtineant, nec vllibi munus huiuſmodi exercere præſumant, niſi omnia exactè adimpleant, quæ per ſacrum Concilium Tridentinum obſeruanda præcipiuntur.

13 Prædicatores, qui in noſtris Eccleſijs infrà annum prædicare debent, inſtituantur per Patrem Vicarium Generalem, de familia illius Conuentus, in cuius Eccleſia ſunt prædicaturi.

k Arg. in c. excommunicamus. 13. §. quià verò. de hæreticis. ex Concil. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de refor. Clem. Papa X. Conſt. Superna 1671.

l Arg. ex Clem. dudũ. de ſepult. Extrauag. ſuper Cathedram. eo. tit. & inter cunctas. de priuil. ex Concil. Trid. vbi ſuprà. Greg. Pap. XV. Conſt 18. inſcrutabili.

De Confeſſarijs Sæcularium. Rub. 16.

§. Ex Capitulo Mediolanenſi 1592. alio Mediolanenſi 1612. Ferrarienſi 1615. Cremonenſi 1634. Dicta item Cremonen. 1656. & Capitulo Romano 1680. Cap. 1.

1 Ne deſint in vinea Domini coadiutores, [a] ideſt in noſtris Eccleſijs Sacerdotes, ab Ordinarijs approbati, [b] qui Sæcularium Confeſſiones poſſint audire. Statuimus, vt Fratres noſtri, qui trigeſimum ætatis annum [c] habuerint, & quos Pater

a Arg. in c. auctoritate. 24. c. ſunt nõnulli. 25. 16. q. 1. Gloſſ. ver. cõcedimus. in Extrauag. ſuper Cathedram. de ſepult.

b Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15 de reform.

c Cle. Pap. VIII. Conſt. 60. §. 53. Argu. quod Seniores iunioribus ſunt præferendi. c. ſtatuimus. 8. diſt. 61.

Pater Vicarius Generalis, aut Viſitatores, vna cum Examinatoribus, in actu viſitationis, habiles ad Cō- d *Cle. Pap. VIII.* feſſiones audiendas iudicauerint, [d] aut talis ſuffi- *loco quo ſuprà à* cientiæ, vt poſſint ſe reddere aptos, ſpatio ſex menſium, teneantur ſe præſentare Ordinarijs locorum, prò ſubeundo examine, ſub pœna remotionis à Conuentu, in quo degunt.

2 Lectores, & Prædicatores ad ſui Prioris mandatum, infrà quatuor menſes, Epiſcopo Diœceſano ſe præſentent, vt Sęcularium Confeſſiones audire poſſint, ſecus, & Lectoratus gradu, & officio prædicationis ſint priuati.

3 Qui ab Ordinarijs locorum, ad ſacras Confeſſiones audiendas, nō fuerint prius canonicè approbati, nec in Priores, nec in Vicarios Conuentuum noſtrorum eligantur. Poterunt tamen admiſſi in Diœceſi, vbi anteà morabantur de familia, eligi in Priores, vel Vicarios Conuentus alterius Diœceſis, vbi nō ſunt admiſſi. Sed ſi ſpatio duorum menſium, non ſe pręſentent, & litteras patentes ſuæ approbationis, Patri Vicario Generali non exhibeant, officio ſuo reſpectiuè priuentur, & à Conuentu cui prę ficiuntur, remoueantur.

4 Nemini, neque Prioribus ipſis liceat, ſub pœnis in noſtris Conſtitutionibus Cap. 8. num. 11. expreſſis, ſe præſentare Ordinarijs locorum, vt au- e *Cle. Pap. VIII.* diendi Sæcularium Confeſſiones, ab eis facultatem *in Decr. de ref.* obtineant, niſi prius à Patre Vicario Generali, aut *reg. §. eligan-* à Viſitatoribus, tempore viſitationis, fuerint exami- *tur.* nati, [e] & per Diffinitorium approbati.

5 Confeſſionale in loco patenti conſtitutum exi- f *S.C. Epiſcopor.* ſtat, [f] cum cratibus, quarum foramina ità parua *1595. 21. Aug.* ſint, vt nec cuſpis auricularis digiti, in eis penetrare *1620. 2. Iunij.* poſſit,

Digitized by Google

poſſit, in eoquè Bulla Caſuum in Cœna Domini ex vna, & tabella Caſuum Epiſcopo reſeruatorum parte ex altera, fixę appareant. Caueat autem Confeſſarius, nè ibi cum aliquo, ac præcipuè cum Mulieribus, de non pertinentibus ad Cōfeſſionem verba faciat, nec de mane antè Solis ortum, g nequè de ſero, poſt pulſatum ſignum *Aue Maria, &c.* vel extrà crates, niſi infirmitatis, vel imminentis mortis occaſio id exigat, earumdem Mulierum Confeſſiones audiat.

g *S. C. Epiſcop. & Reg. 1620. 2. Iunij.*

De Bibliotheca, & Archiuio. Rub. 17.

§. *Ex Capitulo Cremonenſi 1634. Caſalenſi 1661. & Romano 1664. Cap. 1.*

1 IN omnibus Conuentibus noſtræ Congregationis, & præcipuè vbi viget Studium, ſit Bibliotheca ad vſum communem, & Prior, quantum Conuentus facultas permiſerit, prouideat de libris a neceſſarijs Studentibus, Lectoribus, & Concionatoribus.

a *Argu. in cap. ignorantia 1. c. omnes. 6. di. 38. c. ſicut. 8. c. ſi iuxtà 9. ea.*

2 Bibliothecarius eligatur à Capitulo Conuentuali, per vota ſecreta, b de filijs Cōuentus, ſi idonei aliqui fuerint. Eius officium erit, curam habere quantum in ſe eſt de libris, & eos iuxtà varietatem Facultatum ſeparatim ponere, & ordinare, Bibliothecam mundam tenere, & ſæpè ſæpius à libris puluerem excutere.

b *Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ 25. c. 6. de Reg.*

3 Per Inuentarium c omnium librorum, ſuper quibus ſcriptum ſit. *Bibliotheca Conuentus S. N. N.* Bibliothecario omnes libri cōſignentur, cum Confeſſione ſe dictos libros recepiſſe, vt de eiſdem tum Vica-

c *Arg. ex Cle. quià contingit. 2. §. vt præmiſſa. de relig. dom. c. de Siracuſana. 13. di. 28.*

Digitized by Google

Vicario Generali, tum Viſitatoribus in actu viſitationis, tum Priori, & Syndicis ſemel in anno rationem [d] reddere poſſit.

d *Arg. ex Cõc. Trid. ſeſſ 24. c. 16. de reform. in fi.*

4 Non vendantur Bibliothecæ libri, ſub pœna priuationis vtriuſque vocis, niſi ſint duplicati, in quo caſu, accedente conſenſu Capituli conuentualis, à Patre Vicario Generali licentia obtineatur, & pretium eorum, in alios vtiliores libros implicetur.

5 Si qui libri reperiantur extrà Bibliothecam, accommodati Sæcularibus, aut Religioſis, curent Priores, vt quamprimum reportentur, & in Bibliotheca reponantur, à qua amplius non extrahantur, iuxtà ea, quæ ſuprà Rubrica 11. de libris diſpoſita ſunt, quæ exactè omninò obſeruari volumus. Renuentes autem, aut facientes libros ſuos, qui Bibliothecæ ſunt, ad reſtitutionẽ omninò compellantur, & priuationem incurrant vtriuſque vocis, quam Patri Vicario Generali reſtituendam reſeruamus.

6 Statuimus, & decernimus, quod omnium Actorum Capitulorum Generalium, & Diætarum. Item omnium Decretorum Sacrarum Congregationum Curiæ Romanæ, nec non omnium Litterarum Apoſtolicarum, tam ſub Plumbo, quam ſub Annulo Piſcatoris, concernentium intereſſe Congregationis. Item omnium Inſtrumentorum, piarum diſpoſitionum, legatorum, ſententiarum, ſeù decretorum, iura omnium, & ſingulorum Conuentuum Cõgregationis tangentium, Originalia, accuratè, & diligenter conſeruentur in Archiuio Congregationis, in Conuentu S. Mariæ de Populo Romæ, ad id ſpecialiter deputato, in loco benè tuto, & ſecuro, cum crate ferrea ad feneſtram, & porta valida, & benè firmata, tribus clauibus obſerranda,

✝ *Confirm. per Breue ſpec. Alexan. Papa VII. ſub dat. Romæ die 18. Iulij 1664.*

da, quarum vna penes Priorem dicti Conuentus, alia penes Procuratorem Generalem prò tempore, & alia penes Religioſum eiuſdem Conuentus, à Capitulo ipſius Conuentus eligendum, remaneat. Et copiæ, in authentica forma, omnium prædictarum ſcripturarum, conſeruentur in Archiuio altero Cõgregationis, aſſignato in Conuentu Sancti Auguſtini Cremonę, cum qualitatibus prò Archiuio Romano deſcriptis, & vna ex tribus clauibus ſeruetur penes Priorem Conuentus prò tempore, & aliæ duæ penes Syndicos eiuſdem Conuentus. Retineatur tamen in Archiuio cuiuslibet Conuentus, copia pariter authentica, omnium Inſtrumentorum, & ſcripturarum, ad eumdem Conuentum ſpectantiũ. Quorum omnium executio ſtrictè iniungitur Patri Vicario Generali, vt omninò infrà annum curet illorum implementum, expenſis tamen intereſſe habentium.

7 Igitur in quolibet Conuentu ſit pariter Archiuium, e in quo ſcripturæ omnes reponantur, & conſeruentur, f ſitquè in loco tuto, & ſecuro, firmato duabus clauibus, quarum vnam teneat Prior, alteram verò vnus ex Syndicis Conuentus.

e *S. C. Epiſcop. & Reg. 1601. 9. Ianuarij.*

f *Ead. S. C. vt ſuprà.*

8 Non extrahantur ſcripturæ ſinè neceſſitate, & cauſa, g & cui conſignentur diligenter aduertant, ſchedulamquè à recipiente, manu propria ſubſignatam obtineant, vt ab illo etiam per viam iudicij, ſi opus fuerit, repeti poſſint. Et ſolicitè curent, vt quamprimum ſcripturæ extractæ, denuò in Archiuio reponantur.

g *S. C. Epiſcop. & Reg. in vna Tarentina.*

9 Ad arbitrium Prioris ſæpè viſitetur Archiuiũ, nè puluere, pluuia, aut animalium corroſione, ſcripturæ deuaſtentur, & pereant.

10 In

10 In omni Archiuio ſit Index *h* omnium ſcripturarum, quæ ibi ſunt, & ipſæ ſcripturæ, vna cum Indice, conſignentur per anteceſſores, modernis Prioribus, & de tali conſignatione documentum reportent, aliàs tranſgreſſores ipſo facto incurrant priuationem vtriuſquè vocis.

h S. C. Epiſcop. & Reg. in vna Calien. 1641. Argu. in Clem. quià contingit. §. vt præmiſſa. de relig. dom.

11 Præcipimus & mandamus, quod Priores viſitantes Cellas Fratrum, quas inuenerint ſcripturas ad Conuentum ſpectantes, tollant, & in Archiuio reponant. Huiuſmodi autem ſcripturas, occultantes, vel ſcientes ab aliquo occultari, & non reuelantes, pœnam priuationis vtriuſquè vocis ipſo facto incurrant.

De Officio Sacriſtæ. Rub. 18.

§. *Ex Capitulo Mutinenſi 1607. Cremonenſi 1616. Ferrarienſi 1620. & Mediolanenſi 1622.*

Cap. I.

1 ELigendus in Sacriſtam ſit Sacerdos fidelis, grauis, ſolicitus, ad res Eccleſiæ tractandas propenſus, & talis ſufficientiæ, vt aliorum Sacerdotum, ſaltem noſtræ Congregationis, Confeſſiones audire valeat. *a*

a Arg. in c. permittimus. de ſent. excom. Cle. Pap. VIII. Cōſt. 34. incip. Sanctiſſimus. §. 2.

2 Hic antè omnia ſolicitam cum tremore, & reuerentia curam habeat, vt Sanctiſſimum Chriſti Corpus bis ad minus in menſe renouetur, *a* & clauſum in Cuſtodia, *b* quam dignè fieri poteſt, reponatur, itaut nemo, ipſo excepto, cui ſacra commiſſa ſunt, locum Sanctiſſimi aperire poſſit. Clauem Cuſtodiæ, ſeù Tabernaculi argenteam, vel ſaltem deauratam, ſub alia claui clauſam ſemper teneat.

b Arg. in cap. ſtatuimus. 1. de cuſtod. Euchariſt. c. ſanè. 10. de celeb. Miſſ. c. qui benè. 94. de conſ. diſt. 2. c. Presbyt. 93. ea. ex Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 6. & can. 7.

Plures Hoſtias ſacratas repoſitas habeat, nè ſi infirmum communicare contingat, Eccleſia ſinè Sacramento remaneat. Habeat etiam in vaſe argenteo Oleum [c] Sanctum, & illud temporibus debitis renouari faciat. [d] Ad Altare vbi Sanctiſſimũ Ieſu Chriſti Corpus ſeruatur, lampadem, [e] cum oleo oliuarum, diu, noctuquè ſemper lucere faciat, nec ab ea alenda, paupertas Conuentus excuſet. In præfatis autem negligens [f] adinuentus, ab officio abſoluatur, & grauis culpæ pœnam ſubeat.

3 In Sacriſtia, toto tempore celebrationis Miſſarũ Sacriſta ſilentium [g] ſeruari faciat, & Sacerdotes incognitos, qui Dimiſſorias ab Ordinario loci recognitas, [h] aut ſuorum Superiorum litteras non oſtendant, talareſquè veſtes, & [i] tonſuram condecentem non habeant, celebrare non permittat.

4 Sacriſta Eccleſiam, Altaria, & Sacrarium nitida ſemper, & munda retineat. Vaſa item ſacra, & reliqua ſuppellectilia munda, & bene aptata habeat. Miſſalia quoquè integra, & nulla ex parte lacera, ſicut, & alia paramenta in vſum Miſſarum Sacerdotibus exhibeat. Paramenta diſſuta, & vaſa læſa, ſemel ſaltem in anno, & quoties opus fuerit, reſarciri [k] faciat. Vetera, & minus vtilia, ſinè cõſenſu Prioris, ac Patrum Conſilij, & ſcitu illius, ſi poſſibile eſt, cuius expenſis facta fuerunt, non diſtrahantur, & quod prò illis recipitur, in aliquod aliud prò ipſo Sacrario expendatur, aut commutetur.

5 In omni Sacriſtia ſit Inuentarium diſtinctum, & clarum omnium vaſorum, paramentorum, & reliquarum aliarum ſuppellectilium, ad ipſam Sacriſtiam pertinentium, quod per Sacriſtam antecesso-

c *Argu. in cap. ſtatuimus. 1. de cuſtod. Euchar.*

d *Arg. in c. litteris tuis. 18. de conſ. diſt. 3.*

e *Arg. in c. ſanè cum olim 10. de celeb. Miſſ. ex Cõc. Mediol. par. 2. tit. quæ pertinẽt ad Euchariſtiam.*

f *Arg. in c. ſanè. 10. de celeb. Miſſ. c. ſtatuimus. 7. de cuſtod. Euchariſt.*

g *Arg. in ca. cũ ad Monaſt. de ſta. Mo.*

h *Arg. in c. tua fraternitatis. 3. de Cler. pereg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decr. de obſer. in ſacrif. Miſſa. ſeſſ. 23. c. 16. de ref. S.C. Epiſ. 1583. 21. Octob. 1625. 14. Ianu. 1620. 10. Martij. S.C. S. Officij 11. Auguſti 1649.*

i *Sixtus Pap. V. Conſt. 92. incip. Sanctiſſimus.*

k *Arg. in c. veſtimenta. 42. de conſ. diſt. 1. ca. relinqui. 2. de Cuſtod. Euchariſt. c. vt ſcias. de offic. Sacriſtæ. c. 1. & 2. de offic. Cuſtod.*

ceſſorem, coram Priore, & Vicario Conuentus, conſignetur ſucceſſori, ſimul cum rebus in eo contentis, ſitquè ſubſcriptum ab ipſo Priore, Vicario, & Sacriſta nouiter inſtituto. Quod poſteà de anno in annum renouetur, demptis rebus vſu protritis, & conſumptis, & additis alijs, ſi quid eo anno de nouo factum fuerit.

6. Onera perpetua Miſſarum, non ſolum in aliqua tabella publicè expoſita, appareant deſcripta, ſed vlterius in peculiari libro per Sacriſtam exarentur, cui in fine anni ipſe ſubſcribat, declarando, quibus oneribus fuerit ſatisfactum, & quibus non.

7 Tres in quolibet Sacrario per Sacriſtam libri parentur. In vno Sacerdotes, qui prò oneribus, fixis: [l] in alio, qui prò quotidianis [m] eleemoſynis; & in tertio, qui prò noſtris Defunctis, aut deuotionis gratia ſacrum faciunt, ſe ſcribant.

l *S. C. Concilij 15. Decembris 1663.*

m *Ead. S.C. vt ſuprà.*

8 Sacriſta oblationes, quæ ad eius manus peruenerint, in Diurnali libro deſcribat, eaſquè in capſa ſui Depoſiti, ſub duabus diuerſis clauibus, quarum vnam ipſe, alteram teneat Vicarius Conuentus fideliter reponat. [n] In fine verò cuiuslibet Menſis coram Priore, & Syndicis extrahantur, & poſtquam numeratæ fuerint, & ſignatæ in libro, tradantur Exactori, & hic receptionis apocham relinquat. De huiuſmodi tamen oblationibus, ea ſumma tantumodò, prò qua iam Miſſæ fuerint celebratæ, Exactori conſignetur, reliquæ autem in Depoſito remaneant, & prò eis quamprimum, aut per noſtros Sacerdotes, aut per Capellanos ſatisfiat, curentquè diligenter Prior, & Syndici, vt in fine anni, omnibus oneribus fixis, fuerit ſatisfactum, & aduentitia, ſeù manualia onera, infrà breue tempus [o] perſoluantur.

n *S.C. Viſit. Apoſt. prò Conu. S. Mariæ de Populo Vrbis 1665.*

o *S. C. Concilij ſuper Decretis de celeb. Miſſ. ad dubium 11.*

 9 Sa-

Digitized by Google

9 Sacriſta extraordinarias expēnſas, ſinè licentia Prioris, nullas faciat,& ordinarias in Diurnali libro regiſtret, & ſi Scutum vnum monetæ Romanæ excedant, apocham à receptore habitam, prædictis, ſcilicet Priori, & Syndicis exhibeat.

p Arg. in c. vt ſcias. de officio Sacriſtæ. cap. 1. & 2. de officio Cuſtodis.

10 Vaſa ſacra p aurea, vel argentea, & quælibet alia prætioſa ſuppellectilia, in peculiari capſa, ſeù armario benè clauſo, & firmato, ſub tribus clauibus cuſtodiantur, quarum vnam teneat Prior, ſecundam Vicarius Conuentus, & tertiam ipſe Sacriſta.

11 Legata ſacrario facta, non expendantur in alios vſus, ſub pœna Prioribus priuationis Prioratus ipſo facto.

12 In peculiari libro mortui, ſiuè Fratres, ſiuè Sæculares, qui in noſtris Eccleſijs ſepeliuntur, per Sacriſtam deſcribantur.

§. *Ex Capitulo Romano 1644. Cap. 2.*

✠ Confirm. per Breue ſpeci. Alexandri Papæ VII. ſub datum Romæ die 18. Iulij 1664.

1 Reliquiæ Sanctorum ad Eccleſias, & Couentus noſtros ſpectantes, in capſis, aut armarijs, obfirmatis duabus ſaltem clauibus, apud diuerſas, & quidem graues, fideliſſimaſquè perſonas, in principio cuiuſcumque Prioratus, à Capitulo reſpectiuè cuiuſcumque Conuentus, per ſecreta ſuffragia, infrà menſem eligendas, depoſitandis, aſſeruentur, & nullatenus è capſis, aut armarijs extrahantur, ſinè eorum interuentu, quibus claues cuſtodiendæ traditæ ſunt. Priores, qui huiuſmodi claues confici, ſi neceſſe fuerit, aut depoſitari neglexerint, vel ipſas Reliquias è capſis, aut armarijs, aliàs, quam vt dictum eſt, eduxerint, ſeù educi permiſerint, ab officio per tres menſes remaneant ſuſpenſi.

2 Por-

Digitized by Google

2 Porrò Reliquias ipſas, nemini cuiuſcumque gradus, aut qualitatis in Congregatione fuerit, liceat, vel in minima particula ſubtrahere, diminuere, donare, aut concedere cuicumque perſonæ, cuiuſuis gradus, ſeù conditionis fuerit, aut ſubtrahi, aſſumi, vel diminui quouis modo permittere, ſub inobedientiæ pœna, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per decennium, niſi de licentia Patris Vicarij Generalis, prò tempore exiſtentis, & ſimul de conſenſu Capituli Conuentus, cuius ſunt Reliquiæ. Conſenſus autem huiuſmodi, per vota ſecreta, & duabus ex tribus votorum partibus cōcurrentibus, præſtari debeat, aliter nullus ſit, & prò nullo habeatur. ✠ *Confirm. per Breue ſpecial. vt ſuprà.*

3 Reliquię verò Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſquè Sanctiſſimæ Matris, Sanctorum Apoſtolorum, & Martyrum inſigniorum, nec non Sancti Nicolai de Tolentino, nullo modo ſubtrahantur, minuantur, concedantur, aut aſſumi, & concedi permittantur, etiam in quantumcumque minima quantitate, niſi vltrà conſenſum Conuentus, cuius ſunt Reliquiæ, modo prædicto præſtandum, accedat etiam expreſſa licentia, à Diffinitorio Capituli Generalis, vel Diætæ, per ſecreta ſuffragia, & concurrentibus duabus ex tribus votorum partibus, in ſcriptis obtinenda. Et ſi ſecus fieri contigerit, Priores Conuentuum officio, & voce actiua, ac paſſiua perpetuò priuentur, & alij complices, vltrà pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ in perpetuum, alijs pœnis, etiam corporalibus, arbitrio Diffinitorij, puniantur, quæ pœnæ remitti non poſſint, niſi in Diffinitorio Capituli Generalis, per vota ſecreta, & tribus ex quatuor partibus votorum concurrentibus. ✠ *Confirm. per Breue ſpecial. vt ſuprà.*

De

Digitized by Google

§. *Ex Capitulo Bergomenſi* 1596. *Vitellianenſi* 1602. *Annunciata Eremi* 1608. *Cap.* 1.

1 ELecti Procuratoris à Capitulo Conuentuali officium erit, [a] de pecunijs, & rebus à Depoſitarijs acceptis, Priori, Fratribus, ac Domui vniuerſæ neceſſaria prouidere, mandante ſemper Priore, non ſecundum proprium affectum, ſed ſecundum charitatis regulam.

2 Singulis Sabbatis, vel quauis Dominica die, in publica menſa, Procurator legat, [b] vel legi faciat ſchedulas expenſarum, & pecuniarum à Depoſitarijs acceptarum, illaſquè Syndicis conſignet, quibus ſub pœna priuationis officij mandamus, vt expenſas exhibitas à Procuratore examinent, conſiderando, ſi quid ſuperflui, aut ſi quid erratum inuenerint. Schedulis lectis, & examinatis, ſi iuſtæ ſint, Syndici ſe ſubſcribant, expenſaſquè Procurator in libro Diurnali reportet, & in fine menſis videatur, vtrum expenſæ in ſchedulis, & in libro Diurnali cõueniant, quod ſi conuenire repertæ fuerint, omnes expenſæ per menſem factæ, itidem coram omnibus Fratribus in Refectorio perlegantur, [c] & liber Diurnalis ab eiſdem, vt ſuprà ſubſcribatur.

3 In ſcribendis expenſis diſtinctè indicet Procurator, à quibus res emerit, numerum, vel pondus, nec non, & pretium rerum emptarum, adeò ſigillatim exprimens, vt nihil amplius deſiderari poſſit. Et qui contrafecerit officio priuetur, nec partitæ expenſarum, niſi ſint parui momenti, admittantur.

a *Cle. Pap. VIII. de refor. reg. §. nullus ex Super. Arg. in c. Saluator. 8. poſt me. 1. q. 1. cap. volumus. 2. c. quià in quibuſdam. 21. 16. q. 7.*

b *Cle. Pap. VIII. de refor. reg. §. cæterum.*

c *Cle. Pap. VIII. vbi ſuprà.*

4 Ex-

4 Exceptis expenſis, quæ minutatim de die in diem fiunt, ſi quæ aliæ ſolutiones, numerata pecunia fieri debeant, apocham talis ſolutionis Procurator reportet, conſignandam Priori, & Syndicis, ſinè qua, ſolutiones prædictæ, vt legitimæ, non admittantur.

5 Apocæ in Archiuio Monaſterij ſemper maneant, & quantum fieri poteſt in libro titulato (*Delle riceuute*) omnes recipiantur, nè ità facilè amitti poſſint. Et ſi Procurator apud ſe voluerit tranſumptum authenticum de illis habere, illud Prior, & Syndici ſubſcribant.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1612. *& Diata Cremenſi* 1621. *Cap.* 2.

1 Nec debitum prò quacumque cauſa Procurator contrahat, nec mutuò [d] pecunias à quouis accipiat, abſquè ſpeciali Patrum Conſilij licentia, aliàs officio priuetur.

d *Arg. In cap. cum quibuſdam de fideiuſs.*

2 Procuratores, quorum libri inuenti fuerint, vel in totum, vel ex parte dilacerati, deleti, corrupti, viriati, cancellati, vtpotè de mala adminiſtratione vehementer ſuſpecti, ſeuerè, vt fures puniantur.

3 Nulla ratione, nullouè prætextu, niſi maxima vrgente neceſſitate, à Priore cognoſcenda, Procurator à Choro ſit exemptus; [e] non enim tota die prò Conuentu expendendum eſt. Quod ſi contrafecerit, arbitrio Prioris puniatur.

e *Cle. Pap. VIII. de reform. reg. §. nullus.*

4 Nullus, qui Procuratoris officio functus fuerit in aliquo Conuentu, vbi malæ adminiſtrationis reliquerit notam, aut eiuſdem adminiſtrationis perfectam non reddiderit rationem, poſſit amplius in

eodem, vel in aliquo alio Conuentu, eligi in Officialem, & ſi electus fuerit, talem electionem irritam, & nullam declaramus.

ſ *Officia non debent dari in cõmodum. Arg in c. cum ad Monaſteriũ. §. talis. de ſta. Mo. Cle. quià cõtingit. §. vt præmiſſa. de relig. dom. ex Conc. Trid. ſeſs. 22. c. 9. ſeſs. 25. c. 8. de refor.*

5 Procurator, Exactor, Depoſitarius, & Sacriſta in eodem officio, prò eodem Conuentu, vltrà ſexennium confirmari *ſ* non poſſint, benè tamen ad alia officia eligi. Quod ſi neceſſitas exegerit, aliquem confirmari, id fiat de licentia Patris Vicarij Generalis, in ſcriptis habita.

De Exactore. Rubrica 20.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi 1592. & Bergomenſi 1596. Cap. 1.*

a *Cle. Pap. VIII. de reform. reg. §. nullus ex Superioribus.*

1 IN quocumque Conuentu eligatur à Capitulo Conuentuali per vota ſecreta, & prò maiori parte votorum Exactor, ſeù Collector, cuius officium erit, *a* rerum, bonorum, redd tuumquè colligendorum curam habere, eoſquè etiam litigando, ſi opus fuerit, à debitoribus Conuentus exigere. Redditus collectos Depoſitarijs conſignare, *b* & de conſignatis confeſſionem in ſcriptis à Depoſitarijs recipere, vt de ſua conſignatione poſſit ſemper eos, ad quos ſpectat, docere, aliàs conſignationes non admittantur.

b *Cle. Pap. VIII. vbi ſuprà.*

2 Ad colligenda grana, vinum, & cæteros Conuentus prouentus, vna cum Exactore inuigilent, aut præſentialiter, aut cum diligenti inquiſitione, de mandato Prioris, Syndici, & Procurator Cõuentus.

3 Caueat Exactor, nè anticipatè exigat prouentus, & quidem maturandos tempore ſucceſſoris ſui Prioris, ſub pœna arbitrio Patris Vicarij Generalis infligenda.

§. Ex

Digitized by Google

§. *Ex Capitulo Romano* 1680. *Cap.* 2.

1 Lites alicuius momenti non moueat Exactor, nec motas proſequatur, ſinè Patrum Conſilij decreto; finaleſquè receptiones, & vt dicitur (*Saldo*) numquam faciat, abſquè eorumdem licentia in ſcriptis habita.

2 Impoſterum Exactori in Inſtrumento procuræ non tribuatur facultas renouandi Emphiteuſim, nec locationes, ſiuè Domorum, ſiuè Poſſeſſionum faciendi, ſinè conſenſu Prioris, & Patrum Conſilij, ſed ſolum exigendi, cum experientia viſum ſit, ex tali facultate, multa damna Monaſterijs obueniſſe.

3 Exactor ſemel in hebdomada ſchedulas pecuniarum, & à quibus, & qua ratione exactarum legat, c & quæ exegerit, ſub eodem die, quo exacta ſunt, tum in libro Magiſtrali, tum in libro Diurnali exactionum, diligenter ſcribat.

c *Cle. Pap. VIII. de refor. reg. §. caterum.*

4 Tempore Capituli Generalis noſtræ Congregationis, exigendorum notam d faciat, & Conſilio Patrum præſentet, vt examinent, an ſit legitima, & deindè coram Fratribus in Refectorio lectam, Priori conſignet, ad Capitulum deferendam.

d *Idē Cle. VIII. vbi ſuprà.*

De Depoſitarijs. *Rub.* 21.

§. *Ex Capitulo Romano* 1680. *Cap.* 1.

1 DVo in quouis Conuentu Depoſitarij eligantur, a per vota ſecreta, à Capitulo cōuentuali, eorumquè officium erit, b pecunias ab Exactore collectas, ipſiſquè conſignatas, in capſa tribus clauibus munita aſſeruare, quarum vnam Prior, & reliquas Depoſitarij teneant.

a *Cle Pap. VIII. Conſt. 68. § 11. prò Fratribus de Mercede.*

b *Cle. Pap. VIII. de reform. reg. §. nullus ex Superioribus.*

Digitized by Google

2 Habeant Depoſitarij librũ, in quo omnia ſibi ab Exactore conſignata, fideliter regiſtrent, ſicuti, & ea, quæ de mandato Prioris, & Syndicorum in ſcriptis, prò exigentia Conuentus, Procuratori ſoluunt, & cõſignant, atquè alijs Officialibus minoribus, habita ſemper in eodem libro, aut in mandatis Procuratoris, confeſſione de pecunijs ſibi datis, & conſignatis, vt cũm receptis ab Exactore conferre poſſint.

3 Tritici, aliorumquè fructuum, atquè prouentuum, ſiuè prouenientium ex Prædijs, ſiuè ab Exactore collectorum, introitum, & exitum, Depoſitarij notent in alio libro, qui dicitur (*De raccolti*) & omnia, quæ in Horreo fuerint congregata, ſub tribus clauibus, à Priore, & ipſis Depoſitarijs cuſtodiantur, & quæ vendenda fuerint, per Exactorem, ſuo tempore, cum conſenſu, & licentia Patrum Conſilij vendantur.

4 Omnia edulia à Procuratore empta, Depoſitarijs conſignentur, danda poſteà iuxtà exigentiam Coquinario, Cellario, & alijs Officialibus minoribus, ergà quos multum inuigilabunt nè ea diſſipent. Cura quoquè Depoſitariorum erit obſeruare, quantum vini, & panis, quolibet menſe conſumatur, & ſi nimia videatur cõſumptio, referant Priori, vt factis calculis, indemnitati Conuentus prouidere poſſit.

De Syndicis. Rubrica 22.

§. Ex Capitulo Mediolanenſi 1592. *Bergomenſi* 1596. *Cremonenſi* 1611. *alio Cremonenſi* 1634. *& Dieta Vitellianenſi* 1678. *Cap.* 1.

1 IN principalioribus Conuentibus duo, & in minoribus vnus, proponente Priore, per vota

ſecreta

ſecreta eligantur [a] Syndici, & ſanè de ſenioribus, & filijs Conuentus, [b] & quantum fieri poteſt, ex ijs, qui in eodem Conuentu aliàs fuere Priores, & laudabiliter gubernarunt.

2 Eorum munus [c] erit, cum Vicario Conuentus ſemper Syndico, geſta ab Exactore, Procuratore, Depoſitarijs, Sacriſta, & ab alijs Officialibus minoribus perquirere, & perſcrutari, an ſcilicet fideliter introitus colligantur, depoſita ſeruentur, expenſæ rationabiles fiant, ritè libri ſcribantur, & computentur, vt Conuentus gubernium, & adminiſtratio temporalis, per ipſos Officiales, rectè, diſcretè, & laudabiliter peragatur.

3 Ipſorum quoquè officium erit, ſchedulas expenſarum, qualibet hebdomada, per Procuratorem, & introituum per Exactorem exhibitas examinare, manu propria firmare, apud ſe retinere, in fine menſis cum libro Diurnali conferre, eidemquè libro ſe ſubſcribere, & in ſubſcriptione, de collatione facta, mentionem facere.

4 Ad ipſos etiam ſpectabit ſuppellectilium omnium Conuentus, Sacriſtiæ potiſſimum, Cellarum, & officinarum, Inuentarium [d] conficere, & in libro particulari deſcribere, cum ſubſcriptione eorumdem, ac Prioris, apud quem talis liber remaneat, & eo diſcedente penes Vicarium Conuentus, aduenienti moderno Priori conſignandus, vt diligenter perquirere poſſit, an cuncta in Inuentario ſignata, re vera in Conuentus ſint, & de anno in annum tale Inuentarium renouetur.

5 Rationem exigant Syndici, à quolibet Fratre diſcedente, de ſuppellectilibus Cellæ, ſibi ad vſum aſſignatis. Et nè quis allegare poſſit ignorantiam

a *Cle. Pap. VIII. de reform. reg. §. caterum.*

b *Quià cæteris paribus filij Conu. ad officia ſunt præferendi. S. C. Epiſcopor. 1633. 2. Decemb.*

c *Cle. Pap VIII. vbi ſuprà.*

d *Arg. ex Cle. quià contingit. §. vt præmiſſa. de relig. dom. c. de Siracuſana 13. diſt. 28. c. ſicubi 6. 12. q. 5.*

Digitized by Google

de ſuppellectilibus, ſibi prò eadem Cella aſſignatis, Inuentarij exemplar, à prædicto Fratre ſubſcriptum, fixum ianuæ Cellæ à tergo, manere volumus.

6 Syndici, vna cum Priore, ſubſcribant librum actuum Capitularium, per Cancellarium, ad hunc effectum deputatum, deſcriptorum, & deficiente vno Syndico, antiquior Sacerdos, qui in Conuentu fuerit, loco illius ſubſcribat.

7 Inuigilent diligenter Syndici, vna cum Priore ſuper Officialibus minoribus, ſcilicet Coquinario, Cellario, & alijs, ſi qui ſunt, qui res Monaſterij pertractent, ſeù diſpenſent, an fideliter, & diſcretè ſe gerant, & quos infideles, & malos adminiſtratores inuenerint, ab officio Prior remoueat, alijs etiam, pœnis iuxtà qualitatem, & quantitatem delicti eos caſtigando, & quatenus Profeſſionem non fecerint, præmiſſis monitionibus, & ſalutaribus pœnitentijs, & habita à Patre Vicario Generali facultate, à Congregatione licentientur.

8 Priores, qui Syndicos proponere protraxerint, aut electos, nè ſuum exerceant munus, impedierint, ab officio Prioratus remoueantur. Syndici electi, ſi id munus exequi renuerint, vtraquè voce, ad arbitrium Patris Vicarij Generalis priuentur, niſi rationabilem afferant cauſam, quæ eos valeat excuſare. Et quod dicitur de Syndicis, etiam de Sacriſta, Procuratore, Exactore, & Depoſitarijs intelligi volumus.

De

Digitized by Google

§. *Ex Capitulo Bergomenſi* 1596. *Cremonenſi* 1616. *Ferrarien.* 1618. *& Diata Cremen.* 1621. *Cap.* 1.

1 VIcarius cuiuslibet noſtræ Congregationis Conuentus, à Diffinitorio inſtitutus, ſemper ſit Syndicus, & propterea, quæ Syndicorum ſunt obſeruabit, ſub pœnis, prout in præcedenti Rubrica de Syndicis.

2 In ſero diligenter exploret Vicarius, vtrum Ianuæ [a] Conuentus ſint clauſæ, necnè. Si rectè clauſas inuenerit, nocturno tempore claues omnes cuſtodiat, niſi Prior illas tenere voluerit, eaſdem Oſtiario de mane reſtituendas.

3 Vicarius libellum habeat, ſuper quo nominatim, & diſtinctè ſcribat omnes hoſpites prætereuntes, vices quoquè numerando, quibus illis acciderit, aut prandere, aut cœnare in Conuentu. Quemadmodum, & notam teneat de recedentibus à Conuentu, vt ſciri poſſit diuturnitas temporis, quo quis ab ipſo Conuentu abſuerit.

4 Inſtruat [b] Vicarius bis in hebdomada Conuerſos, atquè Commiſſos, circà Doctrinam Chriſtianam, Orationem mentalem, & res ſpirituales, moneatquè eos ad vota Religionis ſeruanda, ad patientiam in vilioribus exercitijs, ad ſolicitudinem, & promptitudinem, ad ea, quæ ſibi à Superioribus commiſſa fuerint, ad reuerentiam omnibus, & præcipuè Sacerdotibus exhibendam, ad modeſtiam in ſingulis eorum actibus, & ad charitatem ergà omnes, & præcipuè Infirmos exercendam, certò ſciens ſe à Deo condignam retributionem recepturum.

a *Cle. Pap. VIII. de reform. reg. §. vt omnis.*

b *Cle. Pap. VIII. ſuper inſtructione Nouit. §. vt autem.*

5 In-

c *Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 15. de reform.*

d *Arg. in c. ſi quis. 1. c. quieſcam. 2. di. 42. c. mos eſt. 30. c. ſancimus. 31. 12. q. 1. ex Cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 8. de regul.*

e *S. C. Conc. de Apoſtatis, & eiectis.*

5 Inuigilet diligenter ſuper Cellas ad hoſpitiũ [c] deputatas, an ſint mundæ, & de neceſſarijs prouiſæ, ita vt nihil eis deſit de ſuppellectilibus, religioſam paupertatem redolentibus, curetquè, vt hoſpitibus aduenientibus, cum omni charitate, [d] & hilaritate ſeruiatur. Illi autem quibus Vicarius iniunxerit, vt hoſpitibus ſeruiant, ſi neglexerint, Prior eos pœnitentijs ſeuerè coerceat.

6 Carceratis Vicarius incumbat, vt iuxtà mandata Prioris, tempore debito eis cibus afferatur, & ſæpè eos viſitet, ac conſoletur, [e] nec non moneat ad carcerem patienter tolerandum, & eo maximè ſi carceribus mancipati fuerint prò incorrigibilitate.

De Prioribus. Rubrica 24.

§. *Ex Capitulo Romano* 1644. *& alio Romano* 1664. *Cap.* 1.

✠ *Confirm. per Breu. ſpec. Alexan. Papæ VII. ſub datum Romæ die 18. Iulij 1664.*

1 AD Prioratum nemo deinceps aſſumi, eligi, aut deputari poſſit, niſi præuio examine in Diffinitorio Capituli Generalis, aut Diætæ, ab ipſis met Patribus Diffinitorij faciendo, & concurrentibus requiſitis in Conſtitutionibus, àc Diffinitionibus noſtris præſcriptis, per ſecreta ſuffragia eiuſdem Diffinitorij, à maiori parte votorum fuerit admiſſus. Quod ſi ſecus factum fuerit, aſſumptio, electio, ac deputatio nullius ſit roboris, & momenti. Et ſi contrà hanc formam aliquem de facto eligi, aſſumi, aut deputari contigerit, per quemcumquè ex Superioribus Congregationis, ità aſſumptus, electus, aut deputatus, ſi aſſumptionem, electionem, aut ſui deputationem acceptauerit

Digitized by Google

uerit, perpetuò inhabilis ad omnia officia, gradus, & dignitates eiuſdem Congregationis remaneat, & qui ſic aſſumpſerint, elegerint, vel deputauerint, à primo Diffinitorio Capituli Generalis, vel Diætæ corripiantur, arbitrio ipſius Diffinitorij.

2 Nemo poterit ad finem præfatum, ad locum Diffinitorij accedere, & ad examen, approbationemuè à Diffinitorio admitti, niſi præuia licentia in ſcriptis obtinenda à Patre Vicario Generali, quæ licentia ab eodem non poterit concedi, niſi cum examine, & de voto Socij ipſius Patris Vicarij Generalis, & trium ſaltem ex Examinatoribus deputatis, & in futurum prò tempore deputandis in Prouincijs, à Diffinitorio Capituli Generalis. Socio autem abſente, vel aliàs legitimè impedito, dicta licentia non concedatur, niſi præuio etiam examine, & de voto ſaltem quatuor ex dictis Examinatoribus, & non niſi approbatis ab ipſis, per ſecreta ſuffragia, & à maiori parte votorum. ✠ *Confirm. per Breue, vt ſuprà.*

3 Facile indulgeat Pater Vicarius Generalis, vt ad hoc primum examen admittantur, quot quot ratione litteraturæ, & aliorum iuxtà Conſtitutiones, ac Diffinitiones requiſitorum, admittendos fore poterit arbitrari. Ex ijs verò quos approbari contigerit, licentia accedendi ad Diffinitorium concedatur quot, & quibus, iuxtà Congregationis, & Prouinciarum exigentiam, ac opportunitatem, ſeù congruentiam, per ſecreta ſuffragia Patris Vicarij Generalis, & aliorum quatuor, vt præfertur, reſolutum fuerit. Et ſinè licentia, vt præmiſſum eſt concedenda, nullus habilis ſit, vt ad examen, & ſucceſſiuè ad Prioratum in Diffinitorio Capituli Generalis, aut Diætæ admitti poſſit. ✠ *Confirm. per Breue, vt ſuprà.*

4 In

Digitized by Google

✠ *Confirm. per Breue, vt ſuprà.* 4 In Prouincijs autem, in quibus Pater Vicarius Generalis prædicta præſens præſtare non poterit, eadem per Viſitatores in actu viſitationis peragantur, & quæ de Socio Patris Vicarij Generalis dicta ſunt, de altero ex Viſitatoribus intelligantur.

✠ *Confirm. per Breue, vt ſuprà.* 5 Ad prædictum examen, cum Patre Vicario Generali, Socio, & Viſitatoribus reſpectiuè faciendum, & ad licentias, vt dictum eſt concedendas, in Diffinitorio Capituli Generalis, deputentur quatuor Examinatores prò qualibet Prouincia noſtræ Congregationis, per vota ſecreta, & prò maiori parte votorum, quæ deputatio vſquè ad aliud Capitulum Generale perduret, in quò ſimiliter noua deputatio fiat, & ſic deinceps. Et ſi aliquem ex deputatis Examinatoribus interim decedere contigerit, non niſi in Diffinitorio Diætæ ſubſequentis, modo prædicto, alius in locum decedentis ſubrogari poſſit. Examinatores verò prædicti deputati, & prò tempore deputandi, præter expreſſas, nulla alia prærogatiua, aut facultate, ratione deputationis huiuſmodi potiantur, & finito tempore iam dicto, omnis eorum prærogatiua ceſſet, & expiret.

6 Priores, qui in futurum, modo ſuperius expreſſò, creati fuerint, & prò tempore ad Prioratum

✠ *Confirm. per Breue, vt ſuprà.* eligi, ſeù deputari contigerit, eatenus titulo, cæteriſquè prærogatiuis, ac priuilegijs Prioribus noſtræ Congregationis quomodolibet competentibus vti, frui, & gaudere poſſint, & valeant, quatenus actu Priores ſint, & in actuali exercitio Prioratus permaneant. Finito verò tempore Prioratus, vel ſi aliàs à Prioratu, vel exercitio eius, fuerint quomodolibet abſoluti, titulo, & denominatione Prioris, cæteriſquè ſuperius expreſſis prærogatiuis, nullatenus

Digitized by Google

tenus gaudeant, ſed ad locum ſuæ profeſſionis, ſeù aliàs ſibi competentem redeant, & redire teneantur, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per ſexennium, nec liceat amplius verbo, vel ſcripto, vel aliàs quomodolibet, eos nuncupare Priores, ſub pœna leuis culpæ, quotieſcumque id contigerit, aut etiam grauioris ſi fuerint contumaces.

7 Nemo impoſterum poterit in Priorem alicuius Conuentus eligi, aut deputari, qui trigeſimum a ætatis annum non compleuerit, & duodecim ad minus in Congregatione, poſt Profeſſionem, laudabiliter vixerit.

a Arg. in c. cũ in cunctis 7. de elect. c. licet. 14. eo tit. in 6. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de ref.

8 Quicumque ad Prioratus officium canonicè, & legitimè electi, ſeù deputati, ſinè legitima, aut rationabili cauſa, officium ipſum acceptare, & exercere recuſauerint, ipſo facto, titulo Prioris, & officio priuentur, & per ſexennium ineligibiles ſint, abſquè diſpenſatione.

✠ Confirm. per Breue ſpecial. vt ſuprà.

9 Circà legitimam, ſeù rationabilem cauſam, propter quam liceat Prioribus recuſare, ſeù non acceptare, aut renunciare actuale gubernium Conuentuum, ſtatuimus, quod ſi huiuſmodi recuſatio, non acceptatio, aut renunciatio facta fuerit durante Capitulo Generali, ſeù Diæta ad iudicium Diffinitorij pertineat, ſi autem extrà tale tempus acciderit, ad Patrem Vicarium Generalem iudicium ſpectet, etiam auctoritate Capituli Generalis, ſeù Diætæ, cum voto ſaltem quatuor ex Patribus, qui jus habeant ingrediendi Diffinitorium.

✠ Confirm. per Breue ſpecial. vt ſuprà.

10 Statuimus, quod in poſtulatione Conuentuali Priorum, ad Capitulum Generale mittenda, quæ per ballotationem fieri debet, præcedat nominatio à quolibet vocali Conuentus, ſaltem duorum, quæ

✠ Confirm. per Breue ſpecial. vt ſuprà.

quidem nominatio per ſchedulas fiat, manu vnius, vel plurium ſcripta, vt ſecretum magis ſeruetur, & illi tres, qui à pluribus fuerint in ſchedulis nominati, imbuſſulentur, & ballottentur in primo, ſecundo, & tertio loco, ad præſcriptum noſtrarum Conſtitutionum.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1592. *Cremonenſi* 1634. *& Vitellianenſi* 1637. *Cap.* 2.

1 Non niſi Lectores, [b] qui trigeſimum ætatis annum compleuerint, & duodecim annos ad minus in Congregatione, poſt Profeſſionem, laudabiliter vixerint, & admiſſi ab Ordinarijs [c] locorum ad Confeſſiones audiendas, nec vacabiles ob iuriſdictionem per ſexennium exercitam, in Priores poſtulentur, ſeù eligantur à Capitulo Conuentuali, iuxtà modum, & formam in Conſtitutionibus noſtris præſcriptam, aliàs tamquam non poſtulati, vel non electi habeantur.

b *Arg. in c. cum in cunctis 7. de elec. Innocentius Papa X. Conſt. 14. cum ſicuti. prò Monachis Caſſinen.*

c *Cle. Pap. VIII. Conſtit. 60. §. 52. prò Seruitis.*

2 Cuilibet Conuentui, quantum fieri poteſt, aſſignetur in Priorem aliquis Lector, qui ſit illius Prouinciæ [d] cuius eſt huiuſmodi Conuentus, excepto Conuentu S. Mariæ de Populo Vrbis, de quo infrà. Et quatenus in eadem Prouincia, prò omnibus illius Conuentibus, non reperiantur Lectores idonei ad gubernium, in Conuentibus, maximè minoribus, poterunt inſtitui in Priores etiam Religioſi non graduati, qui tamen in caſibus Conſcientiæ ſint ſufficienter verſati, & ſuis Fratribus, temporibus debitis, ſciant competenter proponere verbum Dei. Sint etiam ſolertis Oeconomiæ, [e] & bonæ famæ, [f] & in inferioribus officijs, ea probitatis, & prudentiæ argumenta dederint, vt hanc dignitatem mereri cenſeantur.

d *Arg. in c. nec emeritis. 12. c. nullus inuitis. 13. diſt. 61.*

e *Arg. in c. ſtatuimus 8. diſt. 61. c. niſi cum pridem. 10. §. prò defectu. ver. circà curam. de renunciatione.*

f *Arg. in c. Epiſcopū 6. diſt. 61.*

3 Cum

3 Cum Prioribus cura animarum, ſibi creditarum demandetur, idcircò nec ignorare [g] debent, quæ ad huiuſmodi curam requiruntur. Hæc autem in cognitione præſertim caſuum Conſcientiæ, & Diuini Verbi explanatione conſiſtunt. Ea propter ad Prioratus gradum promouendi, in duplici, quem ſubire debent examine, vt ſuperius dictum eſt, examinabuntur [h] ſuper caſibus Conſcientiæ, Sacris Canonibus, Regula, & Conſtitutionibus, ac Diffinitionibus noſtris, quas ſuos Subditos verbo, & exemplo docere debent, & ſuper alijs Prioratus munus conſequentibus, vt idonei [i] ad animarum curam, & ad Conuentuum gubernium, promoueantur, & inepti [k] reſpuantur.

§. *Ex Capit. Vitellian.* 1602. *Annunciatæ Eremi* 1608. *Brixienſi* 1610. *Mediolanen.* 1612. *Cap.* 3.

1 Nullus ex Prioribus noſtrorum Conuentuum, bonorum adminiſtrationem [l] per ſe ipſum habeat, vel exerceat, vt in Apoſtolicis Clementis Papæ VIII. & S. Congregationis ſuper ſtatu Regularium Decretis cautum eſt. Secus ipſi officio, & dignitate [m] priuati intelligantur.

2 Quorumcumque officialium munera, & præcipuè Exactoris, Procuratoris, & Depoſitariorum, Priores non impediant, [n] ſed potius foueant, ſub pœna priuationis officij ipſorum.

3 Ad Capitulum Generale Priores deferant ſtatum [o] ſuorum Conuentuum, nedum à Syndicis,

g Arg. in c. ſtatuimus 8. diſt. 61. c. cũ in cunctis. 7. de elec. c. cũ ſit ars artiũ. 14. de ætat. & qualit. præficien. ca. licet. 14. de elec. in 6. c. illiteratos. 1. diſt. 36. c. ignorantia. diſt. 38. ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. ſeſſ. 25. c. 1. de reform.

h Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. ca. 13. ſeſſ. 24. cap. 18. de refor.

i Arg in iuribus ſupra cit.

k Arg. in c. niſi cum pridem. 10. §. prò defectu. de renunc. c. illiteratos diſt. 36. ex Conc. Trid. ſeſs. 21. c. 6. de ref.

l Cle. Pap. VIII. de refor. reg. §. nullus ex Superioribus. S. C. ſuper ſta. reg. in Decr. prò nobis de vita Com. ſuprà rub. 11. poſitis. Pius Papa V. Conſt 59. nihil in Eccleſ. §. 17. prò Cruciferis. Conſt. 61. ad extirpandos. §. 7. prò Minoribus Conuent. Conſt. 103. poſtquam §. 19. prò Seruitis.

m Arg. in c. quià in quibuſdam 4. diſt. 89.

n Clem. Papa VIII. de refor. reg. §. nullus ex Superioribus.

o Arg. in c. charitatem. 45. 12. q. 2. Clem. Papa VIII. de refor. reg. §. cæterum.

verum etiam ab omnibus Fratribus familiæ ſubſignatum, notando ſummas introituum, & expenſarum, credita exigenda, debita tam extrà librum relicta, quam in libro notata. Quantitatem quoquè tritici, farinæ, vini, olei, & ſimilium, quæ in ipſorum diſceſſu reperiebantur. Et tandem ea omnia, ex quibus ſtatus Conuentus, ipſis diſcedentibus argui, & clarè dignoſci poſſit.

4 Præfati ſtatus fiat duplex copia, ab omnibus, vt ſuprà dictum eſt, ſubſignata, quarum vna penes Patrem Vicariũ Generalem remaneat, & alia moderno Priori conſignetur. Quod ſi in cõficiendo huiuſmodi ſtatu, mendaces p inuenti fuerint, P. Vicarius Gener. eos puniat, etiam priuatione officij, ſi in Capitulo Generali, ad tale munus aſſumpti fuerint.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi 1592. alio Mediolanenſi 1603. & Ferrarienſi 1648. Cap. 4.*

1 Prioribus, qui ſui officij cauſa ad Capitulum Generale noſtræ Congregationis de iure conueniunt, q ſi eos ab officio abſolui contigerit, Conuentus, quibus immediatè præfuerunt, ſoluant expenſas, r nedum in acceſſu ad locum Capituli, ſed etiam in receſſu, ſi eo vndè diſceſſerant reuertantur. Si verò aliò pergant, tantumdem Conuentus præſtent, quantum à Conuentu Capituli, ad Conuentum ſibi aſſignatum neceſſe ſit.

2 Adueniente caſu, quo quis recuſauerit ſ gubernium alicuius Conuentus, non approbatis à Diffinitorio cauſis talis recuſationis, Conuentus à quo diſceſſerat, nihil prò reditu contribuat.

3 Prioribus ad gubernium promotis, Conuentus, quibus præfecti ſunt, prò itinerarijs expenſis pro-

p *Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 5. de reform.*

q *Arg. in ca. cũ in ſingulis. 7. de ſta. Mo. c. Epiſc. 9. diſt. 18. cap. quod ſuper his. de ma. & obed. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. ca. 2. de reform.*

r *Arg. ex Gloſſ. in c. ſicut olim de accuſ. c. cum ex officij. 16. de praſcriptionib. c. charitatem. 45. §. Viſitatores. 12. q. 1. c. iam nunc. in fin. 8. 28. q. 1.*

ſ *Arg. in cap. ſi quãdò. 5. de reſcrip. c. cum teneamur. 6. de prabendis. Quià officia recuſari non poſſunt, niſi cum cauſa, qua admiſſa, & durante, adſcalia officia, nequè per electionẽ, nequè per ſubrogationes aſſumi poſſunt. S.C. Epiſc. 1654. prò Obſeruantib. 21. Nouemb. ad dubiũ tertium.*

prouideant, ſiuè à loco Capituli, ſiuè aliundè diſcedant.

4 Priores nullo vmquam tempore, ſuppellectilia ſibi ad vſum conceſſa, quæ decem pondera, t hoc eſt libras ducentas quinquaginta excedant, de loco ad locum, ſumptibus Monaſterij transferant, aliàs ab officio ſuſpendantur.

t *Nè Conuentus grauentur. Arg. in c. procurationes. 23. de cenſ.*

§. *Ex Capitulo Bergomenſi* 1596. *Vitellianen.* 1602. *Ferrarienſi* 1618. *& Diata Cremenſi* 1621.

Cap. 5.

1 Priores, qui animi gratia, aut prò ſuis negotijs aliquò incedere u volunt, ſinè ſuorum Conuentuum vrgenti neceſſitate, nullum penitus ab ipſis, ſiuè in pecunijs, ſiuè in alio, recipiant ſubſidium, x ſub pœna priuationis, officij ipſo facto incurrenda. Quod ſi neceſſitas Conuentus id exegerit, teneantur Priores eam Patribus Conſilij explicare, qui mutuis præhabitis colloquijs, per vota ſecreta reſoluant, an præfata neceſſitas taliter vrgeat, vt prò expreſſo itinere ſit expendendum, & ſi negatiuè reſolutum fuerit, ab itinerando Priores abſtineant.

2 Vt exactè Sac. Congregationis ſuper ſtatu Regularium Decreta, ſuprà Rubrica vndecima per extenſum poſita, obſeruentur, Priores in quouis Cōuentu capſam Depoſiti triclauem, y & armaria lignea, vel vt aiunt, bancalia, iuxtà numerum Fratrum illius familiæ, diſtincta loca habentia, fieri curent, vt in ea, & in eis reſpectiuè, pecuniæ Conuentus, & Fratrum, necnon veſtimenta omnia, tam lanea, quam linea reponi poſſint, ſub pœna priuationis Prioratus.

u *Arg. in c. quoniam.* 5. *§. porrò, vt lite non conteſtata. c. licet, 14. c. cum ex eo. 34. de elec. in 6. c. ex parte, 8. c. Cleric. 7. de cle. nō reſid. c. extirpanda. 30. §. qui verò. de prab. ex Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 1. ſeſſ. 23. c. 1. de reform.*

x *Arg. à cont. ſent. in c. cum ex officij. 16. de reſcrip. c. charitatem. 55. 12. q. 1. c. iam nunc. 8. in fi. 28. q. 1.*

y *Pius Papa V. Conſt. 141. inter cæteras. §. 55. prò Canonicis S. Saluatoris. Conſtit. 66. Illa nos cura. §. 19. prò Min. Conu.*

§. Ex

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1600. *& alio Mediolanenſi* 1612. *Cap.* 6.

1 Priores Inuentarium z conficiant bonorum omnium immobilium, fructuum, & prouentuum, qui annuatim, tum ex ipſis bonis immobilibus, tum ex legatis pijs, cenſibus, aut eleemoſynis ordinarijs recipiuntur, vna cum Conuentuum oneribus. Contrafacientes verò, ipſo facto, Prioratus officio priuentur.

z *Arg. ex Cle. quià contingit. §. vt præmiſſa. de relig. dom. c. de Siracuſa.* 13. *diſt.* 28. *c. manifeſta.* 21. 12. *q.* 1. *c. ſicubi* 6. 12. *q.* 5.

2 Ter ſaltem in anno, Priores proprias Eccleſias, Altaria, Mappas, Calices, Pixides, Miſſalia, Paramenta, Libroſquè ad vſum Chori viſitent, a & ſi quid neceſſarium defuerit, prouidere faciant. Obſeruent quoquè diligenter, an obligationibus Miſſarum, b & Officiorum, fuerit plenè ſatisfactum, certòquè ſciant ſuper his, de eorum negligentia, ſe Deo reddituros eſſe rationem. c

a *Arg. in c. decreuimus.* 10. *c. Epiſcopum.* 11. 12. *q.* 5.

b *S. C. Concilij cum ſæpè contingat. §. Epiſcopus verò.*

c *Ead. S.C.Cõcil. vt ſuprà. Arg. in c. cum ad Monaſteriũ.* 6. *§. Abbas. de ſta. mo.*

3 Viſitare etiam teneantur quater in anno Cellas Fratrum, aſſumptis ſecum Vicario Conuentus, & aliquo, vel aliquibus ex Senioribus ipſius Conuentus. Item officinas omnes, & ianuas, aliaquè loca, ſub pœna priuationis officij, ſtatim incurrenda.

d *Arg. in c. cũ ad Monaſter.* 6. *§. Prior. de ſta. Mo. Clem. Pap. VIII. de refor. reg. §. illud porrò.*

§. *Ex Capitulo Mutinenſi* 1607. *& Cremonenſi* 1634. *Cap.* 7.

1 In quolibet Conuentu, ſingulis hebdomadibus, & præcipuè ſextis ferijs, d à Prioribus ſermo habeatur de Religioſa diſciplina, regulariquè Obſeruantia, ſciantquè ſe à Patre Vicario Generali in viſitatione officio priuandos eſſe, ſi in hoc negligentes, e & ſocordes fuerint.

e *Arg. in c. cũ ad Monaſter. §. Abbas. de ſtat. Mo. cap. ſi quis Abbas.* 15. 18. *q.* 2. *c. dictũ.* 8. *diſt.* 81. *c. ſi qui Epiſcopi.* 43.

2 Com-

2 Commoneat ſæpè Prior Subditos ſuos Religioſos, de iniuncta omnibus obſeruantia, & executione Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Decretorum, ad Sanctiſſimæ Inquiſitionis Officium, [f] aduerſus hæreticam prauitatem pertinentium, & ſtatutis temporibus, nempè die prima Menſis Martij, & feria ſexta poſt Octauam Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, præfatas Conſtitutiones, & Decreta legere faciat in publica menſa, aut in Capitulo, ad hunc effectum ſpecialiter congregato, ſub pœnis in eiſdem Conſtitutionibus, & Decretis contentis.

f *Vrbanus Papa VIII. Conſt. Sanctiſſimus D. N. ſedulò incumbens. Alexander Pap. VII. Conſt. Licet aliàs.*

3 Curet quoquè Prior, vt quotannis feria ſecunda poſt Dominicam primam Aduentus, & feria ſexta poſt Octauam Corporis Chriſti, legantur publicè Decreta ſacræ Congregationis Concilij Tridentini de celebratione Miſſarum. [g] De menſe Ianuarij legantur Decreta de largitione munerum, [h] & bis in anno Decreta de Apoſtatis, & Eiectis; [i] nec non Decreta Generalia Clementis Papæ Octaui de reformatione Regularium, [k] ſub pœnis in dictis Decretis contentis.

g *S. C. Concil. cum ſapè cōtingat. Innocentius Pap. XII. Conſt. nuper à Cōgreg. vener. Frat. noſtr.*

h *Cle. Pap. VIII. Conſt. Religioſa Cong. Vrbanus Papa VIII. Conſtit. 46. Nuper.*

4 Priores attentè inuigilent, vt quæ ad Diuinum cultum attinent, vniformi ritu, [l] in Miſſis celebrandis, & in Diuino Officio perſoluendo ſeruentur, & propterea ſæpè ſæpius legere, & declarare faciant Rubricas Miſſalis, & Breuiarij ab aliquo Religioſo idoneo, & in Eccleſiaſticis ceremonijs verſato.

i *Vrbanus Papa VIII. Conſt. 28. Incip. S. Congr. Conc.*

k *Cle. Pap. VIII.*

l *Arg. ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 13. de Sacram. in gen. ſeſſ. 22. c. 5. & ead. ſeſſ. can. 9.*

5 Conuentuum noſtrorum indemnitatibus conſulere cupientes, omnibus Prioribus, alijſquè officialibus ſtrictè mandamus, atquè præcipimus, nè ſumptibus eorumdem Conuentuum, conuiuia Sæcularibus parent, ſub pœna priuationis graduum, & officiorũ ipſofacto. Et ſi aliquandò id congruum,

aut

aut neceſſarium fuerit, non niſi præuio conſenſu Patrum Conſilij, & iuxtà Conuentuum poſſibilitatem, ſub eiſdem pœnis præſtare valeant.

6 Priores, qui Conuentus dilapidauerint, m aut qui eorum facto, culpa, vel negligentia, quæ ſunt Dei parum curantes, obſeruantiam Regularem n in præceps ruere permittunt, certò ſciant, in futurum ad gubernium minimè promouendos fore, ſicut de facto inhabiles adiudicamus, Paterquè Vicarius Generalis, & Viſitatores in actu viſitationis, ſuper hoc diligentiſſimè inuigilabunt.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1592. *alio Mediolanenſi* 1612. *Cremonenſi* 1634. *& Vitellianenſi* 1637. *Cap.* 8.

1 Fabricas nouiter excitare, aut antiquas, vel aliàs factas, ſeù inceptas deſtruere. Item arbores non cæduas ſuccidere, abſquè licentia Patris Vicarij Generalis, aut Viceſgerentium, vel Viſitatorum tempore viſitationis, in ſcriptis habita, omnibus, & ſingulis noſtræ Congregationis Prioribus interdicimus. Quam nihilominus licentiam, nullus ex prædictis concedat, niſi ex neceſſitate, & accedente Patrum Conſilij, ac Capituli conſenſu, o ſub pœna Prioribus iubentibus, vel permittentibus priuationis officij ipſo facto, alijs verò vtriuſque vocis in perpetuum.

§. *Ex Capitulo Caſalenſi* 1661. *Cap.* 9.

1 Quoniam iuxtà noſtras leges, ſæpè numero exigente iuſtitia p Fratres Carceribus mancipandi ſunt, hinc ſtrictè mandamus omnibus, & ſingulis Con-

m *Arg. in cap. Monachi* 2. *§. Prior. c. ea qua. §. ſi Abbas. de ſta. Mo. c. licet Heli. §. cũ igitur. de ſimonia. c. per tuas.* 52. *eo. tit. ca. quià ea.* 9. 3. *q.* 2. *c. venerabili.* 37. *de offi. delegat.*

n *Arg. in c. ea qua* 8. *§. ſi verò. de ſta. Mo. c. reſecanda* 16. *ca. corripiãtur.* 17. 24. *q.* 3. *c. licet nonnunquam* 6. *diſt.* 45. *ex Cõc. Trid. ſeſſ.* 13. *c.* 1. *de reform.*

o *Arg. in c. ſum in cunctis.* 1. *c. ex part.* 4. *de ijs, quæ ſiunt à mai. part. ca. nouit.* 4. *c. quantò.* 5. *de ijs, quæ ſiunt à Prælatis. cap. eſtote.* 119. 1. *q.* 1. *S. C. Epiſc. prò Camald.* 8. *April.* 1633.

p *Quià delicta ſunt punienda. Arg. in c. ea qua* 8. *§. ſi verò. de ſta. Mo. cap. reſecanda* 16. *c. corripiãtur.* 17. 24. *q.* 3. *c. licet.* 6. *diſt.* 45. *ex Conc. Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *de reform.*

Digitized by Google

Conuentuum noſtrorum Prioribus, quicumque illi ſint, vt ſtatim ac à maioribus ſuis commiſſionem acceperint, de aliquo Religioſo incarcerando, iuſſioni q pareant, & commiſſionem ſibi impoſitam fideliter exequantur. Renuentes, ipſo facto, ſuſpenſos declaramus.

q *Arg. in c. iuſtum eſt. 9. 23. q. 3.*

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1612. *Cap.* 10.

1 Vt ea, qua decet reuerentia, r Reuerendiſſimus Pater Ordinis noſtri Generalis, in noſtrorum Conuentuum viſitatione, iuxtà modum, & formam, in Inſtrumento concordiæ præſcriptam, recipiatur, ſtatuimus, quod Priores Conuentuum illorũ noſtræ Congregationis, quorum viſitandorum ipſe Reuerendiſſimus Pater Generalis facultatem habuerit, cum primum ad illos viſitandos acceſſerit, cum Cruce ad Ianuam Eccleſiæ, eumdem proceſſionaliter recipiant, eiquè, tamquam ſupremo noſtri Ordinis Capiti, debitum honorem, reuerentiã, ac obedientiam exhibeant. Contrafacientes autem, ipſo facto, Prioratus officio ſint priuati.

r *Arg. in c. grauem 15. de exceſſ. Prælat. ca. quamquam 6. diſt. 23. c. nullus 5. de iure iur. ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 20. de regul.*

ſ *Arg. in Cle. nè in agro. §. ſanè de ſta. Mo. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. de recitandis Decret.*

§. *Ex Capitulo Annunciatæ Eremi* 1608. *Cap.* 11.

1 Diligenter curent Priores noſtræ Congregationis, vt in Conuentibus eorum curæ commiſſis, Conſtitutiones, & Diffinitiones antiquæ ſ ac recentiores noſtræ Congregationis, publicè legantur, locis, & temporibus, in ipſis Conſtitutionibus præfixis, & quod maius, & melius eſt, adamuſſim, & exactè ab omnibus obſeruentur. t

t *Arg. in cap. ſi quis. 2. 1. q. 7. c. canon. 1. de Conſt. c. ſi Roman 1. c. enim verò. 4. diſt. 19. c. in ſingulis. 7. §. huiuſmodi. & §. ſi verò. de ſta. Mo. c. ſicut olim. 25. de recuſ. ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. ſeſſ. 25. c. 18. de reform. ead. ſeſſ. 25. c. 22. de regul.*

Digitized by Google

§. *Ex Capitulo Romano* 1680. *Cap.* I.

1 IN quolibet Conuentu noſtræ Congregationis inſtituatur Conſilium, [a] ſuper cauſis, & negotijs cuiuſuis generis Monaſterij. Eidem Conſilio interſint, [b] primò Prior Conuentus, deindè Vicarius, & Syndici, omneſquè Graduati, qui ſint Confeſſarij Sæcularium, & trigeſimum ætatis annum compleuerint. Et capiantur reſolutiones per vota ſecreta, & prò maiori parte [c] votorum.

2 Sacerdotes ſenes annorum quinquaginta, & Profeſſionis triginta, ſi etiam ſint Cõfeſſarij ab Ordinario approbati, & de Monaſterio benemeriti, in idem conſilium admitti poterunt ad ferendum votum, eos conſtituendo de corpore conſilij ex gratia, & priuilegio.

3 Ad tale Conſilium vocentur etiam Sacriſta, Procurator, Exactor, & Depoſitarij, vt quilibet eorum reſpectiuè, informare poſſit, de ſtatu Conuentus, ſed in reſolutionibus votum non habeant, niſi aliundè eis competat.

4 Quoties negotium aliquod graue, [d] vt ſunt lites, ædificationes, reparationes, locationes, venditiones, emptiones, & ijs quid ſimile pertractandum occurrat, toties huiuſmodi Conſilium coadunetur, nihilquè in Capitulo Conuentuali proponatur, quod prius non fuerit in Conſilio examinatum, & reſolutum, ſub pœna Priori ſuſpenſionis ab officio. Si verò nulla res magni momenti immineat, ſemel nihilominus quolibet menſe Conſilium fiat, & tunc examinentur introitus, & expenſæ Con-

a *Arg. in c. irrita. 1. c. nouit. 4. c. quantò. 5. de ijs, quæ fiunt à Prælat. c. alienationes. 37. c. ſinè exceptione. 52. 12. q. 2. ca. eſtote. 119. 1. q. 1.*

b *Arg. in c. non debet. 2. di. 65.*

c *Arg. in c. ſanè. 1. diſt. 65. c. non debet. 2. ea. c. cum in cunctis. 1. cap. ex par. 4. de ijs, quæ fiunt à ma. par. capit. c. nec Epiſc. 7. de temp. ordin.*

d *Arg. in c. nouit. 4. c. quãtò. 5. de ijs, quæ fiunt à Prælat.*

Digitized by Google

Conuentus, nec non credita, & debita, ſi quæ ſunt, & diligenter perquiratur, an oneribus Miſſarum fuerit integrè ſatisfactum.

5 Proponente Priore, per vota ſecreta, & prò maiori parte e vototum, à Capitulo Conuentuali eligatur Cancellarius Conſilij, qui erit quoquè Cancellarius actuum Capitularium, Vir probus, & fidelis, ſub iuramento de ſecreto, & de fidelitate ſeruandis, qui in libro peculiari, in Conſilio propoſita, & per vota ſecreta reſoluta, fideliter, & diligenter deſcribat. Et antequam Conſilium ſoluatur, reſolutionibus ſe ſubſcribant, Prior, Vicarius, Syndici, & ipſe Cancellarius.

6 Reſoluta in Capitulo Conuentuali regiſtrentur in alio libro, ab eodem Cancellario, & coram Fratribus in Capitulo congregatis, itidem ſubſcribantur.

7 Quoties de geſtis, ſiuè in Conſilio, ſiuè in Capitulo fidem f facere opus fuerit, tranſumptis reſolutionum, cum ſubſcriptione eiuſdem Cancellarij, & ſigillo g Monaſterij munitis, vbiquè locorum fides, tam in iudicio, quam extrà habeatur, quæ haberetur ipſis libris, ſi exhiberentur.

e *Arg. in iurib. ſupracit.*

f *Arg. in cap. in nomine. 1. diſt. 73. c. cũ medicinalis de ſent. excom.*

g *Arg. in c. nullus diſt. 93. cap. peruenit. 1. de fideiuſſ. c. ſcripta. 2. de fide inſtrumentorũ c. cum medicinalis 1. §. quiſquis. de ſent. excom.*

De Diffinitoribus, & Viſitatoribus Generalibus. Rub. 26.

§. Ex Capitulo Romano 1644. & alio Romano 1664. Cap. 1.

1 STatuimus, & decernimus, quod Diffinitores Generales impoſterum eligi nõ poſſint, niſi ex ijs, qui fuerint Lectores, & qui non ſolum mo-

✠ *Confirm. per Breue ſpec. Alexan. Papa VII. ſub datum Romæ die 18. Iulij 1664.*

moribus ſint decorati, ſed etiam ſufficienti doctrina præditi.

† *Confirm. per Breue, vt ſuprà.* 2 Declaramus, & decernimus, nedum Diffinitores, verum etiam Viſitatores Lectoratus gradu eſſe debere inſignitos, eorumquè ſufficientiam per lecturas, aut Prædicationes, vitæ probitate accedente, à Patre Vicario Generali, & Examinatoribus deputatis, per ſecreta ſuffragia, maiori parte votorum concurrente, in litteris Patentibus ab eodem P. Vicario Generali expediendis, cognoſcendam, & approbandam eſſe. Abſentibus autem, aut deficientibus Examinatoribus, vel aliquo eorum, Patrem Vicarium Generalem alios aſſumere debere, quos idoneos iudicauerit.

3 Porrò ad tollendas omnes ambiguitates declaramus, neminem impoſterum in Diffinitorem, vel Viſitatorem aſſumi poſſe, qui non ſit Lector, & qui, vel per annos quatuor ad minus, ſcientias ſpeculatiuas docuerit, nimirum Logicam, Philoſophiã, ſeù Theologiam, in Conuentibus ad ſtudia deputatis, vel legerit Theologiam Moralem per annos ſex, ſemel in hebdomada, ſaltèm per dimidium horæ, vel prædicauerit ter ad minus in hebdomada, itidem per annos ſex.

4 Quantum verò ad ætatem, quoad Diffinitores, & Viſitatores à Capitulo Generali eligendos, eorum ætas ſit ad minus annorũ triginta quinque, & Profeſſionis quindecim. Viſitatores verò qui eliguntur per Diffinitorium ſufficiet, ſi habeant annos triginta ætatis completos, & Profeſſionis duodecim itidem completos.

† *Confirm. vt ſuprà.* 5 Litteras Patentes expediat Pater Vicarius Generalis, ijs quos ad Diffinitoriatum, vel Viſitatoria-

toriatum, iuxtà formam ſuprà traditam approbauerit, & Patentati approbationem Patri Vicario Generali exhibeant feria ſexta, immediatè antè electionem noui Patris Vicarij Generalis, ſtatimquè publicentur, vt ſciant Vocales quinam, diebus ſequentibus, in Diffinitores, aut Viſitatores eligi poſſint.

6 In actibus Capitularibus fiat rotulus approbatorum, & ſic de triennio in triennium, de nouiter approbatis, qui publicentur vt ſuprà.

7 Quatuor Diffinitores in Capitulo Generali electi, & prò tempore eligendi, immediatè poſt quatuor Viſitatores (in actu tamen viſitationis) & poſt Priores, in loco eorum iuriſdictionis, Fratres omnes præcedant. Viſitatores autem extrà actum viſitationis, eadem prærogatiua gaudeant immediatè poſt Diffinitores, & Priores, in loco iuriſdictionis eorum. Finito verò tempore munerum ſuorum, tam Diffinitores, quam Viſitatores, nequè loco, nequè denominatione prædicta gaudeant. ✠ *Confirm. vt ſupra.*

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1592. *Cap.* 2.

1 In Viſitatione, tum Patris Vicarij Generalis, tum Viſitatorum, expenſæ in victu ità moderatè fiant, vt Religioſam paupertatem redoleant, & non niſi quatuor fercula ad ſummũ, adminiſtrentur eis. Et Procuratores, qui exceſſerint, ab ijſdem Superioribus in viſitatione corripiantur.

2 Præter collectam, quæ dari ſolet, & conſueuit, caueant Viſitatores, nè in viſitatione ipſi, vel quiſquam ſuorum, aliquod munus quodcumque ſit, & qualitercumquè oblatum recipiant, ſicut anti-

Digitized by Google

antiquitus in noſtris Diffinitionibus cautum eſt, ſic enim minus grauabuntur Conuentus, & ipſi, non quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti quærere videbuntur. Et quæ in hac Diffinitione de Viſitatoribus dicta ſunt, etiam de Patre Vicario Generali, & ſua familia, nec non de alijs Superioribus, ſiuè Iudicibus tam Ordinarijs, quam quomodocumquè Delegatis, ſiuè viſitent, ſiuè non viſitent, intelligi volumus.

§. *Ex Capitulo Cremonenſi* 1634. *Vitellianenſi* 1637. *& Caſalenſi* 1661. *Cap.* 3.

1 Conuentus ſibi à Patre Vicario Generali ad viſitandum aſſignatos, Viſitatores teneantur viſitare. Et ſi eorum negligentia, aut culpa, vel facto proprio, maiorem partem Conuentuum non viſitauerint, tantumdem eis ſubtrahatur de collecta iudicio Diffinitorij, quot fuerint Conuentus non viſitati, & applicetur capſæ publicæ noſtræ Congregationis.

2 Si antè Patris Vicarij Generalis viſitationem, Viſitatores Conuentus viſitauerint, eidem Patri Vicario Generali viſitationis Decreta trāſmittant, & è cōtrà P. Vicarius Generalis Viſitatoribus. Quæ Decreta deindè cōſignabuntur in Capitulo Generali, vt ſeruentur in Archiuio Cōgregationis, apud Procuratorem Generalem, in Conuentu Romæ. Et eorumdem Decretorum copia dabitur, tum Patri Vicario Generali, tum Viſitatoribus nouiter electis, vt tempore opportuno, & viſitationis videant, an Decreta olim facta, executioni fuerint demandata. Et negligentes Superiores, prout expedierit corripiant, & puniant.

§. *Ex*

§. *Ex Capitulo Bergomenſi* 1596. *& Vitellianenſi* 1637. *Cap.* 4.

2 Officiorum confuſionem, quantum poſſumus, euitare cupientes ſtatuimus, quod impoſterum nequè Diffinitores, nequè Viſitatores, qui in Capitulo Generali de triennio in triennium eliguntur, in Priores alicuius Conuentus aſſumi poſſint. Plura enim vni tantum conferre, quæ inter multos poſſunt diuidi, iuſtitiæ diſtributiuæ minimè congruum arbitramur.

2 Sacroſancti Concilij Tridentini Decreto Seſſ. 25. Cap. 6. de nõ ſupplendis votis inhærentes, hac perpetuò valitura Diffinitione mandamus, nè occaſione congregandi Diffinitorium, in Congregationibus intermedijs, ſeù Diætis, loco Diffinitorum abſentium, alij ſubſtituantur, vel ſubrogentur. Cum enim Capituli Generalis Vocales in tales Diffinitores compromiſerint, & perſonarum induſtriam elegerint, eorum electio fruſtraretur, ſi alij, loco Diffinitorum ab ipſis electorum, ponerentur.

3 Verum ſi contingat, aliquem ex Diffinitoribus fore legitimè impeditum, aut vita, vel officio defungi, & aliàs numerus nouem ad conſtituendum Diffinitorium noſtræ Congregationis requiſitus, nõ ſit completus, loco illius is ſuccedat, qui ex eadem Prouincia in præcedenti Capitulo, poſt Diffinitorem electũ eiuſdem Prouincię, plura alijs vota habuerit. Et ſi hic etiam fuerit legitimè impeditus, vel emortuus, loco illius ſuccedat alius, qui poſt ipſum, in eodem Capitulo, plura alijs eiuſdem Prouinciæ, vota habuerit, fiatquè tranſitus de vno ad alterum, prædicto ordine, cum ſingulis obſeruato, donec qui nõ ſit impeditus inueniatur, ſicut in Conſtitu-

ſtitutionibus noſtris decernitur. Quapropter mandamus, vt in electione Diffinitorum, per Secretariũ Congregationis, diligenter, & ordinatè adnotentur omnes, qui ad Diffinitoriatum fuerint nominati, diſtinctè notando voces, quas vnuſquiſque habuerit. Quæ nota penes P. Vicarium Generalem aſſeruetur, vt ſciat in prædictis caſibus, quem, ſeù quos ad Diffinitorium vocare debebit.

4 Nè vnquam quis ex Diffinitoribus, vel Viſitatoribus, aut ex eis, qui ius habent ingrediendi Diffinitorium, poſſit conqueri, & agere de contemptu, per duos menſes antè, à P. Vicario Generali, quilibet eorum moneatur de loco, & tempore, vbi ſcilicet, & quandò celebranda erit Diæta, & Diffinitorium congregandum. Et ſi Diffinitores, vel Viſitatores, abſquè legitima cauſa, ad Diffinitorium ſe conferre omiſerint, officio reſpectiuè priuentur, & alij loco eorum, modo ſuprà dicto, ſuccedant.

5 Curet P. Vicarius Generalis, quod Diffinitoriũ Diætæ congregetur in Conuentu, ad quem accedere commodè poſſint, tum Diffinitores, tum Viſitatores, nè prætextu exuberantium expenſarum, acceſſum prætermittant, & ſic Diæta non celebretur.

6 Quoniam iniuſtè grauarentur Conuentus, quibus Diffinitores de familia ſunt adſcripti, ſi eorum ſumptibus, ad Diffinitorium conuenire deberent. Ideò prò expenſis itinerarijs eorumdem Diffinitorum, ſtatuimus, ſummam Scutorum centum monetæ Romanæ, ex introitibus publicis, diſtribuendam æqualiter inter ſingulos, prò itineribus ad Diætam, Capitulum Generale, & ad alia Diffinitoria, ſi caſu aliquo congregari contingat, à Patre Vicario Generali, ipſis eſſe ſoluendam.

De

Digitized by Google

De Procuratore Generali, Socio, & Secretario Congregationis. Rub. 27.

§. *Ex Capitulo Romano* 1680. *Cap.* 1.

1 POlleant Procurator Generalis, & Socius Congregationis, qui à Diffinitorio eliguntur, iiſdem qualitatibus Lecturæ, aut Prædicationis, quas habere debent promouendi ad Diffinitoriatum, & non niſi Lectores tales qualitates habentes, in Procuratorem Generalem, vel in Socium eligi poſſint, aliàs electio ſit nulla, perindè, ac ſi facta non fuiſſet.

2 Cum Procuratoris Generalis præcipuum ſit munus, in Romana Curia, ad omnes noſtræ Congregationis cauſas peragendas, perſonaliter reſidere, eaſquè in Sacris Congregationibus, & coram quouis Iudice omni ſtudio tueri. Ideò vltrà præfata requiſita, etiam prudentia, dexteritate, & ſolertia in rebus agendis emineat, locumquè tenebit, vt in noſtris Diffinitionibus antiquis, Rubrica Decima ſancitum eſt.

3 Vt magis Pater Vicarius Generalis circà ea, quæ in dies occurrunt, prouidè, ac ſecuriori iudicio, officium ſuum exequatur, ſancimus Socium ei à Diffinitorio, prò tempore aſſignatum, votum conſultiuum in rebus ſerijs habere debere, & locum tenere, in actuali viſitatione Patris Vicarij Generalis, immediatè poſt Vicarios Generales abſolutos, & antè omnes alios. Extrà verò viſitationem poſt Procuratorem Generalem, Diffinitores, & Viſitatores, cum præcedentia tamen quorumcumque aliorum, quouis priuilegio decoratorum.

4 In Capitulo Generali à Diffinitorio Secretarius Congregationis eligatur, & nemo ad tale munus aſſumatur, niſi ſit Lectoratus gradu inſignitus, & in humanioribus litteris ſufficienter verſatus. Porrò qui aſſumptus fuerit, iuret in manibus Patris Vicarij Generalis electi, ſe ſecretum ſanctè ſeruaturum, & officium ſuum fideliter, & accuratè præſtaturum.

5 Secretarij officium, erit familias Cōuentuum, & Fratrum mutationes, infrà annum contingentes, in libro particulari deſcribere. Litteras patentes Commiſſariorum, Priorum, & Lectorum creatorum: Sententias, Decreta, acceptationes Nouitiorum, eiſquè emittendi Profeſſionem facultates conceſſas. Acta Capituli Generalis, & Diætæ, cæteraquè omnia per Patrem Vicarium Generalem, ſiuè in actu viſitationis, ſiuè extrà eam, tam prohibita, quam conceſſa deſcribere, & regiſtrare. Deniquè litteras miſſiuas omnes iuxtà ordinem, & ad mentem Patris Vicarij Generalis ſcribere, & acceptis reſpondere, & quatenus opus ſit, arbitrio P. Vicarij Generalis, earumdem litterarum minutas tenere.

6 Ad eumdem quoquè Secretarium pertinebit omnium Lectorum actualium, vna cum Studentibus, eorum diſciplinæ commendatis, & Concionatorum, tempore Quadrageſimæ quotidiè prædicantium, regeſtum tenere, & ità diſtinctè, vt cuiuis quo temporequis legerit, ſtuduerit, aut reſpectiuè prædicauerit, clarè innoteſcat.

7 Ad ipſum pariter ſpectabit, atteſtationes ſtudij, quoad Studentes, Lecturæ, quoad Lectores, & Prædicationis, quoad Concionatores in Cathalogo dili-

diligenter deſcribere, quæ in Archiuio Congregationis poſteà reponendæ erunt.

8 Si Procurator Generalis deceſſerit, vel quauis ex cauſa officium eius vacauerit, tale munus abſquè vlla prærogatiua, prò interim Prior Romæ exerceat, vſquè ad futurum Diffinitorium, ſuo tempore congregandum, in quo de nouo Procuratore Generali omninò prouideatur. Si verò deceſſerint aut Socius, aut Secretarius Congregationis, poterit Pater Vicarius Generalis, Socium ſibi benè viſum, vel Secretarium aſſumere, duraturos itidem vſquè ad primum Diffinitorium, ſuo tempore congregandum, qui tamen ſic aſſumpti votum non habeant, ratione eorumdem officiorum.

De Vicario Generali. Rub. 28.

§. *Ex Capitulo Romano* 1680. *Cap.* I.

1 NEmo in Vicarium Generalem noſtræ Cõgregationis eligatur, qui non ſit Lector [a] habens conditiones omnes, quæ requiruntur ad Diffinitoriatum, & Viſitatoriatum. Quiquè per annos 25. [b] completos ad minus poſt Profeſſionẽ, laudabiliter [c] in Congregatione noſtra vixerit, atquè in aliquibus minoribus Prælaturis, [d] hoc eſt Prioratibus, Viſitatoriatibus, aut Diffinitoriatibus, per ſex ſaltem annos in totum, ſeù in officijs Procuratoris Generalis, vel Socij, aut Secretarij per triennium fuerit exercitatus, habeatquè cæteras alias conditiones, in noſtris Conſtitutionibus præſcriptas.

2 Porrò Pater Vicarius Generalis in Conuentuum viſitatione, [e] in maioribus Conuentibus

 diutius

a *Arg. in c. cum in cunctis. 7. de elec. c. quamuis. 15. de ætat. & qual. præficiẽd. c. cõgregato 53. de elec. ca. ſtatuimus. 8. di. 61. ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. de refor. Pius Pap. V. Conſt. quamuis. 1578. Innoc. Papa X. cũ ſicut. prò Caſſinenſibus.*

b *Arg. in eod. c. cũ in cunctis. 7. de elec. ca. cum nobis olim. 20. eo. tit. ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 1. de refor.*

c *Arg. in c. Epiſcop. 6. diſt. 61. c. in Sacerdotibus. 2. c. miramur. 5. ea. c. ordinat. 4. di. 59.*

d *Arg. in c. ad Apoſtolic. 16. de reg. c. ordinat. 4. di. 59. c. miſerũ eſt. 4. di. 61. c. fi. di. 75. ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. de refor.*

e *Quià Vic. Gener. debet Viſitare. Arg. in c. decreuimus. 10. c. Epiſcop. 11. c. placuit. 12. 10. q. 1. c. non ſemel. 29. 18. q. 2. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 20. de reg.*

diutius diebus decem, & in minoribus tribus [f] non commoretur, niſi neceſſitas aliter expoſcat, & tunc tantò minus, quantò citius ſe expedire poterit, in quo eius conſcientiam oneramus. Conuentus autem quos ſucceſſiuè viſitauerit, eidem P. Vicario Generali ſuæquè familiæ, [g] quæ ipſo incluſo quinarium numerum [h] non excedat, nec nõ equitaturis, ſi fortè ſecum duxerit, alimenta, moderata tamen, & religioſam paupertatem redolentia, cæteraquè neceſſaria ſeruitia charitatiuè præſtabunt.

3 Extrà viſitationem verò, ſiuè in Conuentu à ſe electo prò ſui manſione, ſiuè in quocumque alio moram traxerit, vltrà ſolitam Miſſæ celebrationem, tam per ſe, quam per Socium, & Secretarium, ſi adfuerint, eidem præſtationem contribuat cõgruam prò victu quotidiano, [i] ſcilicet Scutorum ſex monetæ Romanæ prò quolibet menſe, ſiuè ſecum teneat omnem ſuam familiam, ſiuè non. Equitaturas autem alere, & expenſas alias occurrentes, de ſuis collectis ſupplere debebit.

4 Extrà viſitationem quoquè, idem Pater Vicarius Generalis, expenſas omnes faciat litterarũ, ſiuè recipiendarum, ſiuè mittendarum, tam prò ſe, quam prò Socio, & Secretario Congregationis, ac etiam Conuerſo, ſeù Conuerſis inſeruientibus, ſi duos habuerit, ſeruata ad vnguem indemnitate [k] Conuentus, in quo manſerit, ità vt nihil cedat in damnum, & præiudicium ipſius.

f *Arg. in c. inter cætera. 8. 10. q. 3. ex Cõc. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de reform. S. C. Epiſcopor. in vna Ianuen. 1652. 2. Nouemb.*

g *Arg. in c. placuit. 1. c. illud magnitudinem. 10. q. 3. c. Romana. 1. §. procurationes. de cenſ. in 6. c. Epiſc. 6. de Offic. Ord. in 6. ex Cõcil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de reform.*

h *Arg. in c. cũ Apoſtolus. 5. §. ſanè de cenſ. c. inter cætera. 8. 10. q. 3. c. cũ ad quorumdam 7. de exceſſ. Prælat. ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de reform.*

i *Arg. in c. procurationes 23. de cenſ. verſus med. Clem. Pap. VIII de reform. reg. §. ſuperiores omnes.*

k *Arg. in c. quià cognouimus. 6. c. relatum. 9. 10. q. 3.*

§. *Ex Capitulo Ferrarienſi* 1648. *& Caſalenſi* 1661. *Cap.* 2.

1 Si vltrà triennium, auctoritate Apoſtolica, Patrem Vicarium Generalem, ad alium annum confirma-

firmari contigerit, Conuentus eidem nihil ſoluant, ſolumquè habeat prò illo anno, prouentus publicos è locis montium inuiolabilis fidei Romæ, & Sancti Georgij Genuæ, nec non è Reu. Camera Apoſtolica prò canone Farneſiano, & alios, ſi qui fuerint, tales enim prouentus, prò manutentione eiuſdem Patris Vicarij Generalis, & aliorum Congregationis miniſtrorum, atquè etiam prò alijs publicis expenſis, ſufficientes iudicantur. Quod ſi non ſufficerent, taxa *l* proportionaliter ſuper omnes Conuentus diſtributa, per Diffinitorium prouideatur, quæ tamen taxa, non excedat quintam partem omnium collectarum, quas in toto triennio, Pater Vicarius Generalis, à Conuentibus exigere ſolet.

l Argu in cap. aduerſus. 7. de Immunit.

2 In caſu quo Pater Vicarius Generalis ex hac vita migraret, & in eius Spolio, vltrà ea, quæ ad vſum eſſent conceſſa, inuenirentur pecuniæ, ad publicum Congregationis ſpectantes, eedem ad Capſam publicam deuoluantur, ſub libera diſpoſitione Diffinitorij, cætera verò ad Conuentum, ſeù Conuentus, iuxtà diſpoſita ſuprà in Rubrica de Spolijs Fratrum decedentium, pertineant. Et hanc Diffinitionem ad Viſitatores tempore viſitationis, extrà Conuentum ſuæ conuentualitatis decedentes, ſicut & ad ſocium, ac Secretarium Congregationis, & Cõuerſos deſeruientes extendi volumus, & mandamus. Porrò expenſæ infirmitatis ſupradictorum, nempè medicinalium, & aliæ, eorum curam concernentes, ſiuè decedere contingat, ſiuè non, ſicut etiam funeris in caſu mortis, à Conuentu in quo eos infirmari contigerit, faciendæ erunt, cum conueniens ſit, vt Conuentus illi, ad quos beneficium Spolij Defunctorum, quod apud eos inuenitur

ſpe-

Digitized by Google

ſpectat, ſumptibus etiam infirmitatis, & funeris eorumdem ſubiaceant. Quod ſi eueniente caſu mortis alicuius ex prædictis, Spolium apud eum inuentum, prò omnibus iam dictis expenſis non ſufficeret, Conuentus de bonis Defuncti quomodocumque participantes, ſi qui ſint, ad tales expenſas prò rata concurrere teneantur. Si verò nullus ſit huiuſmodi Conuentus, totum quod deeſt, prò eiſdem expenſis reſarciendis, de publico Congregationis ſuppleatur.

3 Nullæ Collectæ à Conuentibus noſtris ſoluantur Viſitatoribus, aut Procuratori Generali, Socio, Secretario, & Conuerſis famulantibus: nihil item tribuatur prò celebratione Capituli Generalis, nec prò Diffinitorio extrà tempus cōgregando, quoties occurrerit, & Diæta iuxtà tempus præfixum celebranda: nihil prò expenſis victus, tam prò Vocalibus ad Capitulum conuenientibus, quam prò eorum equitaturis: nihil prò itineribus, & impreſſione litterarum Patentium: nihil prò expenſis Patris Vicarij Generalis, in Conuentu, vel Conuentibus, in quo, vel quibus extrà viſitationem degere contigerit cum ſua familia, & equitaturis. Nihil deniquè prò litteris recipiendis, aut mittendis, tam prò ſe, quam prò Socio, & Secretario, ac Conuerſo, ſeù Conuerſis, itidem extrà actum viſitationis.

4 Sed omnes Conuentuum collectæ, iuxtà taxam ſingulis præfixam, & prouentus publici, Patri Vicario Generali, vel Collectoribus fortè ab eo deputatis, omni contradictione, & dilatione remota, dumtaxat ſoluantur.

5 Ex collectis autem ſupradictis Conuentuum, atquè ex publicis prouentibus, ipſe Pater Vicarius

Ge-

Digitized by Google

Generalis Diffinitoribus, Viſitatoribus, Procuratori Generali, Socio, Secretario, & Conuerſis deſeruientibus, congrua reſpectiuè ſtipendia tribuat. Rebuſquè inſuper neceſſarijs ad ſuũ munus obeundum, Capitulum, & Diætam celebrandam, cæteraquè de more peragenda, prout regimen Congregationis poſtulat, prouidebit.

6 Taxam extraordinariam ſuper Conuentus, quouis colore, vel prætextu, Pater Vicarius Generalis nullam imponat. [l] Et ſi inopinatus caſus emerſerit, in quo extraordinariæ, prò Congregatione expenſæ, ab eodem, vel de eius mandato, faciendæ ſint, Diffinitorium Capituli Generalis, vel Diætæ, eiſdem expenſis maturè prius conſideratis, & approbatis, taxa [m] ſuper Conuentus impoſita, prouideat, & prouiſio capiatur per vota ſecreta, & prò maiori parte votorum.

7 Prò Diæta celebranda in ſecundo anno, [n] Pater Vicarius Generalis Diffinitorium congregabit, in Conuentu à ſe deſignando, ad quem Diffinitores, Viſitatores, & illi, qui ius habent ingrediendi Diffinitorium, per citatorias prius moniti, accedant, vel accedere poſſint, & in eo Diffinitorio Congregationis negotia expediantur.

8 Deficiente infrà annum Priore alicuius Conuentus, vndè de alio prouideri oporteat, Pater Vicarius Generalis, ſimul cum Viſitatoribus, [o] ſi commodè haberi poſſint, vel in horum defectum, cum duobus, vel tribus ex illis Patribus magis conſpicuis, qui votum habuerunt in Diffinitorio Capituli Generalis proximè celebrati. Et in caſu, quo nec iſti commodè haberi poſſint, cum Socio Congregationis, & duobus, vel tribus alijs Patribus digniori-

l *Arg. in c. peruenit. 1. de exceſſ. Prælat. ca. ſcientes. 3. de cenſibus. c. cum Apoſtolus. 6. §. prohibemus. ca. prohibemus. 7. eo. tit. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de refor.*

m *Arg. in c. aduerſus. 7. de immunitate.*

n *Arg. in c. propter Eccleſiaſt. diſt. 18. c. ſicut olim 25. de accuſationibus.*

o *Arg. in c. ſingulis 7. de ſta. Mo, cap. irrita. 1. cap. nouit. 4. c. quantò. 5. de ijs, quæ fiunt à Prælatis. c. cum in cunctis. 1. c. ex parte. 4. de ijs, quæ fiunt à mai. par. Capit. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 15. de reform.*

Digitized by Google

ribus, quos Pater Vicarius Generalis tunc habere poterit, & præhabita poſtulatione p Conuentus, ſi infrà debitum tempus, q à Conſtitutionibus præfixum poſtulauerit, aliàs ſinè ipſa, per vota ſecreta procedendo, r nouum Priorem inſtituat, ſecundum exigentiam Conuentus huiuſmodi.

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1612. *Cap.* 3.

1 Cum ad aliquem Conuentum viſitandum Pater Vicarius Generalis peruenerit, reuerentér recipiatur, ſ eiquè omnes Fratres illius Conuentus debitam obedientiam præſtent, vt in noſtro Rituali præſcriptum eſt. Viſitatoribus t verò ad Conuentum peruentis, ſono Campanellæ Fratres omnes congregati, debitam obedientiam reddant.

2 Sacerdotes ſenes, qui quinquageſimum Profeſſionis annum expleuerint, à quouis officio per P. Vicarium Generalem eximi poſſunt, & ſpecialiter ad officio Hebdomadarij, dumodò in eo Conuentu alij adſint, qui tale officium exercere poſſint.

§. *Ex Capitulo Romano* 1664. *Cap.* 4.

1 Ad fouendam humilitatem, & obedientiam Regularem; iuſtitiam quoquè diſtributiuam exercendam, & prouidendum laudabili otio, & quieti Religioſorum, decernimus, quod in futurum Fratres noſtri, qui per ſex annos continuos, munus quodcumque iuriſdictionis exercuerint, ſiuè Vicarij Generalis, ſiuè Diffinitoris per electionem, aut Viſitatoris, ſiuè Prioris, à quocumque ex prædictis muneribus per triennium vacare debeant.

2 Prò

p *Arg. in c. Abbas. 2. c. Abbatem. 3. 18. q. 2. ca. nullus. 1. de elect. c. cum dilectus. 8. de conſuetud.*

q *Arg. in c. nè prò defect. 41. de elect. c. poſtquã. 11. diſt. 50. ca. obeuntibus. 35. diſt. 63. c. nulla Eccleſiaſtica. 2. de conceſſ. Praben. ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 16. de reform.*

r *Arg. in c. cũ in cunct. 7. §. Clerici de elect. ca. nè prò defectu. 41. eo. tit. c. fin. de ſupplẽda negligentia Prælat. rũ. ex Conc Trid. ſeſſ. 24 c. 16. de refor.*

✠ *Confirm. per Breue ſpec. Alexan. Papæ VII. ſub datum Romæ die 18. Iulij 1664.*

ſ *Arg. in c. grauem. 15. de exceſſ. Prel. c. quã quam. 6. di. 23. ca. nullus. 5. de iureiur. ex Cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 20. de reg.*

t *Arg in c. charit. 45. 12. q. 2. c. iam nunc. 8. c. fin. 28. q. 1. c. cum ex officij de præſcript. Gloſſ. in verb. ſtatuant. in c. ſicut olim. 25. de accuſat.*

Digitized by Google

2 Prò maiori Dei ſeruitio, beneficio Congregationis, ac illius perfectiori Obſeruantia, alijſquè iuſtis de cauſis inſinuatis, & maturè perpenſis, ſtatuimus, quod in futurum tempus durationis munerum Patris Vicarij Generalis, Diffinitorum per electionem, & Viſitatorum, nec non Priorum ſingulorum Conuentuum, non amplius ad biennium, ſed ad triennium perduret, & Diæta non niſi in ſecundò anno celebrari poſſit. *✠ Confirm. per Breue ſpeciale, vt ſuprà.*

3 Decernimus autem vlterius, quod id quod modo ſtatutum eſt de duratione triennali munerum Patris Vicarij Generalis, & aliorum vt ſuprà, idem obſeruandum ſit, quoad durationem munerum Procuratoris Generalis, Socij Patris Vicarij Generalis, & Secretarij Congregationis, prò tempore exiſtentium. *✠ Confirm. per Breue ſpeciale, vt ſuprà.*

4 Eueniente caſu mortis, ſeù cuiuſcumque alterius legitimi, & canonici impedimenti Patris Vicarij Generalis, prò tempore, quo munus Vicarij Generalis per alium exercendum foret, tunc, ſi dictus caſus accidat, intrà ſex menſes proximos, antè celebrationem Capituli Generalis, gubernium Congregationis deuoluatur ad Patrem Vicarium Generalem proximè abſolutum, ſuperſtitem, ſeù legitimè, & canonicè non impeditum, vſquè ad proximum Capitulum Generale, celebrandum tempore ſuperius ſtatuto, durationis gubernij ad triennium, & in reliquis ad formam Conſtitutionum. Si autem caſus, de quo ſuprà, euenerit antè ſex menſes prædictos, tunc delato gubernio Patri Vicario Generali abſoluto prædicto, procedatur intrà duos menſes, & interim quo citius fieri poterit, ad electionem noui Vicarij Generalis. Et ad huiuſ- *✠ Confirm. per Breue ſpeciale, vt ſuprà.*

modi electionem, opportuno tempore, aduocentur Patres Vicarij Generales abſoluti, quatuor Diffinitores, quatuor Viſitatores, Procurator Generalis, Socius, & Secretarius Congregationis, & his competat ius eligendi (ex eadem tamen Prouincia, de qua fuit defunctus) nouum Vicarium Generalem, aliàs eligibilem, & capacem, & non vacantem, ad formam Diffinitionis ſuprapoſitæ, duraturum vſquè ad Capitulum Generale proximè celebrandum, ſatiſquè erit, ſi ex prædictis nominatis Electoribus, ſaltem duodecim conueniant, & reperiantur in electione prædicta. Si autem in minori numero, quam duodecim, conuenerint, vſquè ad eumdem numerum duodecimum, ab his qui præſentes fuerint, ſubrogentur alij, qui aliàs vocem in proximo Capitulo habituri eſſent.

✠ Confirm. per Breue ſpeciale, vt ſuprà.

5 Decernimus, quod in futurum Patres omnes Vicarij Generales abſoluti, ingredi poſſint Diffinitoria, tam Capituli Generalis, quam Diætæ, & alia etiam extraordinaria, cum voto, vna cum Patribus Vicario Generali prò tempore, ſeù Vicario Generali abſoluto reſpectiuè, quatuor Diffinitoribus, & quatuor Viſitatoribus electis, ſeù ſubrogatis, cum prerogatiua tamen, non ſolum Præcedentiæ reſpectu Diffinitorum, & Viſitatorum prædictorũ, verum etiam Præſidentiæ, in caſibus, in quibus Præſidentia aliàs ſpectaſſet ad primum Diffinitorem. Hoc tamen ordine, & modo, vt inter plures Vicarios Generales abſolutos, illi Præſidentia competat, qui aliàs Præſidentiæ munus non obierit, & inter plures, qui eodem Præſidentiæ munere functi non fuerint, is præferatur, qui antè alios, munus Vicariatus Generalis adimpleuerit. Et ſi omnes

Vica-

Digitized by Google

Vicarij Generales abſoluti, prædicto munere Præſidentiæ, aliquandò functi fuerint, tunc inter illos per circulum, is præſidere debeat, qui prius Vicarij Generalis officium exercuerit, & ſucceſſiuè ij, qui poſteà eodem officio functi fuerint, non concurrente tamen alio, qui munus dictæ Præſidentiæ, numquam impleuerit, qui ſemper præferatur ijs, qui aliquandò prædicto munere Præſidentiæ functi fuerint. Quod Vicarij Generales abſoluti ineligibiles ſint, & incapaces officij Diffinitorum Generalium, & Viſitatorum Generalium, & dumodò ex omnibus, qui, vt ſuprà, ius habent ingrediendi Diffinitorium, nouem præſentes ſint, ſubrogationi vice abſentium, ſeù deficientium locus non ſit.

§. *Ex Capit. Mediolanenſi* 1593. *Vitellianenſi* 1602. *Cremonenſi* 1634. *Caſalenſi* 1661. *&* *Vercellenſi* 1668. *Cap.* 5.

1 Vt Prælati noſtræ Congregationis, magis, ac magis à Fratribus noſtris honorentur, diffinimus, & ordinamus, omnes illos Patres, qui Vicariatus Generalis noſtræ Cōgregationis officio, ſemel, vel pluries functi fuerint, ſemper, & vbiquè præcedere, u debere cæteros omnes, qui tali dignitate nō fuerint decorati, & hoc tam in Diffinitorio, quam extrà illud. Inter plures autem Vicarios Generales abſolutos, ille ſemper præcedat, qui prius Vicariatus Generalis munere functus fuerit.

u *Arg. ex Conſtit. aliàs prò parte. Innocen. Pap. X. prò Clericis miniſtrantibus Infirmis; S. C. Epiſcopor. & Reg.* 19. *Ian.* 1652.

2 Prælati Congregationis præ cæteris honorandi ſunt. Ideò renouantes Diffinitionem aliàs emanatam, decernimus eos Patres, qui ſemel, aut iterum Vicariatus Congregationis officio functi fuerint, cæteris quibuſcumquè Patribus, & Fratribus

Digitized by Google

x *S. C. Epiſc. & Regul. 8. Ian. 1654.* meritò anteponendos, x antiquioreſquè alijs nominandos eſſe, licet forſan Profeſſione minores.

3 Volumus quoquè, vt omnibus, & quibuſcumque Vicarijs Generalibus abſolutis ſigillatim, ſeù cuilibet eorum, per Priorem Conuentus, Conuerſus ipſis benè viſus ad ſeruitium deputetur, qui tamen ſicut cæteri ſub Prioris obedientia viuat. Præ-

y *Innoc. Pap. X. in conſt. ſuprac.* tereà ijdem Patres Vicarij Generales abſoluti, prò libito, & quem voluerint in propria Prouincia Conuentum, ad ibi manendum, & prò ſuo domicilio, de triennio in triennium, eligere y poſſint.

z *Innoc. Pap. X. in Conſtit. vt ſuprà. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. & Arg. in c. ea qua 8. de ſtat. Mo.*

4 Statuimus vlterius Vicarios Generales abſolutos, non niſi à Patre Vicario Generali prò tempore, tam in ciuilibus, quam in criminalibus iudicari poſſe, z ſolumquè à Viſitatoribus in actu viſitationis, ad formam Conſtitutionum, poſſe de ipſis inquiri. &

5 Cum aliquæ fiant expenſæ à Patribus Viceſgerentibus, tum in receptione, tum in miſſione litterarum, tum etiam in acceſſu ad Diætas, & Capitula, præſertim cum alicuius Conuentus Priores non ſunt, nec congruum ſit vnicum tantum Conuentum grauari; ideo mandamus, vt omnes Conuentus, quibus aliquis Viceſgerens præeſt, prò rata parte, concurrere debeant ad iam dictas, & alias ſimiles expenſas, ab ipſo, vt præfertur, faciendas. Huiuſmodi autem expenſarum, fidelem notulam, tenebitur quilibet Viceſgerens, Patri Vicario Generali, aut Diffinitorio exhibere, vt ab eis taxa fiat proportionaliter, ſuper omnes ſuæ Viceſgerentiæ Conuentus.

De

Digitized by Google

De Capitulo Generali celebrando.
Rub. 29.

§. *Ex Capitulo Romano* 1680. *Cap.* 1.

1 TOto conatu innitendum eſt, vt in noſtra Congregatione, & in Capitulis Generalibus Pax, & tranquilitas iugiter vigeant, & conſeruentur, quod ſanè eueniet, ſi principaliora Officia, ſecundum Iuſtitiam æqua lance [a] diſtribuantur. Quapropter ſtatuimus, atquè mandamus, in noſtra Congregatione, quinque Prouincias fieri, atquè conſtitui, prout hac præſenti Diffinitione eas facimus, & conſtituimus. Nempè Pedemontanam, in qua infraſcriptos Conuentus contineri volumus, ſcilicet, Conuentum S. Auguſtini Taurini: S. Auguſtini Sauiliani: S. Mariæ Gratiarum Cariniani: S. Auguſtini Cherij: S. Mariæ Gratiarum Auilianæ: S. Bernardi Vercellarum: S. Petri Bugellæ: S. Auguſtini Hipporediæ: S. Mariæ Gratiarum Ciriaci: S. Nicolai Clauaſij: S. Auguſtini Cabalarij maioris: S. Auguſtini Salutiarum: S. Mariæ Gratiarum Bargiarum: S. Mariæ Conſolationis S. Germani: S. Mariæ de Angelis Caburij: S. Mariæ Gratiarum Aſtæ: S. Mariæ de Populo Claraſci: S. Stephani Villæfranchæ: S. Mariæ Gratiarum Clementiſſimæ Liburni: S. Mariæ Conſolationis Ripæ: S. Auguſtini Foſſani. Venetam, infraſcriptos Conuentus continentem, ſcilicet, Conuentum S. Auguſtini Cremæ: S. Auguſtini Bergomi: S. Barnabæ Brixiæ: S. Mariæ Annunciatæ Eremi: S. Catharinæ Baſſani: S. Mariæ Miſericordiarum Rumani: S. Mariæ Conſolationis Leminis:

S. Ma-

a *Arg. in c. Abbate de verborum ſignificat.*

S. Mariæ Miſericordiarum Pontiſuici : S. Nicolai Nimbri : S. Crucis Aſulæ : S. Mariæ ad Niues Piſonearum . Romanam, continentẽ infraſcriptos Conuentus, ſcilicet, Conuentum S. Mariæ de Populo Romæ : S. Nicolai Tolentini: S. Auguſtini Ciuitatis Caſtelli : S. Mariæ Miſericordiarum Bononiæ : S. Andreæ Ferrariæ : S. Auguſtini Foroliuij : S. Auguſtini Imolæ : S. Ioannis Euangeliſtæ Fauentiæ : S. Mariæ de Horto Viletrarum : S. Martini Maſſæ Ferrariæ: S. Mariæ de Fonte Maceratæ : S. *Blaſij* Bononiæ : S. Priſcæ Romæ . Mediolanenſem, infraſcriptos Conuentus continentem, ſcilicet, Conuentum S. Mariæ Coronatæ Mediolani : S. Auguſtini Comi : S. Auguſtini Cremonæ : S. Mariæ Gratiarum Derthonæ : S. Pauli Papiæ : S. Martini Alexandriæ : S. Mariæ Gratiarum Grabedonæ : S. Mariæ Gratiarũ Soroxinæ : S. Nicolai Nouariæ : S. Mariæ ad Paſcua Rhaudæ : S. Agnetis Laudæ : S. Mariæ Gratiarum Enzagi : S. Geneſij in Monte Briantiæ : S. Mariæ Miſericordiarum Caſtri Leonis . Et Ducalem, in qua infraſcripti Conuentus contineantur, ſcilicet, Conuentus S. Mariæ de Cella Genuæ : S. Mariæ de Populo ad S. Gallum Florentiæ : S. Nicolai Vitellianæ : S. Agnetis Mantuæ : S. Auguſtini Sauonæ : S. Auguſtini Lucæ : S. Auguſtini Mutinæ : S. Mariæ Annunciatæ Spilamberti : S. Mariæ Annunciatæ Pontremuli : S. Crucis Caſalis : S. Mariæ de Angelis Vigolzoni : S. Auguſtini Regij : S. Mariæ Annunciatæ Luzzariæ : S. Mariæ Annunciatæ Bozuli : S. Iacobi in Carignano Genuæ : S. Mariæ Berceti : S. Mariæ Viſitationis Maſſæ Ducalis : S. Mariæ Maſonis : SS. Firmi, & Caroli Pomponiſci .

2 Statuimus prætereà, atquè mandamus, quod in electione P. Vicarij Generalis, inter Prouincias ſeruetur Alternatiua, [b] eo modo, & ordine, quo iam feliciter introducta eſt in noſtra Congregatione; ità vt à prima ad vltimã, eligatur ex ſingulis Prouincijs, & poſtquã ex omnibus fuerit electus, iterum eligatur ex prima, & ſic ſucceſſiuè, ordine electionis, qui inter Prouincias iam diſpoſitus eſt, perpetuis futuris temporibus, ſemper, & immutabiliter ſeruato.

b *Arg. in cap. Abbate. de verbor. ſignif. ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. capit. 1. de reform. Paulus Papa V. Conſt. 33. §. 21. prò Caſſinenſibus.*

3 Statuimus inſuper, atquè mandamus, quod ex Prouincia, ex qua Pater Vicarius Generalis fuerit electus, nemo in Procuratorem Generalem, Socium Patris Vicarij Generalis, Diffinitorem, Viſitatorem, vel Secretarium Congregationis aſſumi poſſit.

4 Porrò electio Procuratoris Generalis ſemper fiat ex Prouincia, quæ in triennio ſequenti Patrem Vicarium Generalem habere debet. Similiter electio Socij Patris Vicarij Generalis, fiat ſemper ex Prouincia, ex qua in Capitulo immediatè ſequenti, Procurator Generalis eſt eligendus. Et Secretarius Congregationis ſemper aſſumatur eſt Prouincia; quæ ſucceſſiuè Socium Patris Vicarij Generalis habitura eſt.

5 Volumus pariter, quod vnaqueque Prouincia, ea excepta, quæ Patrem Vicarium Generalem habebit, in ſingulis Capitulis, vnum Diffinitorem, & vnum Viſitatorem habeat. Cæterum omnes Conuentuum Priores, à Capitulo Conuentuali iuxtà formam in noſtris Conſtitutionibus præſcriptam, poſtulentur, & à Diffinitorio eligantur, quantum fieri poteſt ex Prouincia, in qua huiuſmodi Conuentus reperiuntur.

6 Si

Digitized by Google

6 Si contingat Patrem Vicarium Generalem, Procuratorem Generalem, Socium Patris Vicarij Generalis, Diffinitorem, vel Viſitatorem aliquem, aut Secretarium Congregationis, ſeù Priorem alicuius Conuentus, non peracto ſuo officio decedere, vel legitimè, & canonicè impeditum fore, tunc alius eiuſdem Prouinciæ reſpectiuè, cuius erat defunctus, vel legitimè, & canonicè impeditus, iuxtà formam in noſtris Conſtitutionibus, & Diffinitionibus conſtitutam, in eius locum vſquè ad proximum futurum Capitulum Generale ſubrogetur.

7 In vniuerſum ſtatuimus quaſcumque electiones, contrà ea, quæ in hoc capite vſquè modo præſcripta ſunt, & præſertim quoad Alternatiuam inter Prouincias, quam in perpetuum inconcuſſam, & ſtabilem in Congregatione noſtra ſeruari volumus, & permanere, nullas, irritas, & inanes omninò eſſe, ac nullius roboris, vel momenti, perindè, ac ſi factæ non fuiſſent, cenſeri debere.

8 Locus Capituli Generalis, per vota ſecreta à Diffinitorio Capituli Generalis antecedentis determinatus, [c] publicetur à Patre Vicario Generali per totum menſem Decembris, immediatè antecedentem idem Capitulum Generale, & citatoriæ mittantur ad quemlibet Priorem noſtrorum Conuentuum, & ad quoslibet vocales, [d] vt nemo ignorantiam allegare poſſit, aut agere de contemptu.

9 Deputentur à Patre Vicario Generali quinquè Cathedrantes, ex peritioribus Lectoribus, ſpeculatiuas ſcientias actu legentibus, & totidem Concionatores (præter Socium Patris Vicarij Generalis, qui de more ſermonem de nouo ſubrogando [e] Vicario Generali eſt habiturus) qui Cathedrantes, & Con-

c Arg. in ca. in ſingulis 7. ver. prouiſio de ſta. Mo S. C. Epiſc. 1647. 13. Septembris prò Religione minimorum. 1653. 30. Martij prò Religione S. Hieronymi Feſular.

d *Arg. in c. Bona. 23. c quod ſicut. 28. c. coram dilecto. 35. de elect. c quis quis. 1. 4. q. 1.*

e *Arg. in c. dilectiſſimi. 2. ca. quatuor modis. 78. 11. q. 3.*

Digitized by Google

& Concionatores, Cathedram, & Suggeſtum reſpectiuè aſcendere debeant, & per quatuor menſes antè moneantur à Patre Vicario Generali, vt opportunius ad huiuſmodi opus ſe præparare poſſint.

10 Deputentur etiam ab eodem Patre Vicario Generali duo Sacræ Theologiæ Lectores, ratione Lecturæ priuilegiati, qui Concluſionibus in Capitulo publicè defendendis, aſſiſtant.

11 In Priorem Conuentus S. Mariæ de Populo Vrbis ſemper deputetur à Diffinitorio Capituli Generalis Pater Vicarius Generalis nuper abſolutus. Quod ſi is, quacumque ex cauſa, tale onus aſſumere recuſauerit, tunc aliquis, qui ſit Lector, & magis idoneus iudicetur, ex Prouincia Romana, excluſis quibuſcumque alijs, cęterarũ Prouinciarum, in Priorem dicti Conuentus eligatur, quod etiam ſeruari volumus, ſi aliquo caſu infrà triennium, huiuſmodi Prioratum vacare contigerit. Iuſtum enim eſt, vt iam dictus Conuentus, vtpotè de Prouincia Romana, quantum fieri poteſt, cum cæteris eiuſdem Prouinciæ Conuentibus, in honoribus, & oneribus connumeretur, & computetur.

12 Perualdè neceſſarium iudicamus, Patrem Vicarium Generalem abſolutum, & Viſitatores triennij, immediatè præteriti, debere referre f Diffinitorio, quæ in Conuentuum viſitatione repererint corrigenda. Proptereà ſtatuimus, vt antè Priorum electionem, & familiarum, inſtitutionem, ijdem Diffinitorio apertè ſignificent, g quæ inuenerint, vt ad gubernium, & de familia meliores, & aptiores ſingulis Conuentibus præficiantur, & in eis reſpectiuè collocentur.

f *Arg. in ca. ea qua 8. de ſtat. Mo. cap. ſicut olim 25. de accuſat.*

g *Argu. in iuribus ſupraſcriptis.*

Digitized by Google

§. *Ex Capitulo Mediolanenſi* 1589. *Caſalenſi* 1661. *Romano* 1664. *& alio Romano* 1680. *Cap.* 2.

✠ Confirm. per Breue ſpeciale Alex. Pap. VII. ſub datum Romæ die 18. Iulij 1664.

1 Statuimus, quod in futurum ad Capitulum Generale Congregationis cum voto conuenire debeant tantum, Pater Vicarius Generalis actualis, Patres Vicarij Generales abſoluti, quatuor Diffinitores, quatuor Viſitatores, Procurator Generalis, Socius Patris Vicarij Generalis, Secretarius Congregationis, licet aliàs in Capitulo Generali vocem non haberet, Priores omnes ſingulorum noſtræ Congregationis Conuentuum, & denum omnes illi, qui iuxtà ea, quæ ſuprà Rub. 14. Cap. 1. num. 2. determinata ſunt, vocem in Capitulo Generali obtinuerint, alijs quibuſcumque omninò excluſis.

2 Nemo ex vocalibus ad Capitulum Generale profecturis, ſecum Seruitorem conducat, exceptis Patribus Vicarijs Generalibus abſolutis, Viſitatoribus, Priore Conuentus S. Mariæ de Populo Vrbis, & Procuratore Generali Congregationis, ſub pœnis arbitrio Patris Vicarij Generalis infligendis.

3 Duo Fratres, vel plures in primo, aut ſecundo gradu conſanguinei, ſeù affines nullatenus ſimul in eodem Capitulo Generali vocem actiuam, aut paſſiuam habere poſſint, quod etiam in Capitulo Conuentuali volumus obſeruari, iuxtà Conſtitutionem Innocentij Papæ X. incipientem: *Iniuncti nobis, &c.* Et multò minus Diffinitorium ſimul ingredi valeant. In concurſu autem plurium Conſanguineorum, ille cum voto ad Capitulum Generale accedat, qui ratione officij, non verò priuilegij vocem habere debet.

4 Prò

Digitized by Google

4 Prò expenſis Capituli Generalis celebrandi deſtinantur Scuta quingenta [h] monetę Romanæ de exactis in triennio per Patrem Vicariũ Generalem à Conuentibus prò conſuetis Collectis, & ex alijs publicis redditibus Congregationis, expendenda per Miniſtros ab eodem Patre Vicario Generali deputandos. Incipient autem publicæ expenſæ [i] tam prò Vocalibus, quam prò alijs ad Capitulum vocatis, & eorum Equitaturis, ſi quas fortè habuerint, feria quarta poſt Dominicam ſecundam poſt Paſcha incluſiuè, & finientur feria quinta poſt Dominicam tertiam ſubſequentem pariter incluſiuè, quo tempore Capitulum ſoluetur.

5 Nihil in Conſtitutionibus, aut Diffinitionibus noſtris contentum, per nouas impoſterum Diffinitiones repetatur. Et ſi aliquid, quod non fuerit præuiſum, aut Fratrum moribus, aut temporum mutationibus inſpectis, nouiter ſtatuendum occurrerit, volumus, quod ſtatuatur, [k] & diffiniatur, & quod fuerit diffinitum, antequam Capitulum diſſoluatur publicetur. [l] Sed Diffinitiones huiuſmodi, niſi ter per diſtincta Diffinitoria Capituli Generalis fuerint approbatæ, non imprimantur, nec vim legis obtineant, ſed ſolum particularis ordinationis, interim tamen obſeruentur, [m] & in libro Congregationis conſcribantur.

h *Arg. in c. in ſingulis. 7. §. & qui conueniunt. de ſta. Mo.*

i *Arg. in c. in ſingulis. 7. §. huiuſmodi verò. de ſta. Mo.*

k *Arg. in c. in ſingulis. 7. §. huiuſmodi verò. de ſta. Mo. ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de reform.*

l *Argu. ex eod. Conc. Trid. vt ſuprà.*

m *Arg. in c. canonũ. de conſtit. c. ſicut olim. 25. de accuſat. c. ſi Romanorum. 1. diſt. 19. c. enim verò. 4. ea. c. ſi quis omnem. 2. 1. q. 7. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. ſeſſ. 25. c. 2. de refor. ſeſſ. 25. c. 22. de regul.*

Finis Diffinitionum Recentiorum.

Digitized by Google

Vigore Decreti, nuper à Diffinitorio Capituli Generalis noſtræ Congregationis, Bononiæ celebrati in Conuentu S. Mariæ Miſericordiarum, ſub die 23. Aprilis 1698. emanati, præſentes Conſtitutiones, & Diffinitiones, tum antiquæ, tum recentiores diligenter reuiſæ fuerunt, & approbatæ ab infraſcriptis Patribus, in præaſſerto Decreto à Diffinitorio ſelectis, & deputatis, eaſq; cenſuere dignas, vt typis demandentur. In cuius rei fidem, omnes manu propria ſe ſubſcripſerunt. Bononiæ in Conuentu S. Blaſij die 26. Decemb. 1698.

Fr. Fulgentius Manaſſerus de Taurino Vicarius Generalis, & deputatus, vt ſuprà.

Fr. Laurus Felix Ferrettus de Ferraria Exvicarius Generalis, & deputatus, vt ſuprà.

Fr. Antonius Berti de Imola Exvicarius Generalis, & deputatus, vt ſuprà.

Fr. Eugenius Stiaticus à Bononia Socius Congregationis, & deputatus, vt ſuprà.

Fr. Ioſeph Auguſtinus Celuarius ab Alexandria Congregationis Secretarius, & deputatus, vt ſuprà.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

INDEX

Rubricarum Diffinitionum Recentiorum.

DE Officio Diuino. Rubrica 1. pag. 325.
De Miſſis celebrandis. Rub. 2. 327.
De Moribus, & Modeſtia Fratrum. Rub. 3. 329.
De Clauſura. Rub. 4. 337.
De Apoſtatis, & Inquiſitis. Rub. 5. 339.
De Carceribus, & Carceratis. Rub. 6. 340.
De Infirmis. Rub. 7. 341.
De Spolijs Fratrum. Rub. 8. 342.
De Commiſſis, & Conuerſis. Rub. 9. 345.
De Nouitijs, & Nouitiatibus, Profeſſis, & Profeſſorijs. Rub. 10. 348.
De obſeruantia Vitæ communis. Rub. 11. 357.
De Clericis. Rub. 12. 366.
De Studijs, & Studentibus. Rub. 13. 367.
De Lectoribus. Rub. 14. 374.
De Prædicatoribus. Rub. 15. 377.
De Confeſſarijs Sæcularium. Rub. 16. 380.
De Bibliotheca, & Archiuio. Rub. 17. 382.
De Officio Sacriſtæ. Rub. 18. 385.
De Procuratore. Rub. 19. 390.

Digitized by Google

De Exactore. Rub. 20. 392.
De Depoſitarijs. Rub. 21. 393.
De Syndicis. Rub. 22. 394.
De Vicario Conuentus. Rub. 23. 397.
De Prioribus. Rub. 24. 398.
De Conſilio. Rub. 25. 410.
De Diffinitoribus, & Viſitatoribus Generalibus. Rubrica 26. 411.
De Procuratore Generali, Socio, & Secretario Congregationis. Rub. 27. 417.
De Vicario Generali. Rub. 28. 419.
De Capitulo Generali celebrando. Rub. 29. 429.

IN-

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS

RERVM OMNIVM NOTABILIVM,

Quæ tam in Regula, quam in Conſtitutionibus, ac Diffinitionibus antiquis, & recentioribus continentur.

A

ABSOLVTIO.

PRioris in alienum Subditum, vel ſubditi Sacerdotis, abſquè licentia Superioris illius prohibetur, & ſub qua pœna. Conſtit. cap. 8. num. 2. pag. 121.
Extra mortis articulum dari prohibetur à cenſuris, vel ſententijs in Conſtitutionibus, aut Diffinitionibus noſtris contentis, vel à Diffinitorio, aut a Vicario Generali, vel Viſitatoribus latis, abſque ipſius Diffinitorij, aut Vicarij Generalis licentia ſpeciali. Conſtit. cap. 37. num. 5. 268.
Abſoluentes ab aliquo ex caſibus reſeruatis, abſquè Prioris licentia ſpeciali, excommunicantur. Conſtit. cap. 8. num. 6. pag. 123.
Quomodò petita, & non obtenta facultate à Priore, poſſit quis abſolui à reſeruatis. Ibid. Prior tamen in illa concedenda, nō ſit difficilis, nec illam poſtulantibus omninò neget. Ibid. Socium Criminis abſoluere prohibitum. Ibid.
Prior ab excommunicatione, ex leui iniectione manuum Subditorum ſuorum proueniente, abſoluere poteſt. Conſtit. cap. 29. num. 1. 199.
Vicarius Generalis à quibus Subditos ſuos abſoluere poſſit. Conſtit. cap. 31. num. 1. 248.

ABSOLVTIO GENERALIS.

Dari debet à Prioribus poſt Matutinum, in omnibus diebus Communionis Generalis. Conſtit. cap. 10. num. 2. 128.
Datur in fine Capituli Generalis à Patre Vicario Generali, aut à Patre Præſidente, de ipſius commiſſione, & auctoritate. Conſtit. cap. 30. num. 74. 243.

ACCVSATIO.

Accuſare nullus debet alium ex ſola ſuſpicione, vel ſi probare non poteſt. Conſtit. cap. 4. num. 4. 114.
Contrafaciens quam pœnam incurrat. Ibid.
In culpis audiendis, Socius, vel particeps criminis aliquem accuſans, etiam cum iuramento, non admittitur. Ibid. num. 5.
Accuſans, qui ſit Socius criminis, quomodò puniatur. Ibid.
Accuſatus à Socio, vel participe criminis; qua ratione debeat puniri, vel abſolui. Ibid.
Accuſatus de crimine occulto, ſi confiteatur, quomodò puniatur. Si autem negauerit, quid faciendum. Conſtit. cap. 32. num. 7. 255.
Accuſans aliquem de falſo crimine, quibus pœnis puniatur. Conſtit. cap. 37. num. 2. 267.

ADVLTERIVM.

Si quis in adulterio deprehenſus fuerit, vel conuictus, qualiter puniatur. Conſtit. cap. 36. num. 8. 265.

ÆDIFICIA.

Antiqua Ædificia, aut aliàs facta, vel incœpta deſtruere, vel mutare, aut noua erigere, ſinè ſpeciali Patris Vicarij Generalis licentia, aut Viſitatorum tempore viſitationis, non licet. Conſtit. cap. 2. num. 7. 108.
Contrafacientes, quam pœnam incurrant. Ibid.
Diff. recen. Rub. 24. cap. 8. num. 1. 408.
In ædificatione Eccleſiarum, domorum, ac Clauſtrorum Congregationis noſtræ in principio, quid faciendum. Ibid. n. 6.

ALIENATIO.

Bonorum prohibetur, & ſub qua pœna. Conſtit. cap. 34. nu. 2. pag. 261.
Alienantes libros, vel alias res, ſeu alia mobilia pretioſa Eccleſiæ, & Conuentus, quam pœnam incurrant. Ibid.
Niſi hoc fiat de licentia, &c. Ibid.

Rem vllam recipere, dare, vendere, emere, ſiuè alienare, vel impignorare, nulli licet, ſinè licentia ſui Prioris. Conſt. cap. 38. num. 1. 269.
Si quis contrafecerit, quam pœnam incurrat. Ibid.

ALTERNATIVA.

In Electione Patris Vicarij Generalis inter Prouincias ſeruetur alternatiua. Diff. recen. Rub. 29. cap. 1. num. 2. 431.
Sicut etiam in alijs electionibus aliorum Officialium Congregationis. Ibid. num. 3. & ſeqq.

AMBASCIATA.

Ambaſciatam nullus aſſumat, ſinè ſpeciali licentia, &c. Conſtit. cap. 20. num. 3. 173.

AMBITVS.

Ambientes quibus pœnis plectantur. Diff. antiq. Rub. 6. cap. 3. num. 1. 293.
Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. num. 8. 334.

AMICTVS.

Fratres celebraturi vadant ad Altare capite amictu cooperto. Diff. antiq. Rub. 1. cap. 4. num. 1. 286.

AMOR.

Dei, & Proximi ſuper omnia commendatur. Regula cap. 1. 7.

ANNIVERSARIVM.

Tria fiant in anno à Fratribus noſtris, & quibus temporibus. Conſtit. cap. 6. num. 6. 118.

ANNVLVS.

Annuli aurei, & argentei prohibentur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 1. num. 7. 330.

APPELLATIO.

A correctione iura nulli indulgent appellare. Conſt. cap. 4. n. 3. 113.
Si quis à proceſſibus, viſitationibus, aut correctionibus Superiorum noſtræ Congregationis indebitè appellauerit, quam pœnam incurrat. Conſtit. cap. 32. num. 4. 254.

APOSTATA.

Apoſtatæ à Superioribus perquirantur, & incarcerentur. Diff. recen. Rub. 5. cap. 1. num. 1. 339.
Sua ſponte reuertentes mitius tractentur. Ibid.
Vltimum locum teneant, & voce careant in perpetuum. Ibid. n. 2.
Niſi per quatuor Diffinitoria cum eis fuerit Miſericorditer diſpenſatum. Ibid.
Apoſtatæ excommunicantur. Conſtit. cap. 39. num. 1. 270.

Apoſtatæ quomodò recipiantur, & de ipſis diſponatur. Ibid. num. 4. 271.

APOSTASIA.

Simplex quid ſit. Conſtit. cap. 39. num. 3. 271.
Si quis apoſtaſia ſimplici à Congregatione receſſerit, ſpontè rediens, quomodò recipiatur, & abſoluatur. Ibid. Si verò redire noluerit, & commodè capi poſſit, quomodò puniatur. Ibid.
Si quis perpetrato aliquo delicto, apoſtatauerit, rediens quomodò recipiatur, & puniatur. Ibid. num. 2.

AQVA BENEDICTA.

Se aſpergant Fratres antequam Chorum ingrediantur. Conſtit. cap. 1. num. 1. 104.

ARBORES NON CÆDVÆ.

Incidi prohibentur ſinè licentia Patris Vicarij Generalis, aut Viceſgerentium, vel Viſitatorũ. Diff. recen. Rub. 24. cap. 8. n. 1. 408.
Huiuſmodi licentia qualiter concedatur. Ibid. Contrafacientes Priores, & alij, quas pœnas incurrant. Ibid.

ARCHIVIVM.

Archiuia generalia noſtræ Congregationis vbi debeant inſtitui. Diff. recen. Rub. 17. cap. 1. num. 6. 383.
Quænam ſcripturæ debeant in eis reponi. Ibid. Eorum claues apud quos debeant manere. Ibid.
In vnoquoque Conuentu ſit pariter Archiuium, in quo ſcripturæ omnes illius Conuentus reponantur. Ibid. num. 7. 384.
Claues illius apud quos eſſe debeant. Ibid. Scripturæ non extrahantur ſinè neceſſitate, & cauſa. Ibid. num. 8.
Quomodò conſignentur. Ibid. Ad arbitrium Prioris ſæpè viſitetur Archiuium. Ibid. num. 9.
In omni Archiuio ſit index omnium ſcripturarum, quæ ibi ſunt. Ibid. num. 10. 385.
Scripturas occultantes, vel ſcientes ab aliquo occultari, & non reuelantes, quam pœnam incurrant. Ibid. num. 11.

ARMA.

Si quis Frater inuentus fuerit portare, vel tenere arma, qua pœna plectatur. Conſtit. cap. 36. num. 1. 263.
Cuiuſcumque generis prohibentur, & ſub qua pœna. Diff. recen. Rub. 3. cap. 4. num. 7. 336.
Similiter in Priores permittentes. Ibid.
In Statu Mediolanenſi ſeruetur prohibitio Summorum Pontificum de non retinendis armis. Ibid. num. 8.

Digitized by Google

Cultros ordinariæ menſuræ vulgò (*da Tauola*) apud ſe non reti. neāt Fratres, ſed Cellario relinquant cuſtodiēdos. Ibid. n. 9. 337.
Scalpra libraria non prohibentur. Ibid. Cultri tamen extraordinariæ menſuræ prohibentur, & ſub quibus pœnis. Ibid. num. 11.

ARS.

Medicinæ, & Chirurgiæ Fratribus nostris interdicitur. Conſtit. cap. 2. num. 5. 107.
Niſi habeant licentiam Patris Vicarij Generalis, & Diffinitorij noſtræ Congregationis in tali arte conſulendi. Ibid. Ad inciſionem tamen, ſeù aduſtionem, talis licentia non ſe extendat. Ibid.

AVDIENTIA.

Quomodò à Diffinitorio præſtanda. Conſtit. cap. 30. nu. 55. 233.

B

BACALAVREATVS.

Bacalaureatus gradum, nullus ex noſtris Fratribus recipere audeat. Diff. antiq. Rub. 13. cap. 1. num. 3. 309.
Contrafacientes quas pœnas incurrant. Ibid.

BALNEA.

Non prohibentur Fratribus. Reg. cap. 10. 14.
Quomodò ad ea ire debeant. Ibid.
Ad Balnea, vel Stuffas, quæ ſint extrà locum Congregationis, ire probitum, abſquè licentia Patris Vicarij Generalis in ſcriptis habita, & ſub qua pœna. Conſtit. cap. 13. num. 6. 135.
Et de conſilio Medicorum. Ibid.

BANCALIA.

Priores in quouis Conuentu Armaria lignea, ſeù Bancalia fieri curent, & prò quo vſu. Diff. recen. Rub. 24. cap. 5. num. 2. 405.

BANNITI.

Contumaces, & maximè Banniti, intrà ſepta Monaſteriorum non recipiantur. Diff. recen. Rub. 4. cap. 1. num. 7. 338.
Priores recipientes, quam pœnam incurrant. Ibid. Similiter Fratres retinentes. Ibid.

BARBA.

Barbam nutrire, aut deferre, diſtrictè prohibetur noſtris Fratribus Conſt. cap. 25. num. 3. 188.
Cuiuſuis gradus, & conditionis exiſtant. Ibid.

BENEDICTIO.

Fratres extrà Conuentum euntes, genibus flexis, benedictionem accipiant à Priore. Conſt, cap. 20. num. 1. 173.

Similiter cum redierint idem faciant. Ibid.
Quomodò Fratres ad Benedictionem menſæ procedant. Conſtit. cap. 21. num. 1. 176.
Benedicite dicere in menſa cui liceat. Conſtit. cap. 11. nu. 8. 132.
Benedictionem dare ei, qui ſermonẽ in Capitulo facturus eſt, quis debeat. Conſtit. cap. 3. num. 2. 109.
In fine Capituli Generalis, quis Fratribus benedicat. Conſtit. cap. 30. num. 81. 245.

BENEFACTORES.

Benefactores eleemoſynarum notabilium coram Fratribus in Capitulo Conuentus aperiendi, nominandi, & prò ipſis orandum. Conſtit. cap. 27. num. 6. 192.
In Capitulo Generali, Benefactores defuncti quomodò recommendentur. Conſt. cap. 30. num. 10. & 11. 211.
Benefactores viui, quomodò recommendentur in eodem Capitulo. Ibid. num. 63. & ſeqq. 239.

BIBERE.

Bibendi in communi Refectorio licentiam, qualiter cõcedere debeat Prior. Diff. antiq. Rub. 7. cap. 1. num. 4. 295.
Vbi ſunt noſtri Conuentus, in domibus Sæcularium, nullus comedere audeat, aut bibere. Ibid. cap. 2. num. 1. 296.
Contrafacientes quomodò puniantur. Ibid.

BIBLIOTHECA.

Prò poſſe ſtudeat Prior quilibet, habere in ſuo Conuentu Bibliothecam, libris ſufficienter inſtructam. Conſt. cap. 34. n. 1. 260.
In omnibus Conuentibus noſtris, præcipuè vbi viget ſtudium, ſit Bibliotheca. Diff. recen. Rub. 17. cap. 1. num. 1. 382.
Bibliothecarius quomodò eligatur, & quodnam ſit eius officium. Ibid. num. 2.
Libri Bibliothecæ quomodò ipſi conſignentur. Ibid. num. 3.
Libri Bibliothecæ non vendantur, & ſub qua pœna. Ibid. n. 4. 383.
Niſi ſint duplicati. Ibid. Duplicati quomodò vendantur. Ibid.
Libri, qui ſunt extrà Bibliothecam, quamprimum reportentur, nec indè amplius extrahantur. Ibid. num. 5.
Fratres renuentes, vel facientes libros ſuos, qui ſunt Bibliothecæ, ad reſtituendum compellantur, & quomodò puniantur. Ibid.

BIRETVM.

More Secularium, vel Clericorum, aut cuiuſuis alterius formę, nullus omninò deferre præſumat, cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtat. Conſt. cap. 23. num. 12. 183.

BLAN-

Digitized by Google

BLANCHETTA.

Habeant Fratres blanchettam vnam prò hyeme, ex panno vſquè ad mediam coxam. Conſt. cap.23. num.2. 180.

BONA.

Nullus ex Prioribus bonorum ſui Conuentus adminiſtrationem, per ſe ipſum habeat, aut exerceat. Diff. recen. Rub. 24. cap. 3. num.1. 403.
Contrafacientes quam pœnam incurrant. Ibid.

Bona à parentibus, vel affinibus, aut alijs quibuſcumque donata, vel legata, aut quæ ipſi Fratres ſibi in teſtamento reſeruauerint, ſiuè pro ſemel, ſiuè pluries, vel annuatim exigenda, ad quemcumque vſum apud ſe non retineant, nequè abſquè ſpeciali licentia ſui Prioris eiſdem vtantur. Diff. antiq. Rub. 8. cap.3. num.1. 298.
Contrafacientes quas pœnas incurrant. Ibid. Nec vlla generalis licentia, prò huiuſmodi caſibus detur, aut data valeat. Ibid.
Pia tamen, & laudabilis diſcretio, quomodò in talibus caſibus à Superioribus obſeruetur. Ibid.

Bona Fratris decedentis in alio, quam ſibi aſſignato Conuentu, ſcilicet pecuniæ, & aliæ res, ſi quæ apud eum repertæ fuerint cuius ſint. Conſtit. cap.13. num.7. 135.

Bona Fratrum decedentium in cuius vtilitatem conuertantur. Diff. recen. Rub.8. cap.1. num.1. 342.

Bona mobilia Fratrum decedentium, quibus Conuentibus remaneant. Ibid. num. 3.

Bona, quæ extrà Conuentus noſtros inuenta fuerint, quibus Conuentibus obueniant. Ibid. num. 4. 343.

Bona à Fratribus implicata, vel acquiſita ad fauorem alicuius Conuentus, cuius ſint, ſeù eſſe debeant. Ibid. num.5.

Bona Immobilia iure hæreditario, vel ex Teſtamento, legato, aut donatione, alicui Fratri obuenientia, cuius Cõuentus ſint. Ibid.

De bonis Fratrum decedentium, antequam in vtilitatem Cõuentus conuertantur, quid fiat. Ibid. num. 6.

Quis modus ſeruandus, antequam bona Fratrum Defunctorum in vtilitatem Conuentus implicentur. Ibid. nu. 8. 344.
Quas pœnas incurrant non ſeruantes. Ibid.

Si bona Fratrum Defunctorum debeant vendi, quomodò hoc fieri debeat. Ibid. num. 13.

Bona omnia vendita vbi ſcribantur. Ibid. num.10. 345.

Si quis in his inuẽtus fuerit fraudolẽtus, quas pœnas incurrat. Ibid.

Digitized by Google

BVLLÆ, ET BREVIA.

Qui Bullas, & Bruia deſtruere, falſificare, occultare, vel alienare præſumpſerit, quā pœnam incurrat. Conſtit. cap. 35. n. 3. 262.

BVRSÆ.

Burſæ, & cultelli deaurati, &c. prohibētur. Conſt. cap. 23. n. 12. 183.

C

CALCEAMENTA, ſeù CALCEI.

Ipſis nō vtantur Fratres, niſi de corio nigro. Cōſt. cap. 23. n. 11. 182.
Cuius formæ, & altitudinis eſſe debeant. Ibid. Quibus ligaturis ligentur. Ibid.

Quinam calcei prohibeantur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 1. n. 5. 330.

CALIGÆ.

Caligas non habeant Fratres alterius coloris, quam albi. Conſtit. cap. 23. num. 8. 181.

Nec longas, more Sæcularium, ſed ad genua ligatas deferant. Ibid.

CAMISIA.

Quot camiſiæ vnicuique Fratri ſufficere debeant, & cuius materiæ ſint. Conſtit. cap. 23. num. 2. 180.
Cum camiſia, & ſcapulari dormiant Fratres. Ibid.

CANCELLARII.

Diffinitorij in Capitulo Generali quot eligantur. Conſtit. cap. 30. num. 54. 233.
Quas qualitates habeant. Ibid. Quodnā ſit eorum officiū. Ibid.

CANTVS.

Cantare non debent Fratres, niſi quod legunt eſſe cantandnm. Reg. cap. 4. 9.

In Eccleſijs noſtris Fratres non cantent, niſi cantum firmum. Diff. antiq. Rub. 1. cap. 2. num. 1. 283.
Contrafacientes quam pœnam incurrant. Ibid.

Cantum doceat Nouitios Magiſter Nouitiorum. Conſtit. cap. 15. num. 10. 147.

In ſecundo Clauſtro cantare licitum eſt. Conſt. cap. 11. nu. 3. 130.

CANTILENA.

Nullus aliquem infamet per rythmos, vel cantilenas. Conſtit. cap. 37. num. 3. 268.
Contrafacientes quibus pœnis plectantur. Ibid.

CAPELLÆ.

In Eccleſijs noſtris, quomodò concedantur. Diff. antiq. Rub. 9. cap. 2. num. 1. 302.

Digitized by Google

CAPITVLVM.

Quomodò,& quandò Fratres intrent Capitulũ. Conſt.c.3.n.1.108.
Quid in eo agatur. Ibid. num.2. 109.
In Capitulo primi Clauſtri lectiones, ac diſputationes fieri, non prohibentur. Conſtit. cap.11.num.1. 130.
In Capitulo nullus ſinè licentia loquatur. Conſt.cap.4.num.2. 113.
Quibus de cauſis aliquis in Capitulo loqui poſſit. Ibid.
Reſoluta in Capitulo Conuentuali, qualiter regiſtrentur, & ſubſcribantur. Diff. recen. Rub.25.cap.1.num. 6. 411.

CAPITVLVM GENERALE.

Ad Capitulum Generale, non de facili accedant Fratres, niſi ſint vocales, aut vocati. Conſtit. cap. 28. n. 12. 197.
Niſi ſit vrgens cauſa à Patre Vicario Generali approbanda, & cum eius licentia in ſcriptis habita. Ibid.
Qualiter Capitulum Generale Congregationis celebretur. Conſtit. cap.30. n.1. & ſeqq. 206.
Ad Capitulum Generale Congregationis ire debent Priores ſingulorum Conuentuum, vel legitimè impediti mittere ſigillũ. Conſt. cap.29. num.15. 203.
Non vadens, vel iuſtam habens excuſationem non eundi, ſigillum non mittens, quam pœnam incurrat. Ibid.
Vocales ſtudeant conuenire ad Capitulum Generale feria 5. antè Dominicam tertiam poſt Paſcha. Conſt. cap.30. n.1. 206.
Fratres vota ſua priuata per Viceſgerentẽ, aut Priorem, ad Capitulũ mittant, ſi quid à Capitulo velint. Conſt. cap.28.n.12.197.
Si quis aliquid operatus fuerit, propter quod vota Fratrum ad Præſidentem, & Diffinitores Capituli Generalis non perueniant, quas pœnas incurrat. Ibid.
Ad Capitulũ Generale tranſmittendæ ſunt à Conuentu litteræ de beneficijs præſtitis Domui à Prioribus. Conſt.cap.29. n 13.203.
Si Pater Vicarius Generalis excuſabili occaſione detentus, ad Capitulum non venerit, ab ipſa die præfixa in anteà, ſit ipſo facto à Vicariatus Generalis officio abſolutus, & ad electionem Succeſſoris procedatur. Conſtit. cap.30. num.12. 212.
Si verò iuſtam excuſationem non habens, ad Capitulum venire contempſerit, quam pœnam incurrat. Ibid.
Locus futuri Capituli Generalis noſtræ Congregationis determinetur à Diffinitorio. Conſtit. cap.30. num.62. 238.
Quinam ad Capitulum Generale accedere poſſint, & debeant. Diffin. antiq. Rub.15. cap.1. n.1. & ſeqq. 312.

Acce-

Accedentes cum licentia, ſi non ſint vocales, aut vocati, quid ſoluere teneantur. Ibid. num.4.
Accedentes ſinè licentia quas pœnas incurrāt. Ibid. cap. 2. n. 1. 313.
Fratrum mutationes in Capitulo Generali, ſinè cauſa rationabili, non fiant. Ibid. cap. 3. n. 1.
Ad Capitulum Generale quinam cum voto conuenire debeant. Diff. recen. Rub. 29. cap. 2. num. 1. 434.
Quinam vocales ad Capitulum profecturi, ſecum Seruitorem ducere poſſint, & quinam non. Ibid. n. 2.
Prò expenſis Capituli Generalis celebrandi, quot Scuta monetæ Romanæ deputentur. Ibid. num. 4. 435.
Huiuſmodi expenſæ, quandò incipere, & quandò finiri debeant. Ibid.

CAPPA.

Habeat quilibet Frater Cappam vnam, ex panno nigro. Conſtit. cap. 23. num 3. 180.
Cuius formæ ſit. Ibid.
Cappæ ex Raſcia, ſiuè Sargia prohibentur. Ibid. num. 5. 181.
Contrafacientes quomodò puniantur. Ibid.
Cappæ aliæ quænam prohibeantur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 1. n. 2. & 4. 330.

CAPVCIVM.

Habeat quilibet Frater Capucium nigrū eiuſdem coloris, & panni cum Cappa. Conſt. cap. 23. n. 3. 180.
Cuius formæ, & magnitudinis eſſe debeat. Ibid.
Quænam Capucia prohibeantur, & ſub quibus pœnis. Diff. recen. Rub. 3. cap. 2. num. 3. 331.
Omnes Fratres Capucio religioſè caput contegant. Conſt. cap. 23. num. 12. 183.

CARCER.

Priores omnes infrà ſex menſes, poſtquam ad loca ſua peruenerint fieri faciant bonos, & tutos carceres ſi non adſint. Diff. antiq. Rub. 9. cap. 4. num. 1. 302.
Omittentes quam pœnam incurrant. Ibid.
In vnoquoque Conuentu, vnus ad minus Carcer ædificetur, & in maioribus plures. Diff. recen. Rub. 6. cap. 1. n. 1. 340.
Carceratorum expenſæ de quibus fiant, & à quibus. Ibid. n. 2.
Conuentus quomodò contribuant. Ibid. Taxa contributionis à quibus facienda ſit. Ibid. n. 3.
Victus expenſæ pro carceratis limitentur à Patre Vicario Generali. Ibid. num. 4.

Ad

Digitized by Google

Ad expenſas cerceratorum extrà noſtram Congregationem, quinam Conuentus concurrant. Ibid. n.5. 341.
Similiter ad expenſas prò tempore incorrigibilitatis. Ibid.
Priores ergà carceratos quomodò ſe habeant. Ibid. n.6.

CARNES.

A Reſurrectione Domini, vſquè ad Feſtum Omnium Sanctorum carnibus veſci licet, præter quam in die Mercurij, & alijs diebus prohibitis ab Eccleſia. Conſtit. cap. 22. n. 3. 179.

CASVS RESERVATI.

Quot ſint, & qui ſint caſus, quos quilibet Prior in ſuo Conuentu ſibi reſeruare poteſt. Conſtit. cap. 8. n. 4. 122.
Nullus Prior aliud peccatum, præter aſſignatos caſus, abſquè conſenſu Capituli Generalis noſtræ Congregationis, ſibi reſeruare audeat, vel præſumat. Ibid. n.5.
In paruis Conuentibus facultate ſibi reſeruandi caſus, Priores circumſpectè vtantur. Ibid.
Abſoluentes ab aliquo ex caſibus reſeruatis ſinè ſpeciali licentia Prioris, vel eius locũ tenentis, qua pœna plectãtur. Ibid. n. 6. 123.
Quomodò petita, & non obtenta facultate à Priore poſſit quis abſolui à reſeruatis. Ibid.
Prior in illa concedenda non ſit difficilis, nec illam poſtulantibus omninò neget. Ibid.
Socium criminis abſoluere ab aliquo ex caſibus reſeruatis nullus poteſt. Ibid.

CAVSA.

Nullus ſinè licentia P. Vicarij Generalis, alicuius cauſæ litigioſæ in foro exteriori decidendæ commiſſionem accipiat. Diff. antiq. Rub. 13. cap. 5. n. 1. 310.

CATHEDRANTES.

In Capitulo Generali quot à Patre Vicario Generali deputentur. Diff. recen. Rub. 29. cap. 1. num. 9. 432.

CELLA.

In qualibet Cella Dormitorij, quid ſit. Conſt. cap. 23. n. 15. 184.
Suppellex Cellarum qualis eſſe debeat. Ibid.
Cellæ Fratrum numquam ità claudantur, quo minus cum claue communi loci aperiri poſſint. Ibid.
In Cellis priuatis ſummũ ſilentiũ ſeruetur. Conſt. cap. 11. n. 1. 130.
In Cella Sæcularium Confeſſiones audiri prohibentur. Ibid.
Cellam alterius, ſinè Prioris expreſſa licentia, nullus ingrediatur. Conſt. cap. 23. n. 18. 185.

Intrans de die, quam pœnam incurrat. Ibid. Similiter intrans de nocte. Ibid. Pluries de hoc notatus, & conuictus, quomodò puniatur. Ibid. Et etiam ille cuius eſt Cella, niſi oſtenderit, quod ſibi diſpliceat talis introitus. Ibid. Quænam Cellæ ab hac lege excipiantur. Ibid.
Picturæ a Cellis tollantur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 4. n. 4. 336.
Quænam permittantur. Ibid.
Cellæ non ornentur tapetijs, vel pannis. Ibid. Contrafacientes qualiter puniantur. Ibid.
Quilibet Frater vnica Cella, cum vnico cubili contentus ſit. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 12. 359.
Quibus altera etiam Cella concedi poſſit. Ibid.
In priuatis Cellis nulli Camini permittantur. Ibid. n. 13.
Quænam Cellæ excipiantur. Ibid.
Ad minus quater in anno viſitet Prior Cellas Fratr. Conſt. cap. 23. n. 19. 186. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 11. 359.
Extrà Cellam in ſero poſt datam Benedictionē nullus remaneat, ſinè ſpeciali licentia Prioris. Conſtit. cap. 3. num. 5. 111.
Item cap. 22. n. 4. 179.

CELLARIVS.

Quandò Fratres conuenire debent ad collationem, Cellarius pulſet ſignum Campanellæ. Conſtit. cap. 22. n. 4. 179.
Poſt menſam ſic colligat tobaleas, vt non pereant, aut conculcentur fragmenta. Conſtit. cap. 21. n. 7. 178.

CENSVRÆ.

A cenſuris poteſt abſoluere ſuos Subditos P. Vicarius Generalis. Conſtit. cap. 31. num. 1. 248.

CHARITAS.

Non quærit quæ ſua ſunt. Reg. cap. 9. 13.
Communia proprijs, non propria cōmunibus anteponit. Ibid.

CHORVS.

Ad Chorum tardè veniens, quid faciat. Conſt. cap. 5. n. 1. 115.
Ad Chorū quis tardè venire intelligatur. Ibid. n. 3. Pulſato vltimo ſigno, extrà Chorum nullus audeat remanere ſinè ſpeciali licentia Prioris. Ibid. Nec in Choro exiſtens ab Officio recedere. Ibid. Qui ad horas tardè venire in vſum duxerit, qualiter puniendus. Ibid. n. 4.
Chorus, cum Diuinum Officium celebratur, quantum fieri poteſt non pateat Viris, à fortiori, nec Mulieribus. Conſtit. cap. 12. num. 1. 132.

Iani-

Ianitor, & Sacriſta, Fratres exiſtentes in Choro ad Diuina Officia, non ſolicitent ad exeundum. Ibid. n.2.
Quinam libri habendi ſint ad vſum Chori. Conſtit. c.34. n.1. 260.
In paruis Conuentibus totum Officium in Choro recitetur. Diff. recen. Rub.1. cap.1. n.1. 325.
Nemo à ſeruitio Chori ſit immunis. Ibid. cap.2. n.1.
Cum quibus Superiores diſpenſare poſſint. Ibid. Negligentes, & inobedientes, quomodò puniendi. Ibid.
Ea qua decet reuerẽtia Fratres noſtri Choro aſſiſtant. Ibi. c.3. n.1. Quandò Fratres in Choro caput inclinare debeant. Ibid. Quãdò è Sellis ſuis exire. Ibid. Quandò ad medium Chori deſcendere. Ibid. Nihil in Choro loci ſanctitati indecens peragatur. Ibid. Priores permittentes, & tranſgreſſores, quas pœnas reſpectiuè incurrant. Ibid. Hymnus *Te Deum laudamus, &c.* Quandò in Choro cantetur. Ibid. Dicto à Superiore *Confiteor Deo, &c.* à toto Choro, & non ab vno tantum reſpondeatur: *Miſereatur, &c. Confiteor, &c.* Ibid.
Singulis ſextis ferijs, peracto Completorio, niſi officiũ ſit duplex, recitetur in Choro Nocturnum Beatæ Mariæ de Gratia. Ibid. cap.4. num.1. 326.
Die Sabbati, ſi non ſit Feſto duplici impedita, cantetur in Choro Miſſa de B. Virgine, & Feria 2. prò Defunctis. Ibid. Quotidiè poſt Miſſam Conuentualẽ, cantetur in Choro Antiph. *Aue Regina Cælorum, &c.* cum ſuo verſu, & Oratione. Ibid. 327.

CIBVS.

Cibi Refectorij non vitandi ab Infirmo, leui infirmitate detento. Conſt. cap.13. n.1. 133.
Cibos ſuperfluos non exquirant Infirmi. Ibid. n.3. 134.
Cibi Infirmorũ ſubtrahantur Infirmis poſt cõualeſcentiã. Ibi. n.4.
Nullus in Conuentu aliquid alimentorum cibi, aut potus, extrà horas conſtitutas, nec extrà commune Refectorium, abſquè Prioris licentia ſpeciali ſumat, niſi cum ægrotat. Diff. antiq. Rub.7. cap.1. n.4. 295.

CLAMIS.

Prouideat Prior loci, vt Fratres habeant Clamidem, ſiuè Mantellum ex panno nigro. Conſt. cap.23. n.6. 181.
Cuius longitudinis. Ibid. Quomodò ad pectus ligatũ deferant. Ibid.

CLAVIS.

Cællæ Fratrum non ità claudantur, quin cum claue communi loci aperiri poſſint. Conſt. cap.23. n.15. 184.

Digitized by Google

Nulla propria clauis alicui concedatur. Ibid.
Exceptis clauibus Officialium Conuentus. Ibid.
De clauibus ad imitationem clauium Conuentus ſibi prouidentes, quomodò puniantur. Diff. recen. Rub.4. cap.1. n.5. 338.
Claues Cõuentus de nocte, quis teneat. Dif. rec. Rub.23.c.1.n.2. 397.

CLAVSTRVM.

Paucis de Clero Sæculari, & laicis detur ad ſecundum Clauſtrum ingreſſus. Conſtit. cap.19. num.2. 170.
Etiam primum Clauſtrum, niſi in aliquibus caſibus Sæculares intrare, non debet permitti. Ibid.
Mulieres Clauſtrum primum noſtrorum Conuentuum in aliquibus caſibus ingredi permittuntur. Conſtit. cap.12. n.1. 132.
Quinam illi ſint. Ibid.
In primo Clauſtro ſummũ ſilentiũ ſeruetur. Conſt. c.11. n.1. 130.
In Capitulo tamen primi Clauſtri, lectiones, ac diſputationes fieri non prohibentur. Ibid.
In Clauſtro ſecundo Officium præuidere, & cantare, ac manibus operari licet. Ibid. num.3.

CLAVSVRA.

Priores, qui Conuentus clauſuram neglexerint, quomodò puniantur. Diff. recen. Rub.4. cap.1. num.6. 338.

CLERICI.

Clerici quomodò ad habitum recipiantur, & induantur. Conſt. cap.15. n.1. & ſeqq. 137.
Quas conditiones, & qualitates quis habere debeat, vt prò Clerico ad habitum recipiatur. Conſtit. cap.16. n.1. & 2. 152.
Quam ætatem quis habere debeat, vt prò Clerico ad habitum recipiatur. Ibid. n.1. 152.
Legere neſcientes competenter, quomodò ad diſcendum compellantur. Ibid. n.2. 153.
Poſt Feſtum S. Michaelis omni anno, quid dicant prò Benefactoribus defunctis. Conſtit. cap.6. n.3. 116.
Similiter prò Benefactoribus viuis. Ibid. Singulis etiam menſibus, quid dicant prò Benefactoribus defunctis. Ibid.
Decedente verò Summo Pontifice, vel Card. Protectore, vel P. Generali noſtri Ordinis, aut Vicario Generali noſtræ Congregationis, quid dicant. Ibid. n.4. 117.
Vel aliquo ex Fratribus noſtræ Congregationis. Ibid. n.5.
Similiter in tribus Anniuerſarijs, quæ quotannis celebrantur. Ibid. n.6. 118.

Et

Digitized by Google

Et tándem poſt celebrationem Capituli Generalis Congregationis prò viuis, & Defunctis, quid dicant. Conſt. c.30. n.67. 240.
Clerici communicent in anno viginti vicibus, & quibus diebus. Conſt. cap. 10. n. 1. 128.
Non abſtineant à communione ſinè rationabili cauſa. Ibid. n. 3.
Quam coram Priore, & duobus ex Senioribus Conuentus, confiteri teneantur, ſi ſecretè recitanda non fuerit. Ibid. Id facere renuentes quas pœnas incurrant. Ibid.
Communicantes quam Indulgentiam lucrentur. Ibid. n. 4. 129.
Clerici ſolerti cura, & diligenti ſolicitudine, in pietate, & litteris inſtruantur, ac erudiantur. Diff. antiq. Rub. 4. cap. 1. n. 1. 289.
Nullus Clericus ad aliquem Ordinem promoueatur, ſinè ſpeciali licentia P. Vicar. Gener. in ſcriptis habita. Ibid. c. 2. n. 1. 290.
Clerici antequam Epiſcopo Diœceſano præſententur, vt ad Ordines promoueantur, diligenter examinentur à Priore. Diff. rec. Rub. 12. cap. 1. n. 1. 366.
Et de eorum ſufficientia P. Vicarius Gener. certioretur. Ibid.
Clerici, ſi in debita ætate conſtituti, ad ſuſpiciendos Ordines accedere renuerint, quomodò cogantur. Ibid. Clerici ab Ordinibus ſuſcipiendis regreſſi, litteras patentes, in ſignum ſuſcepti Ordinis, exhibeāt. Ibid. n. 2. Prior teneatur eas perquirere. Ibid.
Prior inuigilet, vt Clerici inſtruantur in ceremonijs ad ſuſcepti Ordinis exercitium ſpectantibus. Ibid.
Clericis ſemel tantum in hebdomada à Conuentu exire permittatur. Ibid. cap. 2. n. 1. Numquam extrà Conuentum ſinè Sacerdote comite, ſimul proficiſcantur. Ibid. Priores ſemper eos mittere debent cū Sacerdotibus, & quidem grauioribus, & ſub qua pœna. Ibid.
Clerici Sacerdotibus promeritā reuerentiam exhibeant. Ibid. n. 2.
Eis non aſſurgentes, nequè caput inclinantes, cum obuios habent, quomodò à Priore puniantur. Ibid. 367.
Priores rigorosè animaduertant in Clericos per Conuentum vagantes, & immorigeratos. Ibid. n. 3. 367.
In quibus rebus ſatagant, vt ſint eorum occupationes. Ibid.
Clerici huiuſmodi zelū ægrè ferentes, quibus pęnis afficiātur. Ibid.
Clerici omnes examinentur à P. Vicar. Gener. & Viſitatoribus in actu viſitationis, & ſuper quibus. Ibid. c. 3. n. 1.
Quod experimentum faciant coram præfatis Ibid. In poſtulatione Prióris, aut Vicarij electione vocem non habeant, niſi ſint extrà Profeſſorium, aut in ſacris conſtituti. Ibid.
Cle-

Clericis publicas habere Conciones interdictum. Diff. rec. Rub. 15. cap. 1. n. 2. 378.
Maximè tempore Aduentus, & Quadrageſimæ. Ibid.
Poſſunt tamen aliquos habere ſermones coram Fratribus, vel etiam in Eccleſia. Ibid.

CODICES.

Codices certa hora petantur, extrà horam, qui petierit non accipiat. Reg. cap. 11. 14.

COLLARE.

Cappa in Collari nullas, vel paucas habeat plicaturas. Conſtit. cap. 23. n. 3. 180.

COLLATIO.

Si quis ad Collationem tarde venerit, quid faciat. Conſt. cap. 5. num. 2. 115.
Ad collationem aliquid de fructibus ſemper cum pane apponatur. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. num. 22. 361.

COLLECTÆ.

Collectæ ſoli Patri Vicario Generali ſoluantur, qui alijs Officialibus Congregationis ſtipendia præbebit. Diff. recen. Rub. 28. cap. 2. num. 3. 4. & 5. 422.

COLOR.

Nullus ſit omninò color infrà habitum nigrum, niſi albus, & ſub qua pœna. Conſt. cap. 23. n. 9. 182.
Priores, qui in hoc exequendo negligentes fuerint, qua pœna puniantur. Ibid. Vicarius Gener. & Viſitatores inuenientes aliquos, ſiuè Priores, ſiuè Subditos, contrarium facientes, quid faciant. Ibid. n. 10. Thoraces, manicæ, femoralia, aut tibialia nō deferantur, niſi coloris albi. Diff. rec. Rub. 3. cap. 2. n. 1. 331.
Contrafacientes, qua pœna plectantur. Ibid.

COMEDERE.

Poteſt Prior cum hoſpitibus, ſecum aſſumendo, nunc vnum, nunc alium Fratrem. Conſtit. cap. 19. n. 1. & 3. 169.
Nemo veniens ad loca in quibus ſunt Conuentus noſtræ Congregationis audeat quoquomodò comedere in domibus Sæcularium, niſi prius Priori loci noſtri ſe præſentet, & ab eo licentiam obtineat. Conſtit. cap. 20. n. 9. 175.
Contrafacientes quam pœnam incurrant. Ibid.

COMOEDIÆ.

Ad Comœdias, & alia Theatralia ſpectacula Fratres ire prohibentur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. n. 9. 332.

COM-

COMMISSI, ET CONVERSI.

Nemo ad habitum noſtræ Congregationis, ſub nomine Oblati, aut Tertiarij, ſed ſolum Commiſſi acceptetur. Diff. rec. Rub. 9. cap. 1. num. 1. 345.

Commiſſi quomodò recipiantur, & induantur, & quo habitu. Conſtit. cap. 15. n. 14. 148.

Quomodò tonderi debeant eis crines. Ibid. Quanto tempore in eodem habitu maneant. Ibid. De vno ad alium Conuentum remoueri poſſunt. Ibid. Nullatenus tamen ad Profeſſionem admitti poſſunt. Ibid. Priores in recipiendis ad habitum Cõmiſſis, nihil omninò ab eis accipere poſſunt, ſub quouis prætextu, aut quæſito colore. Ibid. Contrafacientes quam pœnam incurrant. Ibid. Conuerſi quomodò acceptentur, & induantur. Ibid. n. 15. & 16. 150.

Quam ætatem quis habere debeat, vt ad habitum Commiſſorum, & ſimiliter Conuerſorum recipiatur. Conſtit. cap. 16. n. 1. 152.

Quas qualitates quis habere debeat, vt pro Commiſſo, & Cõuerſo recipiatur. Ibid. n. 3. 153.

Conuerſi, & Commiſſi, quomodò Officium ſuum perſoluant. Conſtit. cap. 2. n. 1. 105.
Prò Matutino, & Laudibus, quid dicant. Ibid. Prò qualibet Hora, & prò Veſperis, quid dicant. Ibid. n. 2. 106.
Quem ritũ ſeruent in recitatione Officij B. Mariæ Virginis. Ibid.
Similiter in recitatione Officij Defunctorum. Ibid. n. 3.

Conuerſi totum ſuum Officium ſub ſilentio dicant. Ibid.

Conuerſi, niſi Pſalterium legere ſciuerint, in eo, vel libro alio legere non præſumant. Ibid. n. 4. 107.
Contrafacientes quam pœnam incurrant. Ibid. Similiter, qui eos docuerit. Ibid. Nulli Fratri Conuerſo concedatur, habere clericalem Coronam vllo modo. Ibid.

Conuerſi, & Commiſſi poſt Feſtum S. Michaelis omni anno, quid dicant prò Benefactoribus Defunctis. Conſt. cap. 6. n. 3. 116.
Similiter prò Benefactoribus viuis. Ibid. Singulis etiam menſibus, quid dicant prò Benefactoribus Defunctis. Ibid.
Decedente verò Summo Pontifice, vel Card. Protectore, vel P. Generali noſtri Ordinis, aut Vicario Generali noſtræ Congregationis, quid dicant. Ibid. n. 4. 117.
Vel aliquo ex Fratribus noſtræ Congregationis. Ibid. num. 5.
Similiter in tribus Anniuerſarijs, quæ quotannis celebrantur. Ibid. num. 6. 118.

Et

Et tandem poſt celebrationẽ Capituli Generalis Cõgregationis prò viuis,& Defunctis,quid dicant. Conſt.cap.30.n.67. 240.
Conuerſi, & Commiſſi quot vicibus in anno Communicare debeant, & quibus diebus. Conſt. cap.10. n. 1. 128.
Non abſtineant à Cõmunione ſinè rationabili cauſa. Ibid. n. 3.
Quam coram Priore, & duobus ex Senioribus Conuentus, confiteri teneantur, ſi ſecretè recitanda non fuerit. Ibid. Id facere recuſantes, quas pœnas incurrant. Ibid. Communicantes quam Indulgentiam lucrentur. Ibid. n.4. 129.
Conuerſi maneant in probatione per annum, & diem ſicut alij Fratres. Conſt. cap.18. n.14. 167.
Quomodò Profeſſionem faciant. Ibid. Vocem non habeant in electione Prioris, aut Vicarij, etiam poſt completum à Profeſſione triennium. Ibid. Licet poſt idem tempus, in quibuſcumque alijs Capitulis, curam animarum non concernentibus, ex gratia vocem habere permittantur. Ibid. & Diff. antiq. Rub. 2. cap.2. num. 1. 287.
Commiſſi nullam Profeſſionem faciant,& in nullo vmquam Capitulo vocem habeant. Conſtit. cap.18. n. 14. 168.
Conuerſi, & Commiſſi, quamquam litterati ad Clericatus dignitatem non promoueantur. Diff. antiq. Rub.2. cap. 1. n. 1. 286.
Nec ad Sacriſtæ, vel Procuratoris officium eligantur. Ibid.
Nec ipſe P.Vicar.Gener. eos ad aliquod præmiſſorũ habilitare poteſt.Ibid. Aut Prioribus ſuper hoc licentiam impertiri. Ibid.
Conuerſi, & Commiſſi cum omni charitate, & humilitate Prioribus ſuis obediant, in exercitijs, & operibus corporalibus. Ibid.
Id facere contemnentes quomodò puniantur. Ibid.
Conuerſi, & Commiſſi officio Veſperorum in Choro, quibus diebus interſint. Ibid. n. 3. 287.
Commiſſi, & Conuerſi quem habitum deferant. Diff. rec. Rub.9. cap.1. num.2. 346.
Eumdem deferant etiam Conuerſi, excepto quod hi Capucium deferre poſſunt. Ibid. Nec Commiſſi, nec Conuerſi per Conuentum, ſinè habitu incedere permittantur. Ibid.
Comiſſis,& Cõuerſis quomodò capilli detondeantur.Ibid.c.2.n.1.
Cõmiſſi,& Cõuerſi quotidiè deſeruientes Miſsã audiant. Ibid.n.2.
In diebus Feſtis nõ ſolũ Veſperis,ſed etiã Matutino interſint.Ibid.
Contrafacientes, quam pœnam incurrant. Ibid.
Nullus ſinè licentia P.Vicarij Gener. Commiſſos habitu noſtro exuere, aut à Congregatione expellere audeat. Ibid. n.3. 347.

Com-

Digitized by Google

Commiſſi, & Conuerſi in ijs, quæ ſpectant ad ſeruitium Conuentus, quibus obediant. Ibid. n. 4. 347.
Illorum mandata ſpernentes, quomodò puniantur. Ibid.
Commiſſi, & Conuerſi hortorum culturæ proprijs manibus incumbant. Ibid. n. 5. 347.
Sinè Prioris, aut Procuratoris licentia, Sæcularium operibus non vtantur. Ibid. Contrafacientes, qua pœna plectantur. Ibid.
Conuerſi quæſtuantes eleemoſynas, quas receperint, quibus conſignent. Ibid. n. 6. 347.
Si quis ſecus fecerit, qualiter puniatur. Ibid.
Commiſſi, vel Conuerſi, qui de rebus Conuentus aliquid in proprios vſus conuerterint, vel Cōuentum in aliquo fraudauerint, quomodò puniantur. Ibid. n. 7. De ſuppellectilibus ſibi aſſignatis curam habeant. Ibid. Si quæ eorum negligentia depereant, vel deperdantur, condignè corripiantur. Ibid. De receptis à Procuratore, tam Conuerſi, quam Commiſſi qualibet hebdomada rationem reddant. Ibid. n. 8. 348.
In aliquo fraudulenti reperti qualiter condemnentur. Ibid.

COMMVNIO GENERALIS.

Quot vicibus in anno Fratres communicare debeant, & quibus diebus. Conſtit. cap. 10. n. 1. 128.
Qua pœna plectantur, qui diebus ſtatutis non communicauerint. Ibid. n. 3. Communicantes, quam Indulgentiam lucrentur. Ibid. n. 4. 129.

COMPLETORIVM.

Semper antè collationem dicatur in diebus Ieiunij, & quādò Fratres cænant, antè cænam. Diff. antiq. Rub. 1. cap. 1. n. 1. 283.
Ad Completorium ſemper cantetur Antiphona B. Mariæ Virginis, ſecundum diuerſitatem temporum. Ibid. cap. 2. n. 3. 284.
In diebus Dominicis, & alijs Feſtis de præcepto, infrà hebdomadam occurrentibus, Completoriū ſemper cantetur in nota, & tono. Ibid. n. 4. Quod etiā fiat in omnibus Sabbatis anni. Ibid.

CONCIONATORES, vide PRÆDICATORES.

CONCLVSIONES.

Typis non mandentur ſinè licentia Patris Vicarij Generalis. Diff. rec. Rub. 13. cap. 1. n. 14. 371.
Nec publicè defendantur Ibid. Contrafacientes, quam pœnam incurrant. Ibid.
Quot vicibus in hebdomada exponantur Concluſiones à Studentibus tam Philoſophis, quam Theologis. Ibid. n. 9. 370.

Digitized by Google

Cum quorũ interuẽtu diſputentur. Ibid. In fine cuiuslibet menſis quænã diſputatio fiat. Ibid. Quinam vocentur ad arguendũ. Ibid.

CONFESSIO.

Secretæ Confeſſiones Fratrum audiantur à Priore, vel ab alio, ſeù alijs, de mandato, aut licentia ipſius. Conſt. cap. 8. n. 1. 121.
Prior numquam Fratres ſuos ad ſibi confitendum cogat. Ibid.
Quibus tam grande munus demandet. Ibid.
Deputati ad audiendas Confeſſiones Fratrum, non intelliguntur deputati ad audiendas Cõfeſſiones Nouitiorum. Ibid. n. 7. 123.
Niſi accedat ſpecialis licentia Prioris. Ibid. Quam licentiam quandò dare poterit Prior. Ibid. Nouitij non cogantur Magiſtro ſuo tantumodò confiteri. Ibid.
Quoties quilibet Frater noſtræ Congregationis teneatur confiteri, & in quo loco. Ibid. n. 8. 124.
Si quis hoc facere neglexerit, qualiter puniatur. Ibid. Prior qui hanc ordinationem executioni mandari non fecerit, & ſingulo saltẽ menſe diligenter non inquiſierit, an Fratres omnes ſui Cõuẽtus debitè cõfiteantur, & cui, quã pœnã incurrat. Ibid. Fratres infirmi curante Priore, ſtatim cõfiteantur. Conſt. c. 14. n. 1. 136.
Quæ conditiones requirantur, ad hoc vt aliquis Sacerdos noſtræ Congregationis, ad audiendas Confeſſiones Sęcularium, & aliarum perſonarum exterarum, ac præſertim Mulierum aſſumi poſſit. Conſt. cap. 8. n. 9. & 10. 124.
Contrafacientes, tam Prior aſſumens, quam ſubditus aſſumptus, quas pœnas reſpectiuè incurrant. Ibid. num. 11. 125.
Diff. recen. Rub. 16. cap. 1. num. 4. 381.
Confeſſiones Mulierum non audiantur niſi clara luce. Conſtit. cap. 9 n. 2. 126.
Niſi mortis, vel infirmitatis articulus aliud exigat. Ibid.
Cum Sacerdos foràs egreditur, ad audiendas Confeſſiones qualiumcumque Mulierum, prouideatur ei de Socio Fratre, quem opinio bona commendet. Ibid. n 3. 127.
Quomodò tam Sacerdos, quam Socius in tali caſu ſe gerere debeant. Ibid.
Si de Conſilio, aut de Confeſſione aliqua Mulier Sacerdotem conſulere voluerit, quid faciat. Conſtit. cap. 9. n. 2. 126.
Cõfeſſiones Sęculariũ in Cellis nõ audiantur. Conſt. c. 11. n. 1. 130.
Quinam teneantur ſe præſentare Ordinarijs locorum, prò obtinenda facultate audiendi Sacramentales Sæcularium Confeſſiones, & ſub qua pœna. Diff. rec. Rub. 16. cap. 1. n. 1. & 2. 381.

Digitized by Google

Non approbati ad audiendas Confeſſiones Sæcularium, nec in Priores, nec in Vicarios Conuentuum eligantur. Ibid. n. 3.

CONFESSARIVS.

Confeſſores Sæcularium retinere non poſſunt apud ſe pecunias, quæ Confeſſionum occaſione, vel aliàs prò Miſſis celebrandis dantur eis. Conſtit. cap.8. n.12. 125.

Contrafacientes, vel fraudantes, qua pœna puniantur. Ibid.

Apti ad audiendas Confeſſiones Sæcularium, à P. Vicario Generali, & Viſitatoribus, tempore viſitationis, inquirendi, & examinandi in ſingulis Conuentibus. Ibid. n. 10. 125.

Confeſſarij reuelantes Confeſſionem, qualiter puniantur. Conſt. cap.36. n. 12. 266.

Quibus horis, & in quo loco Confeſſarij, Mulierum Confeſſiones audiant. Diff. recen. Rub. 16. cap.1. n.5. 382.

CONFESSIONALE.

In quo loco debeat eſſe conſtitutũ. Diff. rec. Rub.16.c.1.n.5. 381.

Cum cratibus, quarum foramina, qualia eſſe debeant. Ibid.

In Confeſſionali ex vna, & altera parte, quid ſit. Ibid. 382.

In Confeſſionali de quibus non loquatur Confeſſarius, præcipuè cum Mulieribus. Ibid. Quibus horis, & in quo loco earumdem Mulierum Confeſſiones audiri debeant. Ibid.

CONSILIVM.

In quolibet Cõuentu noſtrę Cõgregationis inſtituatur Cõſiliũ ſuper cauſis, & negotijs Monaſterij. Diff.rec. Rub.25.c.1. n.1. 410.

Eidem Conſilio, quinam interſint. Ibid. In Conſilio reſolutiones quomodò capiantur. Ibid.

Sacerdotes ſenes quomodò cõſtituantur de corpore Conſilij. Ibid. num. 2. Quinam ad Conſilium vocentur. Ibid. n. 3. Quoties Conſilium debeat coadunari. Ibid. num.4.

Nihil in Capitulo Conuentuali proponatur, quod prius non fuerit in Conſilio examinatum, & reſolutum. Ibid.

Contrafacientes Priores, qua pœna pleċtantur. Ibid.

Quomodò eligatur Cancellarius Conſilij. Ibid. n.5. 411.

Quinam reſolutionibus ſe ſubſcribant. Ibid.

Tranſumptis reſolutionum à Cancellario ſubſcriptis, & Sigillo Conuentus munitis, fides vbiquè habeatur. Ibid. n. 7.

CONSPIRATIO.

Si quis per conſpirationem, vel coniurationem, aut malitioſam concordiam, aduerſus Priorem ſuum manifeſtè ſe erexerit, quas pœnas incurrat. Conſt. cap.42. n.3. 276.

Digitized by Google

CONSTITVTIONES.

Conſtitutiones noſtræ non obligant nos ad culpam, ſed ad pœnam. Proęm. Conſtit. n. 4. 104.
Niſi propter præceptum, vel contemptum. Ibid.
In Conſtitutionibus noſtris, quodnam præceptum ſit. Ibid.
In Conſtitutionibus nulli licet quidquam propria voluntate mutare, addere, vel minuere. Ibid. n. 2. 103.
Priores, & ſecum, & cum alijs diſpenſare poſſunt, niſi cum aliqua Conſtitutio, vel Diffinitio diſpenſari contradicit. Ibid. n. 3.
Lector in Capitulo quotidiano legat de Conſtitutionibus, ac Diffinitionibus quantum Priori placuerit, Conſtit. cap. 3. n. 2. 109.
Prior ſententiam Lectionis Fratribus exponat. Ibid. Conſtitutiones, ac Diffinitiones noſtræ in Capitulo ſic frequenter legantur, & explicentur, vt eas nullus, etiam minus intelligens ignoret. Ibid.
Magiſter Nouitiorum doceat Nouitios de Regula, de Cōſtitutionibus, ac Diffinitionibus noſtris, & eas explicet. Conſt. cap. 15. n. 10. 147. & cap. 44. n. 3. 277.
Non ſolum in Capitulo quotidiano, ſed etiam in omnibus diebus ieiuniorum ad collationem in ſero, ſemper aliquid de Cōſtitutionibus legatur. Conſtit. cap. 44. n. 2. 277.
P. Vicar. Gener. & Viſitatores in actu viſitationis, de hac frequēti lectione ſemper inquirant, & ſiuè Priorem, ſiuè Magiſtrū Nouitiorū, quos in hoc negligentes inuenerint, puniant. Ibid. n. 3.
Priores legere non facientes Conſtitutiones abſoluendi ab officio. Conſt. cap. 29. n. 16. 203.
Conſuetudo contra Regulam, & Conſtitutiones, ac Diffinitiones noſtras, in viſitatione tollenda. Conſtit. cap. 33. n. 8. 259.
Extrà mortis articulum non poteſt dari abſolutio ab aliqua Eccleſiaſtica cenſura, vel ſententia in Conſtitutionibus, aut Diffinitionibus noſtris lata, abſquè Diffinitorij, aut Vicarij Generalis licentia ſpeciali. Conſtit. cap. 37. n. 5. 268.
Contrafacientes quam pœnam incurrant. Ibid.
Priores, Conſtitutiones, & Diffinitiones noſtræ Congregationis nouiter impreſſas ſi iam deputatæ non ſint, ad vſum Conuentus ſui deputent, & ſub qua pœna. Diff. antiq. Rub. 18. c. 3. n. 1. 320.

CONVALESCENTIA.

Infirmi quamdiù in conualeſcentia ſunt, ad ſilentium tenentur. Conſt. cap. 13. n. 2. 134.
Si fuerint inquieti quomodò à Priore corripiantur, & puniātur. Ibid.

Conualeſcentiæ ſigna quænam ſint. Ibid. n.4. Poſt Conualeſcentiam Infirmi redeant ad Conuentum. Ibid. Et ſi redire pigritauerint, compellantur, & ſubtrahantur eis cibaria infirmorũ. Ibid.

CONVENTVS.

Fratres extrà Conuentum euntes, genibus flexis, benedictionem accipiant à Priore. Conſtit. cap.20. n. 1. 173.
Similiter cum redierint idem faciant. Ibid.
Si quis de Conuentu vadens, aut rediens, benedictionem accipere oblitus fuerit, ſeù neglexerit, qua pœna puniatur. Conſtit. cap.40. n.1. 272.
Nullus Frater extrà Couentum vadat ſolus. Conſt. cap.20. num.1. pag. 172.
Excipiuntur Conuerſi, & Commiſſi. Ibid. Vel caſus magnæ neceſſitatis. Ibid.
Fratres ad loca venientes, in quibus ſunt Conuentus noſtræ Congregationis, in domibus Sæcularium non audeant comedere, aut moram trahere, vel pernoctare, niſi prius Priori noſtri Cõuentus ſe præſentent, & ab eo licentiã obtineant. Ibid. n.9. 175.
Contrafacientes, quam pœnam incurrant. Ibid. Pernoctantes verò quomodò puniantur. Ibid.
Si aliqui Fratres, abſquè litteris patentibus P. Vicarij Generalis, à Conuentu ſuo recedere præſumpſerint, venientes ad alium Cõgregationis locũ, quomodò puniantur. Conſt. c.20.n.4. 173.
Priores non dent licentiam Fratribus ſui Còuentus, eundi de loco ad locum per Congregationem, vel extrà eam. Ibid. n. 3. Nec ipſi eant. Ibid. Contrafacientes, qualiter puniantur. Ibid.
Si quis Frater extrà Conuentum ſuum, aliquid commiſerit, propter qnod corrigi debeat, quomodò corrigatur, & puniatur. Conſt. cap.19. n.7. 172.

COOPERTORIVM.

Coopertorium, ſeù ceruical, ex ſerico, aut aliàs delicatum, & curioſum, omnibus prohibetur. Conſtit. cap.23. n.17. 185.

CORONA.

Clericalis non ſit modica, ſed lata. Conſtit. cap.25. n.2. 188.
Quot digiti capillorum reſeruentur Clericis inter ipſam, & tõſuram, quæ ſuper aures immediatè fiat. Ibid. Fiat de quindecim diebus, in quindecim dies. Ibid. Si alicui ex cauſa concedatur differre raſuram, nulli liceat differre tonſuram. Ibid.
Corona Clericalis nullo modo concedatur Conuerſis. Conſtit. cap.2. n.4. 107.

Coro-

Corona Clericalis ad aures deſcendens,& quæ ſuper frontem peruagetur, prohibetur. Diff. recen. Rub.3. cap. 1. n. 6. 330.

CORRECTIO.

Correctio fraterna, quomodò facienda. Reg. cap.8. 11.
Prius blanda correctione vtendum contrà Fratres inobedientes, & delinquentes. Conſtit. cap.4. n.3. 113.
Seuerius puniendi ſi obſtinati cordis fuerint. Ibid. Non obſtante etiam ſi ad Superiorem appellauerint. Ibid. Cum à correctione iura nulli indulgeant appellare. Ibid.
In correctionibus in noſtra Congregatione faciendis, quomodò procedatur. Conſtit. cap.32. n.4. 254.
Prò huiuſmodi correctionibus, recurſus ad Iuriſtas prohibetur. Ibid. Si quis à correctionibus Superiorum noſtræ Congregationis indebitè appellauerit, quam pœnam incurrat. Ibid.
Quilibet Frater etiam Sacerdos, quandocumquè à Superiore corripitur, quid faciat. Diff. antiq. Rub.14. cap.3. n.1. 311.
Correctio Prioris à ſuis Fratribus, quandò, & quo ordine facienda. Conſtit. cap. 33. n.2. 267.
Prior non corripiens Subditum de manifeſto exceſſu, ab officio abſoluendus. Conſtit. cap.29. n. 16. 204.
Niſi ex rationabili cauſa ſteterit. Ibid.
Superiori in Capitulo, aut extrà illud corripienti, ſi quis Fratrum impudenti arrogantia cōtradicere, reſiſtere, aut aduerſari præſumpſerit, quas pœnas incurrat. Diff. rec. Rub.3. c.3. n.5. 332.
Nequè huiuſmodi Fratri inepta appellatio ad Patrem Vicarium Generalem concedatur. Ibid.

CORRECTORES CAPITVLI.

Correctores in Capitulo Generali duo ordinandi, & quomodò. Conſtit. cap.30. n. 7. 208.
Cuilibet ipſorum dabitur baculus in manibus in ſignum poteſtatis acceptæ. Ibid. Ipſis tamquam Prioribus Capituli in foro exteriori tantum, omnes obediant. Ibid. Nec abſquè ipſorum, aut alicuius eorum licentia ſpeciali, quiſquam domo exire preſumat. Ibid. Quodnam ſit eorum officium. Ibid.

CORRIGIA.

Suprà Cappam Fratres cingantur Corrigia, ſiuè Zona ex corio nigro. Conſtit. cap.23. n. 4. 180.
Cuius formæ, & qualitatis ſit. Ibid. Ex lana, vel Serico prohibetur. Ibid. Quanta ſit eius latitudo. Ibid. Nihil ab ea dependeat, vel ſuſpenſum deferatur. Ibid. Fibula ipſius cuius materię,

& co-

Digitized by Google

& coloris ſit. Ibid. Corrigiæ ſtrictiores, quæ vulgò *(Cinturini)* dicuntur, ſuper Cappas prohibentur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 1. num. 3. 330.
Cingula item lanea, linea, & multò magis Serica. Ibid. Tantum enim coriacea eſſe debent, & integra, & non ex pluribus partibus media fibula copulata. Ibid.

CREPIDÆ.

Crepidæ, ſeù Planellæ ſint de corio nigro. Conſtit. cap. 23. num. 11 pag. 183.
Totum pedem tegant. Ibid. Extrà Monaſterium cum eis ire nullo modo licet. Ibid. Lunatæ, ſeù in cornu ductæ prohibentur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 1. n. 5. 330.

CVLPA.

De culpis quomodò, & quandò agatur. Conſt. cap. 3. n. 3. & 4. 109
Si culpa alicuius diſciplina ſit digna, Prior det illam ſolus. Conſtit. cap. 4. n. 2. 113.
Si quis ſuperbia ductus culpas ſuas confiteri, vel prò eis diſciplinam Congregationis ſubire noluerit, quomodò corripiatur, & puniatur. Ibid. n. 3.
Culpa leuis, quænam ſit. Conſtit. cap. 40. n. 1. 272.
Qua pœna puniatur. Ibid. n. 2. 273.
Culpa grauis, quænam ſit. Conſt. cap. 41. n. 1. 273.
Qua pœna puniatur. Ibid n. 2. 274.
Culpa grauior quænam ſit. Conſtit. cap. 42. n. 1. 274.
Quibus pœnis puniatur. Ibid. n. 2. 275.
Grauiſſima culpa quænam ſit. Conſtit. cap. 43. n. 1. 276.
Qua ratione puniatur. Ibid. n. 2.

CVLTELLI.

Quinam prohibeantur. Conſtit. cap. 23. n. 12. 183.
Extraordinariæ menſuræ prohibentur. Diff. rec. Rub. 3. n. 9. 337.
Pœna contrà detinentes, vel deferentes. Ibid.
Cultros, vt dicitur *(da Tauola)* apud ſe non teneant, nec deferant Fratres. Ibid. Sed Cellario relinquant cuſtodiendos. Ibid.

CVRA.

Nullus, qui non fuerit in Congregatione noſtra receptus à Sæculo, & in illa educatus, aut qui extrà eam per annum ſteterit, ad aliquod officium, cui annexa ſit animarum cura, in ipſa Congregatione aſſumi poteſt. Diff. antiq. Rub. 3. cap. 2. num 1. pag. 288.

Digitized by Google

D

DEBITVM.
Debitum prò quacumque cauſa, abſquè ſpeciali Prioris licentia Procurator non contrahat. Conſt. cap. 47. n.3. 191.
Nec vltrà decem libras Prior, ſinè conſenſu ſui Conuentus. Conſt. cap.29. n. 11. 202.
Debita Fratrum decedentium ſoluenda de ſpolijs. Diff. recen. Rub.8. cap.1. n.6. 343.
DECRETVM.
Decreta Sac. Congregationis ſuper Statu Regularium, de mandato S. M. Alexandri Papæ VII. edita prò Nouitijs ad habitum noſtræ Congregationis recipiendis, per extenſum ponuntur. Diff. recen. Rub.10. cap.1. n.1. & ſeqq. 348.
Decreta Sac. Congregationis ſuper Statu Regularium, prò inſtauranda vita communi in noſtra Congregatione, per extenſum ponuntur. Diff. recen. Rub.11. cap.1. n.1. & ſeqq. 357.
DEFVNCTVS.
Quilibet Sacerdos omni anno quid dicat prò Fratribus, Familiaribus, Propinquis,& Benefactoribus defunctis Congregationis noſtræ. Conſtit. cap.6. n. 3. 116.
Similiter quilibet Clericus, & quilibet Conuerſus. Ibid.
Prò defuncto Summo Pontifice, &c. quid dicant. Ibid. n. 4. 117.
Similiter Clerici, & Conuerſi. Ibid.
Prò defuncto Fratre aliquo noſtræ Congregationis, quid dicant. Ibid. n. 5. Similiter Clerici, & Conuerſi. Ibid.
Defuncto aliquo Fratre quid fiat. Conſtit. cap.14. num.1. 136.
Sepulto eo quid faciat Prior. Ibid. n. 2. 137.
De bonis Fratris Defuncti, quomodò diſponatur. Ibid. n.3. 137.
DELINQVENTES.
Fratres delinquentes extrà ſuum Conuentum, à quo corripiantur, & puniantur, & quomodò. Conſtit. cap.19. n. 7. 172.
Nè delinquentes, qui macie in delicti pœnam tabeſcere debent, ex nimio victus luxu ſaginati, inſolentiores reddantur, quid fiat. Diffi. recen. Rub.6. cap. 1. n. 4. 340.
DEPOSITVM.
Depoſita qualiter recipiantur. Conſtit. cap. 27. n. 4. 191.
Quomodò cuſtodiantur. Ibid.
Depoſita pecuniaria tam Subditorũ, quam Superiorũ, quomodò ſeruanda,& expendenda. Diff. antiq. Rub. 8. c.2. n.2. & 3. 297.

In quouis Conuentu Priores fieri curent capſam Depoſiti tricla-
uem. Diff. recen. Rub.24. cap.5. n. 2. 405.
Quid in ea reponi debeat. Ibid. Omittentes facere, quam pœnam incurrant. Ibid.

DEPOSITARII.

Duo Depoſitarij in quolibet Conuentu eligantur, & quomodò. Diff. recen. Rub.21. cap.1. n. 1. 393.
Quodnam ſit eorum officium. Ibid. Depoſitarij quem librum habeant. Ibid. num.2. 394.
Tritici aliorumq; fructuum, atquè prouentuum, introitum, & exitum, quomodò notent. Ibid. n.3. Quomodò cuſtodiant. Ibid. Quomodò vendatur. Ibid. Edulia à Procuratore empta Depoſitarijs conſignentur. Ibid. n.4. Quibus danda. Ibid. Quænam ſit eorum cura. Ibid.

DESCRIPTIONES.

Per Deſcriptiones in quouis loco, etiam in parietibus deſignatas, nullus alium infamet. Conſtit. cap.37. n. 3. 268.
Contrafacientes quas pœnas incurrant. Ibid.

DIÆTA.

Diæta quo tempore celebranda ſit, & in quo loco. Conſt. cap. 30. num.84. 247.
Qualis ritus ſeruetur in celebratione Diætæ. Ibid.
Diffinitorium Diætæ eamdem auctoritatem habet, ac Diffinitorium Capituli Generalis. Ibid. n.85. Ex quibus perſonis cõſtare debeat. Ibid. Quis ſit Præſidens in Diffinitorio Diætæ. Ibid.
Pater Vicarius Generalis per duos menſes antè, moneat Diffinitores, & alios, qui ius habent ingrediendi Diffinitorium, de loco, & tempore celebrationis Diætæ. Diff. rec. Rub.26. cap.4. num. 4. 416.
In quo Conuentu Diffinitorium Diætæ congregetur. Ibid. n.5.

DIFFINITIONES.

Diffinitiones noſtræ non obligant nos ad culpam, ſed ſolum ad pœnã. Proœm. Conſt. n.4. 104. Diff.antiq. Rub.18. c.1.n.1. 319.
Quæ dicuntur de Conſtitutionibus, habent locum etiam in Diffinitionibus. Diff. antiq. Rub.16. cap.1. n.10. 315.
Diffinitiones noſtræ licet aliquandò ſimpliciter, & abſolutè aliquid præcipiant, mandent, ſanciant, vel prohibeant, exceptiones tamen legitimæ, ac rationabiles excuſationes, exceptæ intelligantur. Diff. antiq. Rub.18. cap.2. n. 1. 320.
Priores poſtquam ad loca ſua peruenerint, Conſtitutiones, & Diffini-

finitiones noſtræ Congregationis nouiter impreſſas, ad vſum Conuentus ſui deputent. Ibid. cap.3. n.1. 320.
Vbi, & quandò legendæ. Ibid. Prior Regulam, Conſtitutiones, ac Diffinitiones Congregationis legi non faciens, ab officio abſoluendus. Conſtit. cap.29. n.16. 204.
Diffinitiones nouæ non faciendæ, per quas repetantur contenta in Conſtitutionibus, aut Diffinitionibus noſtris. Diff. recen. Rub.29. cap. 2. n.5. 435.
Si quid nouiter ſtatuendum occurrerit, quid fiat. Ibid.
Quid requiratur, vt Diffinitiones huiuſmodi imprimi poſſint, & vim legis obtineant. Ibid.

DIFFINITORES.

Quomodò eligantur. Conſtit. cap.30. n.34. & 35. 223.
Quomodò publicentur. Ibid. n.36. 224.
Quomodò confirmentur. Ibid. n. 37. Quinam eligi poſſint in Diffinitores, & quinam non. Ibid. n.34. Similiter in Viſitatores. Ibid. In Capiculo Generali, quem locum teneant. Ibid. num.37. 224.
Quem ordinem ſeruent inter ſe. Ibid.
Si in electione Diffinitorum, aut Viſitatorum inueniantur aliqui æquales in vocibus, cuiuſnam electio præualere debeat. Ibid. num. 38. 225.
Diffinitores, & Viſitatores debent eſſe Lectores. Diff. recen. Rub. 26. cap.1. n.1. & 2. 412.
Aliæ conditiones in ipſis requiſitæ, quænam ſint. Ibid. n. 3. & 4.
Eorum ſufficientia, quomodò cognoſcenda, & approbanda ſit. Ibid. n.2. Litteras approbationis ad Diffinitoriatum, & Viſitatoriatum quis expediat. Ibid. n. 5.
Patentati quandò eas exhibeant. Ibid. In actibus Capitularibus fiat rotulus approbatorum. Ibid. n. 6. 413.
Extra tempus Capituli Generalis, vel Diætæ Diffinitores, & Viſitatores, quam præcedentiam habeant. Ibid. n.7.
Diffinitores non poſſunt aſſumi in Priores alicuius Conuentus. Ibid. cap.4. num.1. 415.
In Congregationibus intermedijs, ſeù Diætis, loco Diffinitorum abſentium, alij non ſubrogentur. Ibid. n.2.
Si contingat aliquem ex Diffinitoribus fore legitimè impeditum, aut vita, vel officio defungi, loco illius quis ſuccedat. Ibid. n.3.
Prò expenſis itinerarijs Diffinitorum, quænam ſumma ſtatuatur. Ibid. num. 6.

Digitized by Google

DIFFINITORIVM.

Diffinitorium Congregationis noſtræ tempore Capituli Generalis, ex quibus perſonis conſtare debeat. Conſt. cap. 30. num. 39. pag. 225.

Sicut etiam extrà tempus Capituli Generalis. Ibid. In quo caſu pronunciandus ſit aliquis pro Patre addito Diffinitorio. Ibid. Quis eſſe debeat. Ibid.

Habentes litteras Diffinitorio porrigendas, cui tradant, & quandò. Ibid. n. 47. 228.

Quomodò P. Præſidens, cum cæteris de corpore Diffinitorij collegialiter conueniant, & in quo loco. Ibid. n. 48.

Quomodò, & quo ordine conſedeant in Diffinitorio, & ad partita propoſita reſpondeant. Ibid. n. 49. 229.

Quam exhortationem faciat P. Præſidens, omnibus ad Diffinitorium celebrandum congregatis. Ibid. n. 50. 230. Quid præcipiat. Ibid.

Quomodò collegium ſoluant, cum locum Diffinitorij exire voluerint. Ibid. n. 51.

Quomodò legantur, notentur, & reſeruentur litteræ in Diffinitorio. Ibid. num. 52. 231.

Qualiter audientia à Diffinitorio præſtetur, & quibus. Ibid. n. 55. pag. 233.

Qualiter deciſiones, & Diffinitiones, à Diffinitorio fiant. Ibid. num. 56. 234.

Quomodò omnia, quæ in Diffinitorio diſpoſita fuerint, publicè legantur. Ibid. n. 71. 242.

Quomodò Pater Præſidens poteſtatem ſibi, ac Diffinitorio reſeruet. Ibid. n. 80.

Quomodò litteræ Diffinitorio delatæ reſeruentur, vel comburantur. Ibid. n. 82. 245.

Diffinitorium Diætæ, quam auctoritatem habeat. Ibid. num. 85. pag. 247.

DISCIPLINA.

Quomodò, & quandò fieri debeat in communi. Conſtit. cap. 3. num. 6. 111.

Si culpa alicuius Diſciplina ſit digna, Prior det illam ſolus. Conſt. cap. 4. n. 2. 113.

DISCVMBENTES.

Quomodò Prior reſpiciat diſcumbentes, & tumultuosè, vel inhoneſtè ſe habentes coerceat, & puniat. Conſt. cap. 21. n. 6. 177.

Digitized by Google

DISPENSATIO.

Pater Vicarius Generalis in caſibus particularibus Conſtitutionum diſpenſare poteſt, ſed contrarium Conſtitutionibus generaliter ſtatuere nō poteſt. Diff. antiq. Rub. 16. cap. 1. n. 8. 315.
In impoſitis pœnitentijs, & obſeruandis ordinationibus, plenam auctoritatem habet diſpenſandi. Conſtit. cap. 31. n. 7. 250.
Faciat tamen Conſtitutiones, quæ diſpenſationem prohibent obſeruari. Ibid.
Priores, & ſecum, & cum alijs diſpenſare poſſunt, niſi Conſtitutio aliqua, vel Diffinitio diſpenſari contradicat. Proem. Conſtit. num. 3. 103.
Illegitimus non poteſt aſſumi, eligi, vel relinqui, in Priorem, vel Vicarium Conuentus, niſi fuerit cum eo per Sedem Apoſtolicam diſpenſatum. Conſtit. cap. 28. n. 14. 198.

DONARE.

Fratres nihil donare poſſunt. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 4. 358.

DONVM. Vide MVNERA.

DORMITORIVM.

In Dormitorio per totam noctem lampas ardeat. Conſt. cap. 11. num. 2. 130.
Si Prior neglexerit facere, qualiter puniatur. Ibid.
In Dormitorio quid facere poſſint Fratres. Ibid.
Dormire debent Fratres in Dormitorio ſuper ſiſconos, aut paleas. Conſt. cap. 23. n. 15. 184.
Et etiam cum Camiſia, & Scapulari laneis. Ibid. n. 2. 180.
In qualibet Cella Dormitorij quid ſit. Ibid.
Fratres Dormitorium non exeant, nec extrà illud immorentur in albis. Ibid. num. 7. 118.
Contrafacientes quomodo puniantur. Ibid.

E

ECCLESIA.

Quandò de dic aperta eſſe poſſit. Conſt. cap. 12. n. 1. 132.
Nullus in Eccleſia cū Muliere ſolus remaneat. Conſt. c. 9. n. 2. 126.
Sacriſta ornamenta Eccleſiæ cuſtodiat. Conſt. cap. 27. n. 5. 192.
Inhibeat Prior Fratribus diſcurrere per Eccleſiam, & exire quandò in ea diuinum Officium celebratur. Conſt. cap. 29. n. 3. 200.
Prior Eccleſiam, in his, quæ ad ornatum, & decorem ipſius pertinent, ſtudeat ſolicitè conſeruare. Ibid. n. 14. 203.

Digitized by Google

ELECTIO.

Ad trinam electionem, ſeù poſtulationem Priorum quomodò procedatur. Conſtit. cap.28. n.1. & ſeqq. 193.
Quinam ſint illi, qui vocem non habent in electione Prioris. Ibid. num.3. 194.
Fratres qualiter, & quandò electionem Prioris celebrare poſſint. Ibid. num.13. 198.
Quinã eligi non poſſit in Priorem, vel Vicariũ localem. Ibid. n.14.
Prior ſui electionem ad Prioratus officium, vel confirmationem procurans, quam pœnam incurrat. Conſt. cap.29. n.16. 204.
Quinam ad Prælaturas, gradus, & officia Congregationis, & Conuentuum precipuè eligantur. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. num. 29. 364.

ELEEMOSYNA.

Eleemoſynæ prò Miſſis, & diuinis Officijs celebrandis, in quo libro ſcribantur, & vbi reponantur. Conſt. cap.27. n.5. 192.
Si aliquæ notabiles Eleemoſynæ ad manus Prioris, Procuratoris, vel Sacriſtæ, aut alicuius Fratris deuenerint, quid faciendum. Ibid. num. 6.
Prior eleemoſynas, quæ ad manus eius deueniunt, Officialibus Conuentus non reddens, ab officio abſoluendus. Conſt. cap.29. num. 16. 204.
Prædicatores Eleemoſynas, quas occaſione prædicationis habuerint, quibus conſignent. Diff. antiq. Rub.5. cap.3. n.2. 292.
Contrafacientes, vel fraudantes, quas pœnas incurrant. Ibid.
Conuerſi quæſtuantes eleemoſynas, quas receperint, quibus conſignent. Diff. recen. Rub.9. cap.2. n.6. 347.
Si quis ſecus fecerit, qualiter puniatur. Ibid.

EQVVS.

Nullus Frater Equum, aut Iumentum aliud, ad priuatum vſum teneat, ſinè ſpeciali licentia Patris Vicarij Generalis in ſcriptis habita. Diff. antiq Rub.8. cap.11. n. 1. 301.
Contrafacientes, qualiter puniantur. Ibid.

ERROR.

Conuicti, & condemnati per Sanctæ Inquiſitionis Officium, de aliquo errore vehementis ſuſpicionis, quibus pœnis ſubiaceãt. Diff. recen. Rub.5. cap.1. n.3. 339.

EVCHARISTIA.

Viſitatores diligenter inquirant, an Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſiæ reuerenter teneatur. Conſtit. cap.33. n.1. 256.

EXA.

Digitized by Google

EXAMEN.

Ad habitum recipiendi, examinentur diligenter ſuper rudimentis Grammaticalibus. Conſt. cap.15.n.1. 139.

Examen Clericorum faciendum à Patre Vicario Generali, & à Viſitatoribus in actu viſitationis, & circà quæ. Ibid. cap. 3. num. 1. 367.

Studentes, tam Philoſophiæ, quam Theologiæ quotannis examinentur. Diff. recen. Rub.13.cap.1. n.8. 369.

Ad Logicæ ſtudium nemo promoueatur, niſi præuio diligenti examine. Ibid. n. 15. 371.

Ex Studentibus nulli liceat à Philoſophia, ad Theologiæ ſtudium tranſire, niſi fuerit per examen approbatus. Ibid. n. 18. 372.

Studentes ad Lectoratus gradum promouendi qualiter examinentur. Ibid. cap. 2. n. 1. 373.

EXAMINATORES.

Singularum Prouinciarum Congregationis eligantur. Conſtit. cap.30. n. 62. 238.

Examinatores ad Prioratum promouendorum, quomodò, & vbi deputentur. Diff. rec. Rub.24. cap.1. n. 5. 400.

Huiuſmodi deputatio quantum duret. Ibid. Quomodò alius in locum decedentis Examinatoris ſubrogari poſſit. Ibid.

Examinatores deputati, qua prærogatiua potiantur. Ibid.

EXACTOR.

Exactor, ſeù Collector. quomodò eligatur. Diff. recen. Rub.20. cap.1. n.1. 392.

Ad colligenda grana, vinum, & cæteros Conuentus redditus, quinam cum Exactore debeant inuigilare, & quibus conſignari. Ibid. n. 2.

Exactor non exigat anticipatè prouentus maturandos, tempore Succeſſoris Prioris ſui. Ibid. n.3. Contra faciens, quomodò puniatur. Ibid.

Exactor lites alicuius momenti non moueat, nec motas proſequatur, ſinè Patrum Conſilij decreto. Ibid. cap.2. num.1. 393.

Nec finales receptiones faciat, abſquè eorumdẽ licentia. Ibid.

Quænam facultas tribuatur Exactori in Inſtrumento procuræ, & quænam non. Ibid. n. 2.

Exactor quoties, & quandò ſchedulas pecuniarum exactarum legat, & in libro ſcribat. Ibid. n. 3.

Tempore Capituli Generalis exigendorum notam faciat, & quibus præſentet, & conſignet. Ibid. n. 4.

EX-

Digitized by Google

EXCOMMVNICATIO.

Priores ſententiam excommunicationis fulminare prohibentur, ſinè licentia Patris Vicarij Generalis, in ſcriptis habita. Conſtit. cap. 29. n. 17. 204.
Similiter, & eorum Vicarij. Ibid. 205.
Contrafacientes, quas pœnas incurrant. Ibid.
Quomodò Pater Vicarius Generalis ad dandam huiuſmodi licentiam inclinetur. Ibid. n. 18.

EXEMPTIO.

Lectores, qui ſcientias ſpeculatiuas non docent, & prædicationi Verbi Dei non incumbunt, niſi neceſſitas aliter expoſtulet, ab officio Hebdomadarij ſunt exempti. Diff. recen. Rub. 14. cap. 2. num. 4. 377.

EXERCITIVM.

Quotidianum, quomodò faciendum. Conſt. cap. 2. n. 8. 108.

F

FABRICA, vide ÆDIFICIA.

FALSIFICATIO.

Falſificantes litteras, & ſigilla, quas pœnas incurrant. Conſtit. cap. 35. n. 1. & 2. 262.
Falſificantes Indulgentias, Priuilegia, Bullas, & Breuia, aut Inſtrumenta publica, aut Regulam Beati Patris noſtri Auguſtini, vel Conſtitutiones, aut Diffinitiones noſtræ Congregationis, quas pœnas incurrant. Ibid. n. 3.
Per falſificationem, quid intelligatur. Ibid. n. 4. 263.
In pœnitentijs, quæ de falſarijs loquuntur, vel ſimilibus, quomodò addat Pater Vicarius Generalis, vel Diffinitorium. Ibid. n. 5.

FAMILIA.

Familiæ Conuentuum, quomodò diſponantur, & aſſignentur. Conſtit. cap. 30. n. 61. 237.
In deſcriptione familiarum, quis ordo ſeruetur. Ibid.

FAVORES, vide AMBITVS.

FERCVLVM.

Quot fercula miniſtrentur Fatribus in diebus Ieiuniorum. Conſt. cap. 22. n. 1. 178.
Et feſtis eos ſequentibus. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 22. 361.
Quot cæteris diebus. Ibid. Ad cœnam quot dentur. Ibid. Ad collationem in ſero in diebus ieiuniorum, quid detur. Ibid.

FOE-

Digitized by Google

FOEMINÆ.

Fœminas videre non prohibentur Fratres, ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle. Reg. cap. 7. 10.
Fœminas intrà noſtra Monaſteria introducentes, vel ingredi permittentes, quas pœnas incurrant. Diff. rec. Rub.4. c.1. n.8. 338.

FORCERII.

Nullus Frater de loco ad locum transferat forcerios, aut capſas ornatas. Diff. antiq. Rub.8. cap.9. n. 1. 300.

FORESTARIA.

In Foreſtaria, quænam ſint, & quomodò debeat eſſe aptata. Conſt. cap.23. n.16. 184.

FORNICATIO.

Si quis in fornicatione deprehenſus fuerit, qualiter puniatur. Conſtit. cap.36. n. 8. 265.

FVGERE.

Fugiens de carcere, vel de alia pœna, & de Cõgregatione exiens, ſi poſtmodum redierit, vel capi poterit, quibus pœnis ſubiacere cogatur. Conſtit. cap.38. n.3. 269.
Si quis alicui carcerato ad fugiendum, conſilium, auxilium, vel fauorem dederit, ipſe talis in eadem pœna ponatur. Ibid.
Et idem iudicium de cuſtodibus captiuorum. Ibid.

FVGITIVI.

Tamquam Apoſtatæ puniantur Conſtit. cap.20. n. 4. 174.
Fugitiui à Superioribus perquirantur, & ſi opus fuerit in carcerem conijciantur. Diff. recen. Rub.5. cap.1. n.1. 339.
Sua ſponte reuertentibus, vt prodigo filio pœnitenti occurratur, & mitius, cum eis agatur. Ibid.

FVRTVM.

De rebus Monaſterij, in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale, reſeruatur. Conſtit. cap.8. n.4. 122.

G

GALERVS.

Cuius qualitatis, & materiæ eſſe debeat. Conſtit. cap.23. nu. 12. pag. 183.

GENERALIS.

Prior Generalis noſtri Ordinis, ad noſtros Conuentus prò viſitatione veniens, quomodò recipiatur. Diff. rec. Rub.24. cap. 10. num. 1. 409.

Ab

Ab ipſo præſente Capitulo Generali noſtræ Congregationis, Præſidentis officium exerceri debet. Conſt. cap.30. n.6. 208.
Ipſo Defuncto quænam, & à quibus fieri debeant prò ipſo ſuffragia. Conſt. cap.6. n. 4. 117.

GRAMMATICA.

Studio Grammaticæ Fratres noſtri præſertim incumbant. Diff. antiq. Rub.13. cap.1. n.1. 309.
Studium Grammaticæ vigeat in Conuentu Cremæ, & in alijs Conuentibus. Ibid. n. 2.
Ad diſcenda Grammaticæ rudimenta, quis ineptus iudicetur. Ibid. cap.2. n. 2. 310.
Prò Clerico ad habitum recipiendus diligenter examinetur ſuper rudimentis Grammaticalibus. Conſt. cap. 15. n. 1. 139.

GRATIARVM ACTIO.

Quomodò Fratres, finito prandio, gratias Deo agant. Conſtit. cap.21. n.7. 177.
Quomodò idem præſtent in Cœna Domini, & in Paraſceue Ibid. n. 8. 178

H

HABITVS.

Niger ſemper, & vbiquè, in quocumque loco, & tempore à Fratribus noſtræ Congregationis deferatur. Conſt. c.23. n.7. 181.
In Cellis tamen, aut etiam in Dormitorio præſertim æſtiuo tempore, poſſunt eſſe ſinè habitu nigro, & cum ſolo Tunichino albo. Ibid. Suprà quem tunc Scapulare paruum portare teneantur. Ibid. Numquam tamen coram Sæcularibus. Ibid. Contrafacientes qualiter puniantur. Ibid.
Priores non permittant Commiſſis, extrà Cellam, ſinè habitu per Conuentum incedere. Diff. recen. Rub.9. cap.1. n.2. 346.

HORA.

Codices certa hora, ſingulis diebus petantur. Reg. cap. 11. 14.
Extrà horam, qui petierit non accipiat. Ibid.15.
Quandò aliquis nō poteſt ieiunare, non tamen extrà horā prandij aliquid alimentorum ſumat, niſi cum ægrotat. Reg. c.5 9.
Nè quis in Conuentu aliquid alimentorum cibi, aut potus, extrà horas conſtitutas ſumat, prohibetur, abſquè Superioris licentia ſpeciali, niſi cum ægrotat. Diff. antiq. Rub.7. c.1. n.4. 295.
Fratres ſurgentes ad Matutinum, ſic tempora moderentur noctium breuium, & longarum, quod potuerint ad minus quin-

Digitized by Google

que horis dormiuiſſe, aut ſeptem ad plus. Diff. antiq. Rub. 1. cap. 1. n. 1. 283.
Aliæ verò horæ quo tempore poſſint dici. Ibid.
Horæ diurnæ in omnibus diebus, exceptis Dominicis, & Feſtis de præcepto, quomodò dicantur. Ibid. cap. 2. n. 3. 284.
Diebus verò Dominicis, & Feſtis de præcepto, infrà hebdomadam occurrentibus, quomodò dicantur. Ibid. n. 4. 285.
HORÆ CANONICÆ, vide OFFICIVM DIVINVM.

HOMICIDIVM.

Si quis vſquè ad homicidium dilaberetur, quam pœnam incurreret. Conſt. cap. 36. n. 4. 264.

HOSPITES.

Qualiter recipiantur. Conſt. cap. 19. n. 1. 169.
Hoſpites noſtrę Cōgregationis, qualiter ſe habeāt. Ibi. n. 3. 170.
Cum quibus hoſpitibus poſſit Prior comedere, & qua ratione. Ibid. num. 1. & num. 3.
Recumbentibus hoſpitibus quinam compareant. Ibid.
Hoſpites nocturno, aut ſilentij tēpore veniētes, quid faciant. Ibid.
Poſt exhibitam hoſpitibus humanitatem competentem ſi vlterius in domo moram traxerint, quomodò ſe habeant. Ibid. num. 4. 170.
Si hoſpites aliquod negotium habuerint Prior loci, quid faciat. Ibid. n. 5. 171.
Quam pœnam incurrat Superior localis, qui non receperit hoſpites charitatiuè. Ibid. n. 8. 172.
Hoſpites, cum omni charitate, & humanitate ad hoſpitium recipiantur, & quinā maximè. Diff. antiq. Rub. 12. cap. 1. n. 1. 306.
Hoſpitibus, & præcipuè Conuentualibus, quinam ſe iungere, & loqui permittantur. Ibid. n. 2. Conuentuales, non comedant in Refectorio cum Fratribus noſtris, ſed in hoſpitio. Ibid.
Fratres ſcandaloſi in locis noſtris non recipiantur, & quomodò ad Superiores remittantur. Ibid. cap. 2. n. 1. 307.
Fratres noſtræ Congregationis ad loca noſtra venientes, quomodò ſe habere debeant. Ibid. cap. 3. n. 1.
De Fratrum vagatione, Prior loci, memoriam in ſcriptis teneat. Ibid. Eamdem quibus oſtendat. Ibid.
Quicumque Superior loci, Fratres ſinè licentia venientes, retinere præſumpſerit, quam pœnam ſuſtineat. Ibid. n. 2.
Hoſpitibus ſi de longè venerint, aut aliàs feſſi fuerint, Foreſtarij charitatiuè pedes lauent. Ibid. cap. 4. num. 1.

Om-

Digitized by Google

Omnes lotioni huiuſmodi, tam actiuè, quam paſſiuè intereſſentes, quot annos Indulgentiarum lucrentur. Ibid. n. 2. 308.
Nemo ad loca, in quibus ſunt Conuentus noſtræ Congregationis veniens, in domibus Sæcularium audeat quoquomodo comedere, aut moram trahere, vel pernoctare, niſi prius Priori Conuentus noſtri ſe præſentet, & ab eo licentiam obtineat. Conſtit. cap.20. n.9. 175.
Contrafacientes, quibus pœnis plectantur. Ibid.
Hoſpites, ſi fuerint Sacerdotes, Miſſam quotidiè celebrare, & prò Conuentu, in quo reperiuntur, ſacrificium offerre tenentur. Diff. recen. Rub.2. cap.4. n. 1. 328.
Vicarius Conuentus libellum habeat, ſuper quo nominatim, & diſtinctè ſcribat omnes hoſpites prætereuntes. Diff. recen. Rub.23. cap.1. num.3. 397.

I

IANVA.

Cuſtodia Ianuæ cui iniungatur à Priore. Diff. recen. Rub.4. cap. 1. num. 1. 337.
Si quis ad imitationem clauium Conuentus, de alijs clauibus, vt Ianuam ipſius Conuentus, ad ſui libitum aperire valeat, ſibi prouiderit, quomodò puniatur. Ibid. n. 5. 338.
In ſero diligenter exploret Vicarius, vtrum Ianuæ Conuentus ſint clauſæ nec nè. Diff. recen. Rub.23. cap. 1. n. 2. 397.

IANITOR.

Quas qualitates habere debeat. Diff. recen. Rub.4. cap.1. n.1. 337.
Ianitor Conuentus Ianuam ſemper clauſam teneat. Ibid.
Quibus aperiat. Ibid.
In tabella propè Ianuam appenſa Fratres deſcriptos habeat, & ad quem finem. Ibid. n. 2.
Cum aliquis Ianuam pulſauerit, citò adſit. Ibid. n. 3. Sæculares tamen, etiamſi Fratres aliquos vocent, ſecundum Clauſtrum ingredi, multòquè minus ad Dormitoriũ accedere, nõ permittat, & ſub qua pœna. Ibid. Quinam Sæculares excipiantur. Ibid.
Ianitor blandis verbis Sæculares propè Ianuam detineat. Ibid.
Sinè ſtrepitu, & vociferatione, vocatos admoneat. Ibid.
Si quis Fratrum Sæculares in prædicta loca introducere auſus fuerit, qualiter puniatur. Ibid.
Ianitor, Eleemoſynas pauperibus, quomodò diſtribuat. Ibid. num.4. 338.

Priores, qui de ſufficienti Ianitore Portam non prouiderint, aut Conuentus clauſuram neglexerint, quomodò, & à quibus puniantur. Ibid. n.6.
Vicarius nocturno tempore claues cuſtodiat, eaſdem Oſtiario, ſeù Ianitori de mane reſtituendas. Diff. rec. Rub.23. c.1. n. 2. 397.
Ianitor quomodò cauere debeat, nè Fratres ſolicitet ad exeundum. Conſtit. cap. 12. n. 2. 132.
Oſtiarius, ſeù Ianitor, quomodò hoſpites ſuſcipiat. Conſt. cap.19. num.1. 169.
Introductis eis quid faciat. Ibid. Qualiter ad Priorem accedens, denunciet eos adeſſe. Ibid.
Oſtiarius, ſi veniant aliqui Fratres noſtræ Congregationis, ſinè litteris Patentibus Patris Vicarij Generalis, quid faciat. Conſt. cap.20. n.4. 174.

IEIVNIVM.

Fratres à Feſto Omnium Sanctorum, vſquè ad Natiuitatem Domini excluſiuè ieiunium ſeruent. Conſt. cap.22. n.1. 178.
Quot fercula miniſtrentur Fratribus in diebus ieiuniorum. Ibid.
Quam pœnam incurrat, qui ieiunium huiuſmodi violare præſumpſerit. Ibid. n. 2. 179.
Tempore ieiuniorum, quandò Fratres conueniant ad collationem. Ibid. n. 4.
Quid faciendum poſt collationem. Ibid.
Quandò ieiunatur, ad collationem aliquid de fructibus, ſemper cum pane apponatur. Diff. recen. Rub.11. cap.1. n. 22. 361.
Vltrà ieiunia in Conſtitutionibus noſtris, & ab Eccleſia inſtituta, quibus diebus ieiunare debeant Fratres. Diff. antiq. Rub. 7. cap.1. n. 2. 275.
Fratres in Paraſceue quibus reficiantur. Ibid.
Quinam ad ieiunia noſtra non teneantur. Ibid. n. 3.
Ea tamen ſinè Prioris licentia nemo violare præſumat. Ibid.
Quid dicendum de itinerantibus, qui eodem die ad locum noſtræ Congregationis accedere, vel redire non poſſunt. Ibid.
Carnem ſuam domare iubentur Fratres ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus. Reg. cap.5. 9.
Quandò aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extrà horam prandij, aliquid alimentorum ſumat, niſi cum ægrotat. Ibid. Diff. antiq. Rub.7. c.1. n.4. 275. Diff. rec. Rub.11. c.1. n.23. 361.
Nullus Frater noſtræ Congregationis in Ciuitatibus, Terris, & locis, vel Suburbijs, in quibus ſunt noſtri Conuentus, extrà

Con-

Conuentum, in domibus Sæcularium, comedere audeat, aut bibere. Diff. antiq. Rub.7. cap.2. n.1. 296.

INCARCERATI.

Habitu careant Profeſſorum. Conſt. cap. 38. n.4. 270.

INCORRIGIBILES.

In Capitulo Generali eligantur ſex Patres prò Incorrigibilibus eijciendis. Conſtit. cap.30. n.62. 238.

Incorrigibilitas quænam ſit. Conſt. cap. 43. n. 1. 276.

Incorrigibilis, quomodò eijciendus. Ibid. n. 2.

INDVLGENTIA.

Qui Indulgentias deſtruere, ſalſificare, vel occultare præſumpſerit, quas pœnas incurrat. Conſt. cap.35. n.3. 262.

Lotioni pedum, tam actiuè, quam paſſiuè intereſſentes, quam Indulgentiam lucrentur. Diff. antiq. Rub.12. cap.4. n.2. 308.

INFAMARE.

Litteræ infamatoriæ per quas poſſit Ordo, vel Congregatio noſtra, ſeù aliquis Frater Ordinis, & Congregationis noſtræ infamari omninò prohibentur. Conſtit. cap. 37. n. 3. 268.

Nequè quis per rythmos, vel cantilenas, aut quaſuis cedulas, vel libellos, aut deſcriptiones in quouis loco, etiam in parietibus deſignatas, aliquem infamet. Ibid.

Contrafacientes, quas pœnas incurrant. Ibid.

INFAMIS.

Abſoluendus eſt à Prioratu, qui inter Sæculares eſt infamis, licet per Fratres probari non poſſit. Conſtit. cap.29. n. 16. 204.

INFIRMI.

Melius tractandi in victu. Reg. cap. 6. 9.

Ægrotantes neceſſe habent minus accipere, nè grauentur. Ibid. 10.

Poſt ægritudinem ſic tractandi ſunt, vt citius recreentur. Ibid.

Nec cibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos neceſſitas leuarat infirmos. Ibid.

Si latens eſt dolor in corpore infirmi, famulo Dei dicenti quid ſibi doleat, ſinè dubitatione credatur. Reg. cap. 10. 14.

Circà Fratres infirmos, caueat nè ſit negligens Prior. Conſtit. cap.13. n.1. 133.

Cura de eis antè omnia, & ſuper omnia eſt habenda. Ibid.

Qui leuiter infirmantur, conſueta ieiunia non frangant, nec cibos Refectorij vitent. Ibid. Quænam ſit infirmitas leuis. Ibid.

Quænam ſit infirmitas grauis. Ibid. Qui grauiter infirmantur, eorum cura cui iniungenda. Ibid.

Prior

Prior ſæpè viſitet infirmos. Ibid. De quo moneat, ad quid hortetur, ad quid ſolicitè intendat. Ibid. Aliter faciens qualiter puniendus, & à quibus. Ibid. Super quibus P. Vicarius Generalis, & Viſitatores excitantur, & grauantur in conſcientia. Ibid. Et omittentes grauiter puniendi iudicantur per Capitulum Generale. Ibid. 134.
Infirmi ad ſilentium, quandò teneantur, & quandò non. Ibid. num. 2. 134.
Prior infirmos, qui in conualeſcentia ſunt, ſi fuerint inquieti, qualiter increpet, & pœnam eis imponat, quam ſuſtinere, quandò cogantur. Ibid.
Infirmi debent intendere parcitati. Ibid. n. 3. Quid cauere debeant. Ibid. Quos cibos non exquirant. Ibid.
Infirmi poſt conſecutam de infirmitate conualeſcentiam redeant ad Conuentũ Ibid. n.4. Signa conualeſcentiæ quænã ſint. Ibid.
Quomodò compellendus, qui poſt huiuſmodi ſigna redire pigritabit ad Conuentum. Ibid.
Si quis extrà Conuentum ſuæ conuentualitatis, in aliquo loco noſtræ Congregationis fuerit infirmatus, ad quid Prior, & Fratres illius loci teneantur. Ibid. n. 7. 135.
De quibus infirmis intelligatur. Ibid.
Cum aliquis Frater infirmatur, quam curam habeat Prior. Conſt. cap. 14 n. 1. 136.
Similiter ſi incipiat grauari. Ibid. Et ſi admodum poſteà grauetur, vt de eius non videatur deberi, aut poſſe ſperari ſanitate, quid faciendum. Ibid. per totum.
Prior, qui infirmos ſui Conuentus ſæpè non viſitauerit, & eos diligenti cura Medici, & Medicinalium curari non fecerit, & eis ſufficienter neceſſaria per Infirmarium ſolicitum, & deputatum miniſtrari non fecerit, ab officio eſt abſoluendus. Conſt. cap. 29. n. 16. 203.
Infirmi poſſunt in linteaminibus lineis, & materatijs laneis iacere. Conſt. cap. 23. n. 17. 185.
Cum Infirmis, vel debilibus ſplendeat Prioris diſcretio, & charitas. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 21. 361.
Prò infirmis in quolibet Conuentu valetudinarium certo, ac ſalubri loco, pro Fratrum numero, quantum fieri poteſt capax reperiatur. Diff. recen. Rub. 7. cap. 1. n. 1. 341.
Si Valetudinarium in aliquo Conuentu, aut non poſſit, aut non debeat inſtitui, quid faciendum. Ibid. n. 2.
Quæ-

Quænam ſuppellectilia ſint in Valetudinario. Ibid. n.3. Cui conſignētur. Ibid. Quis clauem Valetudinarij tenere debeat. Ibid.

INFIRMARIVS.

Infirmorum curam vni ex Fratribus, cuius cor poſſideat timor Dei, Prior iniungat. Conſt. cap.13. n. 1. 133.
Qui eis cum omni charitate neceſſaria die, noctuquè miniſtret. Ibid. Et ſi ſolus non ſufficiat coadiutor detur eidem. Ibid.
Infirmarij, quamdiù ſunt in miniſterio infirmorum occupati, ſub ſilentij lege non ſint. Ibid. n. 5. 135.
Debent tamen ipſi ſermones ſuos moderari, & quarè. Ibid.
Quænam ſæpè debent intimare Priori. Ibid.
In hora egreſſionis animæ à corpore infirmi, ad ſignum Infirmarij, vel Sacriſtæ, ſinè mora omnes Fratres conueniant circà eum. Conſtit.cap.14. n.1. 136.
Quænam ſuppellectilia Infirmario conſignentur. Diff. recen. Rub.7. cap.1. n.1. 342.
Infirmarius Clauem Valetudinarij ſolus habere debet. Ibid.
Si vnicus Infirmarius nō ſufficiat, alter à Priore addatur. Ibid.n.4.
In grauioribus infirmitatibus, cum Medicus aduenerit, aliquis Sacerdos aſſiſtat. Ibid.

INSTRVMENTA.

Qui Inſtrumenta publica deſtruere, falſificare, occultare, vel alienare præſumpſerit, quā pœnā incurrat. Conſt. cap.35. n.3. 262.

INVENTARIVM.

Quilibet Prior, ſingulo anno, quod inuentarium faciat. Diff. antiq. Rub 8. cap.6. n.1. 300.
Quibus oſtendat. Ibid.
Quot, & quæ inuentaria faciant Priores in ſuo Conuentu. Diff. antiq. Rub.17. cap.2. n. 1. & ſeqq. 317.
Contrafacientes quam pœnam incurrant. Ibid. n. 3.
Suppellectilia in Valetudinario exiſtentia, ſint in inuentario deſcripta. Diff. recen. Rub 7. cap.1. n.3. 341.
Quilibet Frater noſtræ Congregationis, ſtatim ac ad Conuentum ſibi per Capitulum Generale, aut alias aſſignatum peruenerit, quod Inuentarium faciat, & ſub qua pœna. Diff. rec. Rub. 11. cap.1. n.31. 365.
Quoties illud renouare, cui, & qualiter conſignare teneatur. Ibid.
Priores hanc Diffinitionem, ab omnibus ſui Cōuentus Fratribus, executioni mandari faciant, & inuiolabiliter obſeruari, & ſub qua pœna. Ibid.

Pater

Pater Vicarius Generalis, & Viſitatores, tempore viſitationis, ſuper hoc diligenter inquirant. Ibid.
Inuentarium bonorum Fratrum decedentium à Priore fieri debet, & quomodò. Diff. recen. Rub.8. cap.1. n.6. 343.
Cum quo collationari, & vbi ſeruari. Ibid.
Bona Fratrum decedentium vendita, in eodem inuentario ſcribantur, & quomodò, & ſub qua pœna. Ibid. n. 10. 345.
Fraudulenti in conficiendo huiuſmodi inuentario, qualiter condemnentur, & puniantur. Ibid. n.11.
Per inuentarium omnium librorum Bibliothecario, libri Bibliothecæ conſignentur. Diff. recen. Rub.17. cap.1. n.3. 382.
In omni Sacriſtia, quodnam inuentarium ſit. Diff. rec. Rub. 18. cap.1. n 5. 386.
Cui conſignetur, & coram quibus. Ibid. A quibus ſit ſubſcriptũ. Ibid. 387.
Quoties renouetur. Ibid.
Syndici quodnam Inuentarium conficere debeant. Diff. recen. Rub.22. cap.1. n.4. 395.
A quibus debeat ſubſcribi, & apud quem remanere. Ibid.
Cui conſignari. Ibid. Quoties renouari. Ibid.
Inuentarij exemplar de ſuppellectilibus prò qualibet Cella aſſignatis, vbi ponatur, & à quo ſit ſubſcriptum. Ibid. n.5. 396.
Priores quodnam Inuentarium conficiant, & ſub qua pœna. Diff. recen. Rub.24. cap.6. n. 1. 406.

IRREGVLARITAS.

Prior ſuper Irregularitate diſpenſandi auctoritatem non habet. Conſt. cap.29. n.1. 199.
Super Irregularitatem poteſt Vicarius Generalis, auctoritate Apoſtolica, cũ ſuis Fratribus diſpenſare. Conſt. c. 31. n. 1. 249.

ITER.

Itinerarium diſcedentes recitent Fratres antè Altare maius, die ſequenti non reuerſuri. Conſtit. cap.19. n. 6. 171.
Cum redierint, quas preces dicant. Ibid.
Iter ordinarium vnius diei, ſit decem milliarium. Conſt. cap.30. num. 79. 244.
Itinerantes ieiunare non tenentur. Diff. antiq. Rub. 7. cap. 1. num. 3. 295.
Itinerantes, qui eodem die ad locum noſtræ Congregationis accedere, vel redire non poſſunt, quos cibos comedere poſſint. Ibid.

Digitized by Google

IVDICES.

Cauſarum Capituli, quomodò eligantur, & quot ſint. Conſtit. cap. 30. n. 53. 232.
Quodnam ſit eorum officium. Ibid.
Iudices tam Ordinarij, quam Delegati, nihil omninò muneris, à Fratribus recipiant. Diff. rec. Rub. 26. cap. 2. n. 2. 414.

IVRAMENTVM.

Prior, & duo Fratres deputati, atteſtationem iuratam de idoneitate Nouitij, ad habitum recipiendi, Patri Vicario Generali tranſmittunt. Conſtit. cap. 15. n. 2. 140. & n. 15. 152.
Vendentes res Fratris defuncti iurant de veritate, & fidelitate. Diff. recen. Rub. 8. cap. 1. n. 10. 345.
Cancellarius Conſilij iurat de ſecreto, & de fidelitate ſeruandis. Diff. recen. Rub. 25. cap. 1. n. 5. 411.
Secretarius Congregationis nouiter aſſumptus, iurat in manibus Patris Vicarij Generalis electi, ſe ſecretum ſanctè ſeruaturum. Diff. recen. Rub. 27. cap. 1. n. 4. 418.

L

LAICI, vide CONVERSI.

LAMPAS.

Ad Altare, vbi Sanctiſſimum Ieſu Chriſti Corpus ſeruatur, Lampas, cum oleo oliuarum, diu, noctuquè ſemper luceat. Diff. recen. Rub. 18. cap. 1. n. 2. 386.
Nec ab ea alenda paupertas Conuentus excuſet. Ibid.
In Dormitorio per totam noctem Lampas ardeat, & luceat clarè. Conſtit. cap. 11. n. 2. 130.
Quod ſi Prior neglexerit quomodò arguatur, & puniatur. Ibid.

LÆSIO.

Quicumque aliquem læſerit, meminerit ſatisfactione, quam citius curare quod fecit, & ille, qui læſus eſt ſinè diſceptatione dimittere. Reg. cap. 12. 15.
Si quis enormi læſione, atrocem iniuriam in perſonam Clericali priuilegio decoratam intulerit, quas pœnas incurrat. Conſtit. cap. 36. n. 3. 264.
Quænam læſio dicatur enormis. Ibid.

LECTIO.

Lectiones in primo Clauſtro fieri non prohibentur. Conſt. cap. 11. num. 1. 130.

In Dormitorio lectioni vacare poterunt Fratres. Ibid. n. 2.
Ad lectionem in Conuentibus noſtris, Sæculares, quomodò de gratia ſpeciali admittendi. Diff. antiq. Rub. 13. cap. 4. n. 1. 310.
Lectiones fiant in publicis locis. Diff. recen. Rub. 13. c. 1. n. 2. 368.
Priores aſſignent Lectoribus loca, in quibus commodè, & decenter legere poſſint. Ibid. Lectiones dictent Lectores per ſe ipſos, & non per alios. Ibid. Nec Studentibus tradant ſcripta ad conſcribendum, & ſub qua pœna. Ibid. Suprà quod inuigilent Priores. Ibid.
Lectio tam Theologica, quam Philoſophica, quandò fiat, & quanto tempore perduret. Ibid. n. 3. Huiuſmodi tempus, qualiter diſtribuatur. Ibid.
Nulla lectio feria quinta dictetur. Ibid. n. 10. 370.
Niſi aliquis dies Feſtus infrà hebdomadam occurrat. Ibid.
Quibus temporibus lectiones vbiquè ceſſare poſſint. Ibid. n. 11.
Lectio caſuum Conſcientiæ habenda in ſingulis Conuentibus, & à quibus, & ſub quibus pœnis. Diff. rec. Rub. 14. cap. 2. n. 2. 376.
Ad eam quinam conueniant. Ibid.
Quinam Lectores ad lectionem caſuum Coſcientiæ bis in hebdomada habendam omninò teneantur. Ibid. n. 3. 377.
Recuſantes, aut legere omittentes, quas pœnas incurrant. Ibid.

LECTORES.

Quos tractatus Philoſophicos, & Theologicos, infrà tempus cuilibet præfixum tantumodò, nequè citius nequè tardius perlegere, & abſoluere valeant. Diff. rec. Rub. 13. cap. 1. n. 6. & 7. 369.
Lectores huiuſmodi ordinem nullo modo infringere, peruertere, aut mutare præſumant, & ſub qua pœna. Ibid. n. 4. 368.
Lectores, ſi præter vacationes eis aſſignatas, lectiones aliquas infrà annum omiſerint, & cauſa omiſſionis non fuerit à Patre Vicario Generali tamquam legitima approbata, annus lecturæ eis non computetur. Ibid. n. 12. 371.
Non ſic autem ſi ad Comitia Generalia prò Diſputatione, vel Concione habenda vocentur, aut tempore Quadrageſimæ ad prædicandum mittantur. Ibid. Non verò ſi tempore Aduentus, prædicationis gratia lectionem omittant. Ibid.
Tam Lectores, quam Studentes, quam atteſtationem habere debeant, & Patri Vicario Generali quotannis exhibere, & ſub qua pœna. Ibid. n. 13.
Lectores actu legentes, quam Doctrinam ſequantur, & Studentibus explicent, & ſub qua pœna. Diff. rec. Rub. 14. c. 1. n. 1. 374.

Quid

Digitized by Google

Quid requiratur ad hoc vt aliquis in Diffinitorio Capituli Generalis, vel Diætæ impetrare poſſit locum ſuper omnes Fratres, qui locum ſuæ Profeſſionis tenent, & hoc tam ratione lecturæ, quam prædicationis. Ibid. n. 2.

Et vlterius non ſolum locum, ſed etiam vocem actiuam in Capitulo Generali, perpetuò, vel ad tempus. Ibid.

Quænam loca intelligenda ſint inſigniora ad ſupradictum effectum ratione prædicationis. Ibid. n. 3. 375.

Tempus lecturæ, vel prædicationis, quomodò conſtare debeat. Ibid. n. 4. Nec Pater Vicarius Generalis, aut Diffinitorium ſuper hoc diſpenſare poſſunt. Ibid.

Debent tamen ergà Fratres noſtros, & in ſtudijs à Patre Vicario Generali inſtitutis, lecturam exercuiſſe. Ibid. n. 5. 376.

Qui ratione lecturæ, ſiuè prædicationis locum ſuper alios obtinuerint, eumdem locum, & prærogatiuam retineant, etiam reſpectu eorum, qui locum poſt ipſos aſſecuti fuerint, licet profeſſione anteriores. Ibid. n. 6.

Lectores, qui lecturas ſcholaſticas actu non exercent, aut prædicationibus non ſunt addicti, iuſſu Prioris, quid docere teneantur, & ſub qua pœna. Ibid. n. 7.

Ijdem ſe præſentent Ordinarijs locorum, prò Confeſſionibus Sæcularium audiendis, & ſub qua pœna. Ibid. cap. 2. n. 1. 376.

Lectores, qui ſcientias ſpeculatiuas non docent, & prædicationi Verbi Dei non incumbunt, ad quam lectionem teneantur, & ſub qua pœna. Ibid. n. 3. 377.

LECTORATVS.

Nullus ad Lectoratus gradum promoueatur, qui non ſit Sacerdos, & per decem annos ſcientijs ſpeculatiuis non ſtuduerit. Diff. recen. Rub. 13. cap. 1. n. 4. 368.

Studentes ad Lectoratus gradum, qualiter promoueantur. Ibid. cap. 2. n. 1. 373.

In promotione ad Lectoratum, ità omnia ibi diſpoſita obſeruentur, vt aliquo non ſeruato, totum quod geſtum fuerit, irritum ſit, & inane. Ibid.

Si quis fortè veniens ab aliena Religione, Lectoratus gradu inſigniri petierit, qualiter audiatur, & quomodò approbandus. Ibid. num. 2. 374.

LEGES.

Vanum eſſet condere leges, niſi ſit, qui eas faciat obſeruari. Diff. antiq. Rub. 16. cap. 1. n. 1. 313.

Digitized by Google

LIBRI.

Quinam habeantur ad vſum Chori, & Bibliothecæ Conuentus. Conſtit. cap.34. n.1. 260.

Quomodò, cuius manu, & ſub qua pœna, libri ad vſum Fratrum concedendi, vel conceſſi, in fronte primi folij debeant inſcribi. Diff.antiq.Rub.8. c.7. n.1. 300. Diff.rec. Rub.11.c.1. n.19. 360.

Nullus libros à ſe editos, aut alios quoſcumque imprimi faciat, abſque Patris Vicarij Generalis licentia ſpeciali, in ſcriptis habita, & ſub quibus pœnis. Diff. antiq. Rub.8. c.8. n. 1. 300.

Libros, quos Fratres acquiſierint, qualiter apud ſe retinere poſſint. Diff. recen. Rub.11. cap.1. n.17. 360.

Libri Fratrum decedentium cuius Conuentus ſint. Diff. recen. Rub.8. cap.1. n.2. 342.

LICENTIA.

Prior non det licentiam Fratribus ſui Cōuentus eundi de loco ad locum per Congregationem, vel extrà eam ſinè litteris patentibus P. Vic. Gener. vel eius Viceſgerentis. Conſt. c.20. n.2. 173.

Contrafacientes à P. Vicario Generali puniantur. Ibid.

Fratres, qui ſinè licentia de Congregatione abierunt, ſi veniant ad aliquē Congreg. locū, recipiantur in Carceribus. Ibid. n.5. 174.

Si verò veniant ex his, qui cum licentia abierunt, quomodò recipiantur. Ibid.

Nullus Frater etiam aſſociatus, extrà ſeptam loci, ſinè licentia ſui Prioris exeat. Ibid. n. 6. 174.

Si quis cum deliberatione id feciſſe deprehenſus fuerit, quam pœnam incurrat. Ibid.

In omnibus licentijs dandis Fratribus à noſtra Congregatione ſegregandis, quænam clauſula inſerenda ſit. Diff. antiq. Rub. 3. cap.1. n.1. 287.

LINTEAMINA.

In quolibet lecto ſint duo linteamina lanea. Conſt. c.23. n.15. 184.

Infirmi in linteaminibus lineis iacere poſſunt. Ibid. n. 17. 185.

Similiter valdè ſenes, hoc eſt ſexagenarij. Ibid.

Alij Fratres in linteaminibus lineis, cū in Conuentu ſibi aſſignato fuerint, nō iaceant, & alibi quantū poſſunt honeſtè vitent. Ibid.

LITES.

Nullas habeant Fratres, aut quā celerrimè finiant. Reg. c.12. 15.

Nemo ſinè Patris Vicarij Generalis licentia ſpeciali, in ſcriptis habita, alicuius litigioſæ cauſæ in foro exteriori decidendæ, commiſſionem accipiat. Diff. antiq. Rub.13. cap.5. n. 1. 310.

A Sæ-

A Sæcularium negotijs, & litibus tractandis Fratres noſtri omnimodè abſtineant. Diff. recen. Rub.3. cap.3. n.2. 332.
Quod ſi propter ineuitabilem neceſſitatem in talibus ſe immiſcere cogantur, quomodò id faciant. Ibid. Tranſgreſſores, qua pœna puniendi. Ibid.

LITTERÆ.

Fratres noſtri ſine litteris Patentibus Patris Vicarij Generalis, ſi à Conuentu ſuo recedere præſumpſerint, venientes ad alium Congregationis locum, quomodò recipiantur, & puniantur. Conſtit. cap. 20. n.4. 173.
Dum in loco ſteterint, quomodò ſe habeant. Ibid. 174.
Si ad Conuentum ſuum redire voluerint, ire permittantur, ſed non impuniti. Ibid. Si inueniatur, quod ſint fugitiui, tamquā Apoſtatæ puniantur. Ibid.
Litteræ poſtulatoriæ Priorum, quomodò ſcribantur. Conſtit. cap.28.n.8. 196.
Quibus ſint directæ. Ibid. Cuius tenoris ſint. Ibid.
A quibus ſubſcribantur. Ibid. n.9. 197.
Quo ſigillo ſigillentur. Ibid. Per quem ad Capitulum Generale tranſmittantur portandæ. Ibid. Quam ſupraſcriptionem habeant. Ibid.
Quomodò aperiantur, & per Secretarium Congregationis legantur litteræ Capitulo noſtro Generali directæ. Conſtit. c.30. num. 20. 215.
Qualiter ſeruentur, & conſignentur. Ibid.
Litteræ Capitulares Cōuentuum, & aliæ Diffinitorio porrigendæ, quandò, & cui tradantur. Ibid. n.47. 228.
Quomodò colligantur, & præſententur. Ibid.
Litteræ Diffinitiorio directæ, quomodò, & quandò legantur. Ibid. num. 52. 231.
Quomodò quidquid ex litteris ipſis lectis decidendū, reſpondendum vè ſit, notetur. Ibid. Ex litteris electionum Conuentuum ſingulorum quid prænotetur. Ibid.
Quomodò litteræ huiuſmodi lectæ in diuerſis filis infigantur, & reſeruentur. Ibid. 232. Cancellarij informandi de litteris reſponſiuis, & alijs. Ibid. n. 54. 233.
Dedecus eſt litteris non reſpondere, præcipuè Principum, ac Prælatorum. Ibid.
Quomodò litteræ huiuſmodi in ſuis filis infixæ producantur in medium, & reſeruentur, vel comburantur. Ibid. n.82. 245.

Prio-

Priores antequam à loco celebrati Capituli Generalis recedant, à P. Vicario Generali, quas litteras habeant. Ibid. n. 83. 246.
Quandò, & vbi legantur. Ibid.
Litteras, vel Sigilla Reuerendiſſimi Patris Prioris Generalis noſtri Ordinis, aut Eminentiſſimi Cardinalis Protectoris noſtri, vel Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis, ſeù Viſitatorum, aut Priorum localium, vel aliorum Superiorum, & Officialium publicorum noſtræ Congregationis, deſtruere, aperire, occultare, aut falſificare præſumentes, quam pœnam incurrant. Conſt. cap. 35. n. 1. 262.
Qui de litteris Reuerendiſſimi Patris Prioris Generalis, aut Eminentiſſimi Protectoris, vel Patris Vicarij Generalis noſtræ Congregationis, aliquod prædictorum facere præſumpſerit, vltrà prætaxatam pœnam, ſententiam etiam excommunicationis eo ipſo incurrat. Ibid. n. 2.
Litteræ infamatoriæ omninò prohibentur. Conſt. c. 37. n. 3. 268.
Mittentes, quas pœnas incurrant. Ibid.
Litteras ſinè proprio nomine nullus mittat, aut mitti faciat, vel procuret, aut conſentiat. Ibid. n. 4. Contrafacientes, qualiter puniantur, & quam pœnam incurrant. Ibid.
Litteræ miſſiuæ Fratrum, Superioribus dumtaxat ipſius Prioris exceptis, nulli mittantur, niſi Prior ſuus eas totaliter perlegerit, & conceſſerit, ac ſigillo ipſius Prioris ſigillatæ, aut manu propria eiuſdem ſubſcriptæ non fuerint. Receptas verò ab alijs, ſtatim Priori ſuo aperiendas, & perlegendas præſentent. Diff. antiq. Rub. 6. cap. 1. n. 1. 293.
Cõtrafacientes, tã Priores, quã Subditi, qualiter puniãtur. Ibid.
Quicumque litteras ab aliquo occultè acceperit, qualiter parcatur illi, vel puniatur. Reg. cap. 8. 12.
De litteris Fratrum, quæ ſi ad extraneorum manus deuenirent, ſcandalum generare poſſent, quid fieri debeat, ſi quo caſu ad manus cuiuſcumque Fratris noſtræ Congregationis peruenerint. Diff. antiq. Rub. 6. cap. 2. n. 1. 293.
Contrafacientes, quam pœnam ſuſtinere cogantur. Ibid.
Procurantes litteras fauorabiles, vel preces importunas Principũ, &c. Qualiter puniantur, & quam pœnã incurrant. Ibid. c. 3. n. 1.
Litteras fauorabiles procurantes, vel exhibentes, quas pœnas incurrant, vltrà eas, quæ in Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac etiam in noſtris Conſtitutionibus, & Diffinitionibus antiquis continentur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. n. 8. 334.

Digitized by Google

A litterarum crebra ſinè neceſſitate miſſione, vnuſquiſque abſtineat. Ibid. num. 12. Abuſum litteras folio cooperiendi omnes omittant. Ibid.

LOCVTIO.

Fratrum cum omnibus ſit humilis, & deuota, præcipuè cum Clericis ſæcularibus, & Religioſis alterius profeſſionis. Conſtit. cap.29. n.3. 200.

LOCVS.

Noua loca, quomodò acceptari debeant. Diff.antiq. Rub.9.cap.1. num.1. 301.

Facto Capitulo Generali, Fratres ad ſua loca pergere non differant. Diff. antiq. Rub.11.cap.1. n.1. 305.

Infrà quem terminum. Ibid.

Locus futuri Capituli Generalis, quomodò, & à quibus determinandus. Conſt. cap.30. n.62. 239.

Locus Capituli Generalis, determinatus à Diffinitorio Capituli Generalis antecedentis, quandò publicetur à Patre Vicario Generali, & quomodò. Diff. rec. Rub.29. cap. 1. n. 8. 432.

LVDVS.

Ludi omnes illiciti, & culpabiles prohibentur. Diff. rec. Rub.3. cap.4. n.5. 336.

Tam in Couentibus, quam extrà: tam Fratrũ inter ſe, quam cũ Sæcularibus. Ibid. Luſores, quibus pœnis puniantur. Ibid. Similiter Priores ſcientes, & nõ corrigẽtes, nec impedientes. Ibid.

Prior ludis prohibitis, & maximè cum Sæcularibus ludere præſumens, quas pœnas incurrat. Ibid. n. 6.

M

MAGISTERIVM.

Magiſterij gradum nullus ex noſtris Fratribus recipere audeat. Diff. antiq. Rub.13. cap.1. n. 3. 309.

Contrafacere præſumens quam pœnam incurrat. Ibid.

MAGISTER NOVITIORVM.

Quas qualitates habere debeat. Conſtit. cap.17. n.1. 156.

De quibus Nouitios ſuos inſtruere debeat. Ibid. nu. 1. & ſeqq. & cap. 15. n. 10. 147.

Magiſter Nouitiorum ducat Nouitium induendum ad pedes Prioris, quem prius de modo Miſericordiæ petendæ diligenter inſtruxerit. Conſtit. cap.15. n.4. 142.

Ma-

Digitized by Google

Magiſter Nouitiorum tradat Nouitio litteras ſuæ acceptationis, eaſquè a Priore receptas, clara, & intelligibili voce coram omnibus legat. Ibid. n. 5.
A Magiſtro Nouitiorum capitur candela de manibus Nouitij, & extinguitur, & ducitur Nouitius ad Priorem, Ibid. n. 10. 147.
Nouitius traditur à Priore ſub obedientia Magiſtri. Ibid.
Prior inquirat de vita, & moribus Nouitij ad Profeſſionem admittendi, & præſertim à Magiſtro ſuo. Conſt. cap. 18. n. 1. 158.
A Magiſtro Nouitiorum, quomodò deferatur ad pedes Prioris Cappa nigra, Nouitij ad Profeſſionem emittendam parati, Ibid. n 3. 160.
Nouitius nouiter Profeſſus quomodò ducatur à Magiſtro Nouitiorum ad pacem dandam ſingulis Fratribus. Ibid. n. 12. 166.
Nouitij adoleſcentes ſub cura Magiſtri morum etiam poſt Profeſſionem permaneant. Ibid. n. 13. 167.
Magiſter Profeſſorum eas qualitates habeat, quibus Nouitiorum Magiſtrum præditum eſſe oportet. Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. num. 9. 353.
Sinè licentia Magiſtri, vel Prioris nemo poteſt loqui cum Nouitijs, vel Profeſſis in Profeſſorio exiſtentibus. Ibid. n. 17. 355.
Magiſtri Nouitiorum, & Profeſſorum, à quibus officijs, & oneribus vacent. Ibid. n. 18.
Magiſter Nouitiorum faciat, vt Nouitij quotidie aliquid de Conſtitutionibus, & Diffinitionibus noſtris legant, & quod lectum fuerit eis declaret, & obſeruandũ proponat. Conſt. c44. n. 3. 277.
Negligens per Patrem Vicarium Generalem, vel Viſitatores in actu viſitationis puniatur. Ibid.

MANICÆ.

Cappæ cuius latitudinis, & longitudinis ſint ex noſtris Conſtitutionibus. Conſt. cap. 23. n. 3. 180.
Cuius latitudinis ſint ex tolerantia. Diff. recen. Rub. 3. cap. 2. num. 3. 331.

MANTELLVM.

Prouideat Prior, vt Fratres habeant Mantellum ex panno nigro. Conſt. cap. 23. n. 6. 181.
Cuius longitudinis ſit. Ibid. Quomodò ad pectus ligatum deferant. Ibid.

MANVS.

Abluant ſibi manus Fratres, antequam ad menſam accedant. Conſtit. cap. 21. n. 1. 176.

Fra-

Digitized by Google

Fratres, qui ſciunt manibus operari, Fratribus alijs ſiuè Conuentibus ſeruire gratis, de talento eis tradito, ſecundum Priorum ſuorum mandatum teneantur. Conſt. cap. 2. n. 5. 107.

Si quis vltrà ter, diuerſis temporibus, in Fratrem manus iniecerit temerè violentas, quomodò puniatur. Conſt. cap. 36. n. 5. 264.

Quicumque Frater in ſuum Priorem, vel Prælatũ, manus iniecerit temerè violentas, quibus pęnis plectatur. Ibid. n. 6. 265.

Prior ab excommunicatione, ex leui iniectione manuum Subditorum ſuorum proueniente, abſoluere poteſt. Conſtit. c. 29. num. 1. 199.

MARTYROLOGIVM.

In Martyrologio ad modum Feſtiuitatum, recitentur, & pronuncientur tria Anniuerſaria, quæ fieri debent quolibet anno. Conſt. cap. 6. n. 7. 119.

MATERATIVM.

Fratres in Materatijs laneis, & linteaminibus lineis, cum in Conuentu ſibi aſſignato fuerint, non iaceant, & alibi quantum poſſunt honeſtè vitent Conſt. cap. 23. n. 17. 185.

Excipiuntur tamen infirmi, & debiles. Ibid. Similiter ſenes ſexagenarij. Ibid.

MATVTINVM.

Audito primo ſigno, ad Matutinum feſtinent ſurgere omnes Fratres. Conſt. cap. 1. n. 1. 104.

Qualiter Matutinum incipiant, tam de Tempore, quam de B. Virgine, ſi dicendum ſit. Ibid. n. 3. 105.

Fratres in nocte ad ſurgendum prò Matutino, quomodò tempora moderentur noctium breuium, & longarum. Diff. antiq. Rub. 1. cap. 1. n. 1. 283.

Matutinum in diebus ſolemnioribus, quomodò dicatur, & cantetur. Ibid. cap. 2. n. 6. 285.

Prior abſoluendus à Prioratu, ſi ad Matutinum rarò ſurgit. Conſt. cap. 29. n. 16. 203.

MENSA.

Quomodò Fratres ad benedictionem menſæ procedant. Conſtit. cap. 21. n. 1. 176.

Fratres cum accedunt ad menſam, quod eis ſecundum conſuetudinem legitur, quomodò audiant. Reg. cap. 5. 9.

Qualiter in menſa legatur, & de quibus libris. Diff. antiq. Rub. 7. cap. 4. n. 1. 296.

Silentium ſemper in menſa ſeruetur. Ibid.

Digitized by Google

In omni loco quoquè extrà Monaſterium Fratres ad menſam ſilentium teneant. Conſt. cap. 11. n. 7. 131.
Excepto vno ſolo, qui magis ſit notus, vel maior fuerit. Ibid.
Si in menſa alicuius Cardinalis, vel Epiſcopi, aut Prælati fuerint, eis de mandato eorumdem, loqui licebit. Ibid.
Fratrum præſentium in domo à prima menſa nullus remaneat. Conſt. cap. 21. n. 1. 176.
Exceptis cuſtodibus, & miniſtris.. Ibid. Quot quot remanſerint, in ſecunda menſa comedant, nec tertia ſiat. Ibid.
Prior iniungat egredientibus, vt ſic ad locum feſtinent reuerti, vt ſaltem ſecundæ menſæ valeant intereſſe. Ibid.
Prior poſtquam conſpexerit Fratres ab eſu deſiſtere, quid faciat. Ibid. n. 7. 177.
Lector menſæ audito ſigno Prioris, quid dicat, & Fratres quid reſpondeant. Ibid. 178.
Et ſtatim egrediantur de menſis. Ibid.

MERCATVRA.

Fratribus prohibita, & ſub qua pœna. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. num. 3. 332.

MERCVRII DIES.

In die Mercurij Fratres comedere carnes prohibentur. Conſtit. cap. 22. n. 3. 179.

MINVTIO.

Minuere nullus ſibi audeat, ſinè licentia Prioris, & de conſilio Medici Conſt. cap. 25. n. 1. 187.
Minuti quas exemptiones habeant. Ibid. 188.

MISSA.

Miſſam Conuentus omnes Fratres quotidiè audiant ſimul. Conſt. cap. 6. num. 1. 116.
Si aliqui intereſſe non poterunt, quid faciant. Ibid.
Dum Miſſa Conuentus, aut Officium celebratur, omnes quì in Choro ſunt quomodò intendant ad illa. Ibid. n. 2.
Quilibet Sacerdos quot Miſſas dicat in anno prò Benefactoribus viuis, & Defunctis. Ibid. num. 3. Singulis menſibus in quolibet Conuentu cantetur vna Miſſa prò Benefactoribus Defunctis noſtræ Congregationis, & illius Conuentus. Ibid. 117.
Et eadem die omnes alij Sacerdotes orent in Miſſa prò prædictis. Ibid.
Decedente Summo Pontifice, quæ Miſſa decantetur prò eodem. Ibid. num. 4.

Digitized by Google

Vel Cardinali Protectore, aut Priore Generali noſtri Ordinis, vel Vicario Generali noſtræ Congregationis. Ibid.
Decedente aliquo ex noſtris Fratribus, in Conuentu, in quo eum mori contigerit, quæ Miſſæ dicantur. Ibid. n.5.
In alijs verò Conuentibus, cum primum de morte illius admoniti fuerint, quid faciant. Ibid. 118.
In tribus Anniuerſarijs ſingulis annis fieri ſolitis, quæ Miſſæ dicantur. Ibid. n. 6.
Miſſa quandò cantari debeat. Diff. antiq. Rub. 1. cap. 3. num. 1. pag. 285.
Miſſa vna Conuentualis quotidiè celebretur, & quomodò. Ibid.
Ad quam ſecundum Conſtitutiones noſtras omnes Fratres conueniant. Ibid. 286.
Si qui tamen ad primam Miſſam conuenerint, præcipuè Conuerſi, & Commiſſi ad ipſam Miſſam Conuentualem non teneantur. Ibid.
Fratres celebraturi, vadant ad Altare capite cum Amictu cooperto. Ibid. cap. 4. n. 1. 286.
Et vt vniformitas in noſtra Congregatione ſeruetur, hæc Diffinitio ab omnibus inuiolabiliter, obſeruari mandatur. Ibid.
Miſſam quotidiè celebret quilibet Sacerdos noſtræ Congregationis legitimè non impeditus. Diff. recen. Rub. 2. cap. 1. n. 1. 327.
Sacerdos ea die, qua ſibi minuit, & ſequenti Miſſam celebrare non cogatur. Conſt. cap. 25. n. 1. 188.
Prior ſi rarò celebrat, ab officio eſt abſoluendus. Conſtit. cap. 29. num. 16. 204.
Sacerdos à Sacriſta de Sacro faciendo præmonitus, quantò citius poterit, ab occupationibus ſe expediat, & ad Sacriſtiam celebraturus accedat. Diff. recen. Rub. 2. cap. 2. n. 1. 327.
In hoc negligens pluries repertus, qualiter puniatur. Ibid.
Sinè debita præparatione ad Altare nemo accedat. Ibid. c. 3. n. 1.
Miſſam, nequè nimis celeriter, nequè nimis tardè quis celebret. Ibid. n. 2. 328.
Poſt gratiarum actionem, in libro ad id per Sacriſtam aptato, quilibet ſe ſcribat. Ibid.
Qualiter hoſpites Miſſam celebrare teneantur, & prò quibus ſacrificium offerre. Ibid. c. 4. n. 1. Qualiter puniantur Priores, qui lucri gratia proprias negligunt Eccleſias, & Sacerdotes ſuos, ad Sacrum faciendū in alienis Eccleſijs foras mittunt. Ibid. n. 2.
Huiuſmodi abuſus omninò tollatur. Ibid.

Nemo ſuam primam celebret Miſſam, qui prius ceremonias non fuerit plenè edoctus. Ibid. cap. 5. n. 1. Contrafacientes tam Priores, quam Subditi qualiter puniantur. Ibid.
Quandò Officiũ eſt duplex Miſſa conformetur cũ Officio. Ibid. n. 2. Quandò verò non eſt duplex, ſemper ſaltem vna Miſſa ſinè cantu dicatur de Officio currenti. Ibid. 329.
Die Sabbati, ſi non ſit Feſto duplici impedita, Miſſa cantetur de B. Virgine Maria, & qualibet Feria ſecunda prò Defunctis. Diff. recen. Rub. 1. cap. 4. 326.
Quotidiè poſt Miſſam Conuentualem, dicatur in Choro Antiphona: *Aue Regina Cælorum, &c.* Ibid. 327.
Sacerdotes Miſſam canentes, intonato *Credo, &c.* eam non proſequantur, ſed expectent abſolutum eſſe à Choro. Diff. recen. Rub. 2. cap. 6. n. 3. 329.
Non expectantes, qualiter puniantur. Ibid.
Confeſſores Sæcularium, pecunias, quæ prò Miſſis celebrandis dantur eis, apud ſe non retineant. Conſt. cap. 8. n. 12. 125.
Quandò, & cui eas conſignent. Ibid. Contrafacientes, vel fraudantes, qualiter puniantur. Ibid.
Viſitatores inquirant an aliqui in conſuetudinem habeant, non intereſſe Miſſæ Conuentus. Conſtit. cap. 33. n. 1. 256.
Similiter Viſitatores inquirant de Priore, ſi obligationibus Miſſarum faciat debito modo, & integrè ſatisfieri. Ibid. 257.
In Conſilio diligenter perquiratur, an oneribus Miſſarum fuerit integrè ſatisfactum. Diff. recen. Rub. 25. cap. 1. n. 4. 411.

MODESTIA.

Fratres noſtri omnes, religioſa qua decet modeſtia, cum Sæcularibus conuerſentur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. n. 1. 332.

MONITIO.

Si quis à ſuo Superiore monitus, res prohibitas non depoſuerit, quomodo puniatur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 1. n. 8. 330.

MORES.

Non affectent Fratres veſtibus placere, ſed moribus. Reg. c. 7. 10.
Fratres omnes in vita, & bonis Moribus, intus, & foris ſint conformes. Diff. antiq. Rub. 14. cap. 1. n. 1. 311.

MVLIERES.

Quomodò Fratres cum eis loquantur. Conſt. cap. 9. n. 1. 126.
Fratres foràs prò neceſſitatibus domus petendis miſſi, qualiter cum Mulieribus loqui poſſint. Ibid. n. 2. Intrare autem domos, aut ſedere, aut confabulari cum eis non licet. Ibid.

Pro-

Digitized by Google

Procurator, & Fratres alij, cũ ad procurandum neceſſaria Fratrum vadunt, quomodò poſſint de huiuſmodi loqui cum Muliere. Ibid. Cum vna eademquè Muliere frequens non ſit talis collocutio. Ibid. Nuſquam Frater aliquis ſolus, abſquè tertia perſona præſente, cum Muliere ſola moram trahat, vel loquatur, nec remaneat cum ea ſolus in Eccleſia. Ibid.

Frater Clericus, vel Conuerſus, in tali priuata locutione reperti, quas pœnas incurrant. Ibid. n. 3. 127.

Et ſi de prædictorum priuata locutione ſcandalum oriretur acrius puniantur. Ibid.

Priores maximè caueant ab immoderata viſitatione, & locutione cum Mulieribus. Conſtit. cap. 20. n. 8. 175.

Viſitatores in actu viſitationis inquirere debent, an debitus modus in Mulierum allocutione, & viſitatione ſeruetur. Conſtit. cap. 33. n. 1. 256.

Suſpecti de inhoneſta practica alicuius Mulieris, qualiter puniantur. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. n. 7. 333.

MVNERA.

Ab aliquo Priore, vel Subdito ſuæ Viſitationis, vel à Conuentu, ſeù ab aliqua perſona prò eis, per ſe, vel per interpoſitam perſonam Viſitatores non recipiant. Conſt. cap. 33. n. 5. 258.

Contrafacientes, qualiter puniantur. Ibid.

Mandatur P. Vicar. Gener. Viſitatoribus, ac Socijs eorũ, vt officijs eorũ durantibus, nihil omninò muneris à Fratribus noſtræ Cõgregationis exigant, vel recipiant. Diff. ant. Rub. 16. c. 4. n. 1. 317.

Caueant Viſitatores, nè in viſitatione ipſi, vel quiſquam ſuorum, aliquod munus quodcumque ſit, & qualitercumque oblatum recipiant. Diff. recen. Rub. 26. cap. 2. n. 2. 413.

Et quæ de Viſitatoribus dicta ſunt, de quibus etiam intelligi debeant. Ibid.

MVTATIONES.

Fratrum mutationes in Capitulo Generali, cum ſana maturitate fiant. Conſt. cap. 30. n. 58. 236.

Niſi ex magna, & ineuitabili neceſſitate, mutationes Fratrum infrà annum nullatenus fiant. Ibid.

Fratres de loco ad locum mutare, aut mittere, ſinè manifeſta, & euidenti neceſſitate, Vicarius Generalis non debet. Conſtit. cap. 31. n. 4. 249.

Fratrum mutationes in Capitulo Gener. noſtræ Congregationis, ſinè cauſa rationabili nõ fiant. Diff. antiq. Rub. 15. c. 3. n. 1. 313.

Digitized by Google

MVTVVM.

Pecuniæ Fratrum decedentium, de licentia Superioris alicui mutuatæ, vel quomodolibet prò eo expoſitæ, vel expenſæ, cuius Conuentus ſint. Diff. recen. Rub.8. cap. 1. n. 3. 342.
Fratres nihil donare, vel mutuare poſſunt. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 4. 358.

N

NEGOTIA.

A negotijs, & Sæcularium litibus tractandis, abſtineant Fratres. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. n. 2. 332.
Niſi propter ineuitabilem neceſſitatem. Ibid. Et tunc cum cuius licentia, & ſub qua pœna. Ibid.

NEGOTIATIO.

Fratribus prohibetur, & ſub qua pœna. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. num. 3. 332.

NOMEN.

Frater, Fratrem non vocet, niſi proprio nomine, nec dicat alicui tu, ſed vos. Diff. antiq. Rub. 14. cap. 2. n. 1. 311.
Contrafacientes, quid faciant. Ibid.
Prior mutet Nouitij nomen, ſi videbitur expedire. Conſt. cap. 15. num. 10. 147.
Ad quæ nomina Fratres caput inclinent. Diff. rec. Rub. 1. cap. 3. num. 1. 325.

NONA.

Miſſa cantanda poſt nonam in diebus ieiuniorum. Diff. antiq. Rub. 1. cap. 2. n. 4. 285.
Prima, Tertia, Sexta, & Nona, quandò dicantur. Ibid. cap. 1. num. 1. 283.

NOVITIATVS.

Deſignantur, & deputantur à Sacra Congregatione ſuper ſtatu Regularium Conuentus prò Nouitiatibus in noſtra Congregatione. Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 2. 348.
Locus Nouitiatus deputatur Nouitijs à Patre Vicario Generali. Conſt. cap. 15. n. 3. 141.
Sinè P. Vicarij Generalis Decreto, Prior loci Nouitiatus, nec Nouitiũ induere, nec in Nouitiatum poteſt introducere. Ibid.
Nouitij poſt Profeſſionem collocentur, vel transferantur ad ſecundum Nouitiatum. Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. num. 9. 353.
Et infrà num. 19. 355.

Digitized by Google

In Conuentibus, tam prò primo, quam prò ſecundo Nouitiatu deputatis, nec Prior, nec familia conſtituatur, vel amoueatur, niſi à Diffinitorio, vel Vicario Generali. Ibid. n. 10.
Quinam Religioſi in eis collocentur. Ibid.

NOVITIVS.

Nouitij Clerici, quomodò recipiantur. Conſt. cap. 15. n. 1. 137.
Et Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 3. & ſeqq. 349.
Formula atteſtationis, & petitionis prò Nouitio Clerico recipiendo qualis ſit. Conſtit. Ibid. n. 2. 140.
Prior, & duo Deputati, ſi in facienda atteſtatione prò Nouitio recipiendo, ſcienter in aliquo fuerint mendaces, quas pœnas incurrant. Ibid. n. 3. 141. Et Diff. rec. Rub. 10. cap. 1. n. 5. 351.
In tali caſu acceptatio nulla ſit. Cōſt. Ibid. Nouitius ſic nulliter acceptatus, & receptus ſtatim de Cōgregatione expellatur. Ibi.
Prior, & quicumque alius Superior, qui deprehenſa nullitate acceptationis, ob aliquod impedimentum in Nouitio detectum, illum non eiecerit, ſupradictam pœnam incurrat. Ibid.
Quomodò, vbi, & quo ritu induantur Nouitij habitu Religionis. Ibid. n. 4. & ſeqq. 142.
Monaſterium præter victum, & veſtitum, ex bonis Nouitij, nihil accipiat. Ibid. n. 11. 147. Et Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 7. 352.
Nouitius Clericus infrà tempus ſuæ probationis, in quo diſcere ſtudeat. Conſt. Ibid. n. 12. 148.
Hoc tempore nulli ordines eidem conferantur. Ibid.
In quo eius veſtes differant à veſtibus Profeſſorum. Ibid.
Quanto tempore Nouitius in probatione manere debeat, & ad quem finem. Ibid. n. 13.
Quinā modus ſeruandus in recipiendis Cōuerſis. Ibid. n. 14. & 15. & Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 8. 352.
Formula atteſtationis, & petitionis prò Conuerſo recipiendo, qualis ſit. Conſt. Ibid. n. 15. 151.
Quo ritu Cōuerſi induantur habitu Religionis. Ibid. n. 16. 152.
Quam ætatem, & quas qualitates habere debeant, qui prò Clericis, ad habitum recipiendi ſunt. Conſt. cap. 16. n. 1. & 2. 152.
Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 3. 349.
Similiter, qui prò Commiſſis, aut Conuerſis recipiendi erunt. Conſt. Ibid. n. 1. & 3. Diff. recen. Ibid. n. 8. 352.
Priores, ſeù Superiores quicumque, qui ineptos, & inhabiles, ſiuè Clericos, ſiuè Conuerſos ad habitum, & Profeſſionem ſcienter admiſerint, quas pœnas incurrant. Ibid. n. 3. 154.

Prio-

Priores in recipiendis ad habitum Cõmiſſis, nihil omninò accipiant ab eis, ſub quouis prætextu, & quæſito colore, & ſub qua pœna. Conſt. cap. 15. n. 14. 149.

Priores, vel Superiores quicumque ſimoniacè aliquem ad habitum recipientes, vel recipi facientes, vel conſentientes, vel permittentes, aut intercedentes, quas pœnas incurrant. Ibid. num. 4. 154.

Similiter Fratres ſubditi. Ibid.

Sic receptus ſtatim de Congregatione expellatur, etiam ſi profeſſus fuerit, rebus omnibus ſic acceptis reſtitutis. Ibid.

Venientes ex aliena Religione non recipiantur, & præcipuè de qua Regula. Ibid. n. 5. 155.

Nec etiam eorum, qui ex noſtra Congregatione, Ordini noſtro, vel alicui eius Prouinciæ, ſeu Congregationi legitimè ſunt incorporati, vel ad aliquem alium Ordinem tranſitum fecerunt, & in eo profeſſionem emiſerunt. Ibid. Et Diff. antiq. Rub. 3. cap. 3. n. 1. 2. & 3. 288.

Quænam ſint cauſæ, propter quas Nouitius debet de Congregatione expelli. Conſt. Ibid. n. 6. 155.

Nouitius, qui prò culpa ſua expelletur, vlterius non recipiatur. Ibid. Quid agendum, ſi Nouitius infrà tempus ſuæ probationis reſpexerit retrò. Ibid.

Nouitij de quibus à Magiſtro ſuo inſtruantur. Conſtit. cap. 15. num. 10. 147. Et cap. 17. per totum. 156.

Similiter Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 6. 351.

Nouitij adoleſcentes, ſub cuius cura maneant poſt profeſſionem, quo in loco, & prò quanto tempore. Ibid. n. 13. Et Diff. recen. Rub. 10 cap. 1. n. 9. 353.

Nouitij ſolerti cura, & diligenti ſolicitudine, in pietate, & litteris inſtruantur, & erudiantur. Diff. antiq. Rub. 4. cap. 1. num. 1. 289.

In recipiendis Nouitijs, tam Choriſtis, quam laicis, ad capiendas informationes, quinam deputentur. Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 12. 354.

Nouitij à qua Ciuitate, Oppido, vel Terra denominari debeant. Ibid. n. 13.

Nouitij, quandò ad Conuentum Nouitiatus præcipuè mittantur. Ibid. num. 14.

Nouitij in albo Cinturatorum, nomen ſuum adſcribere faciant, & ad quem finem. Ibid. n. 15.

Prio-

Priores, Nouitios poſt Profeſſionem, in Nouitiatu perſiſtere non permittant. Ibid. n.16. 355.
Niſi Pater Vicarius Generalis aliter mandauerit. Ibid.
Nemini ex Fratribus,niſi de licẽtia Magiſtri,vel Prioris,Nouitij loquantur, nec Fratres Nouitijs,& ſub qua pœna. Ibid. n.17.
Et de Profeſſis in Profeſſorio exiſtentibus idem iudiciũ. Ibid.

O

OBEDIENTIA.

Præpoſito tamquam Patri obediatur. Reg. cap.13. 16.
Fratres à ſuo Conuentu, ex obedientia ſuorum Superiorum abſentes, nè acephali videantur, ſub cuius Prioris obedientia, & auctoritate ſint. Conſt. cap.8. n.3. 121.
Prior,quãdò Fratrẽ ab aliqua obedientia abſoluere debeat,& Cõuentus apud eum, vt id faciat procurare. Conſt..cap.7.n.3. 120.
Diſpoſitiones Capituli Generalis, prompta, ac ſimplici obedientia, ſinè contradictione Fratres omnes excipiant, & eas humiliter ſtudeant adimplere. Conſt.cap.30. n. 71. 242.
In frà quod tempus, quilibet Frater ad locũm ſuæ obedientiæ debeat peruenire. Ibid. n.79. 244.
Qui de loco ad locũ obedientiam receperit ſe transferendi, quid faciat circà ea, quæ ſibi ad vſum ſunt conceſſa. Conſtit. cap.24. num.3. 187.
Et ſub qua pœna. Ibid.
Si quis per contumaciam, vel manifeſtam rebellionem, Priori ſuo per diem integrum inobediens extiterit, qua pœna puniatur. Conſtit. cap.42. n.1. 274.
Si quis procurauerit quod ipſe, vel alius ab obedientia P.Vicarij Generalis Cõgregationis recedat,quam pœnam incurrat. Ibid.
In ijs, quæ ſpectant ad ſeruitium Conuentus, Officialibus illius Commiſſi, atquè Conuerſi promptè obediant. Diff. rec.Rub.9. cap.2. n.4. 347.
Illorum mandata ſpernentes, qualiter puniantur. Ibid.
Fratres ab obedientia, ac reuerentia ergà Superiores alienantes, qualiter puniantur. Diff. rec. Rub.3. cap.4. n.1. 335.

OBLATI.

Nemo ſub nomine Oblati ad habitum Congregationis acceptetur,ſed ſolum nomine Cõmiſſi. Diff.rec. Rub.9. cap.1. n.1. 345.
Niſi ſit extrà Conuentum in ſæculari domo permanſurus. Ibid.

Digitized by Google

OBSCENA.

Obſcena ex vſu loquentes, qualiter puniantur. Diff. rec. Rub. 3. cap. 4. n. 1. 335.

OBSERVANTIA.

Viſitatores diligenter inquirant de Obſeruantijs regularibus. Conſt. cap. 33. n. 1. 256.
Priores ad obſeruantiam Conſtitutionum, ac Diffinitionnm noſtrarum verbo, & exemplo vitæ, quantum poſſunt, ſuos Subditos inducere ſtudeant, & procurent. Diff. antiq. Rub. 18. cap. 3. n. 1. 320.
Magiſter Nouitiorum ſit Obſeruantiæ Zelator præcipuus. Conſt. cap. 17. n. 1. 156.
Et Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 6. 351.
Regularis Obſeruantiæ, & puritatis Regulæ ſtudioſi ſint Religioſi, qui collocantur de familia in Conuentibus, prò primo, & prò ſecundo Nouitiatu deputatis. Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. num. 10. 353.
Vt Nouitij adoleſcentes nouiter Profeſſi magis, & melius in bono ſpiritu, regulariſquè diſciplinæ obſeruantia, ſtabiliantur, & confirmentur, quid faciendum. Conſt. cap. 18. n. 13. 167.
Et Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 9. 352.
Prò Obſeruantia vitæ communis, quænam Decreta ſeruentur. Diff. rec. Rub. 11. cap. 1. n. 1. 357.
Vt in dies obſeruantia vitæ communis in Congregatione radicem figat, & creſcat, quid obſeruandum ſit. Ibid. n. 29. 364.
Priores, qui obſeruantiam Regularem in præceps ruere permittunt, qualiter puniendi. Diff. recen. Rub. 24. cap. 7. n. 6. 408.

OCREÆ.

Prohibentur, præter quam in itinere. Conſt. cap. 23. n. 11. 183.

OCVLI.

Fratrum ſi iaciantur in aliquam Fœminarum, figantur in nullam. Reg cap. 7. 10.
Nō dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos. Ibid. Impudicus oculus, impudici cordis eſt nūcius. Ibid.
Nouitij non ambulent extento collo, ſed defixis in terram oculis. Conſtit. cap. 17. n. 3. 157.
Si quis oculos vagos, per plateas, vel vias eundo, ad vanitates direxerit, qua pœna plectatur. Conſt. cap. 40. n. 1. 272.
Si quis procedens vbi fœminæ ſunt, oculum fixerit, qua pœna puniatur. Conſt. cap. 41. n. 1. 274.

OF-

Digitized by Google

OFFICIA.

Si Prior in Capitulo iniunxerit alicui Fratri eum præeſſe alicui officio, quid faciat audito mandato ſui Superioris. Conſt. c. 7. num. 1. 119.

Omnia officia, & miniſteria domus committere Fratribus, & inter ipſos ea diuidere, proprium eſt Prioris domus. Ibid. n. 2. Quænam officia excipiantur. Ibid. Si ex huiuſmodi officijs alicui ſubditorum ſuorum iniunxerit Prior, iuſſus quid faciat. Ibid. num. 3. 120.

Omnia Officia Conuentus, Vicario, Procuratore, & Sacriſta exceptis, in arbitrio Prioris, ad nutum committenda relinquuntur, & auferenda. Diff. antiq. Rub. 17. cap. 1. n. 1. 317.

Excipitur etiam Magiſter Nouitiorum. Conſt. cap. 17. n. 1. 156. Et Diff. recen. Rub. 10. cap. 1. n. 6. 351.

Excipitur etiam Bibliothecarius. Diff. rec. Rub. 17. c. 1. n. 2. 382.

Excipitur etiam Exactor. Diff. recen. Rub. 20. cap. 1. n. 1. 392.

Excipiuntur etiã Depoſitarij. Diff. recen. Rub. 21. cap. 1. n. 1. 393.

Excipiuntur etiam Syndici. Diff. recen. Rub. 22. cap. 1. n. 1. 394.

Excipitur etiam Cancellarius Conſilij, qui eſt quoque Cancellarius actuum Capitularium. Diff. recen. Rub. 25. cap. 1. n. 5. 411.

Pax, & tranquilitas in Congregatione vigebit, & conſeruabitur, ſi principaliora officia ſecundum iuſtitiam, æqua lance diſtribuantur. Diff. recen. Rub. 29. cap. 1. n. 1. 429.

Confirmari non poſſunt vltrà ſexennium in eodem officio, prò eodem Conuentu, Procurator, Exactor, Depoſitarius, & Sacriſta. Diff. recen. Rub. 19. cap. 2. n. 5. 392.

Benè tamen ad alia officia eligi. Ibid. Si neceſſitas exegerit aliquem confirmari de cuius licentia id fiat. Ibid.

Ad Officiorum confuſionem euitandam, quid ſtatuatur. Diff. recen. Rub. 26. cap. 4. n. 1. 415.

Conuerſi, & Commiſſi ad Sacriſtæ, vel Procuratoris officium non eligantur. Diff. antiq. Rub. 2. cap. 1. n. 1. 286.

OFFICIALES.

Inuigilent diligenter Syndici ſuper Officialibus minoribus. Diff. recen. Rub. 22. cap. 1. n. 7. 396.

Quorumcumq; Officialiũ munera Priores nõ impediant, ſed potius foueant, & ſub quą pœna. Diff. rec Rub. 24. cap. 3. n. 2. 403.

OFFICIVM DIVINVM.

Iuxtà quem ritum, & Breuiarium totum Officium per anni circulum debeat obſeruari. Conſt. cap. 1. n. 3. 105.

Dum Diuinum celebratur Officium, Chorus non pateat viris, nec à fortiori Mulieribus. Conſt. cap. 12. n. 1. 132.
Officium doceat Nouitios Magiſter Nouitiorum. Conſt. cap. 15. num. 10. 147.
Vt in Officijs vniformitas obſeruetur, quid in nota, & quid in voce, more noſtro cantandum ſit, declaratur, & ordinatur. Diff. antiq. Rub. 1. cap. 2. n. 2. & ſeqq. 284.
Officium Diuinum nocturnum, pariter, & diurnum totum ſemper diſtinctè, moroſè, & deuotè dicatur. Ibid.
Quomodò fiat pauſa in medio verſiculi. Ibid. n. 3.
Officium nocturnum, quomodò diſponatur. Ibid. n. 5. 285.
In diebus ſolenniorib us, quomodò Matutinum dicatur, & cantetur. Ibid. n. 6.
Inter Officium Beatiſſimæ Virginis, quandò in Choro dicendum eſt, & aliud Officium, quænam ſit differentia. Ibid. n. 7.
In paruis Conuentibus, recitetur totum Diuinum Officium in Choro, & ſub qua pœna Prioribus. Diff. recen. Rub. 1. cap. 1. num. 1. 325.
Officium B. Mariæ de Gratia, quando in Choro recitetur. Ibid. cap. 4. n. 1. 326.

ORATIO.

Mentalis quandò, & vbi facienda. Conſt. cap. 1. n. 4. 105.
Eius duratio. Ibid. Oratio ſerotina, vbi, quandò, & quomodò facienda. Conſt. cap. 3. n. 5. 111.
In Dormitorio lectioni, & orationi vacare poſſunt Fratres. Conſtit. cap. 11. n. 2. 130.
Quibus in locis, & temporibus orare, ſuſpicione non careat. Ibid. num. 3.
Doceat Nouitios Magiſter Nouitiorum, quomodò, & quid orent. Conſt. cap. 17. n. 2. 156.
Commiſſos, & Conuerſos doceat Vicarius orationem mentalem. Diff. recen. Rub. 23. cap. 1. n. 4. 397.
Cum Prior in Capitulo, aut alibi, aliquam communem orationem iniunxerit, quid faciant Fratres. Conſt. cap. 7. n. 1. 119.

ORDINES.

Ad ſacros Ordines nullum de Subditis ſuis Prior promoueri faciat ſinè licentia Patris Vicarij Generalis. Conſtit. cap. 29. num. 8. 201.
Cõtrafaciens quam pœnam incurrat. Ibid. Et cap. 31. n. 2. 249.
Et Diff. antiq. Rub. 4. cap. 2. n. 1. 290.

Pro-

Digitized by Google

Promouendi ad Ordines, antequam Epiſcopo Diœceſano præſententur diligenter examinentur à Priore, vel ab alijs de mandato ipſius. Diff. recen. Rub. 12. cap. 1. n. 1. 366.
De eorum ſufficientia P. Vicarius Generalis certioretur. Ibid.
Vt ſciat an litteras patentes eis concedere debeat. Ibid.
Qui in debita ætate conſtituti, ad Ordines accedere renuerint, quomodò cogantur. Ibid.
Regreſſi ab Ordinibus ſuſcipiendis litteras patentes Priori ſuo exhibeant. Diff. recen. Rub. 12. cap. 1. n. 2. 366.
Qui teneatur eas perquirere. Ibid.
Prior inuigilare debet, vt promoti, in ceremonijs ad ſuſcepti Ordinis exercitium ſpectantibus, ritè inſtruantur. Ibid.

ORGANA.

Nulla fiant Organa de nouo, abſquè Diffinitorij licentia ſpeciali. Diff. antiq. Rub. 9. cap. 3. n. 1. 302.
Nequè facta mutentur, aut deſtruantur, vel alienentur. Ibid.
Contrafacientes, quam penam incurrant. Ibid.

OSCVLARI.

Minores maioribus, ſe inuicem inuenientes Fratres, manus reuerenter deoſculentur. Diff. antiq. Rub. 14. cap. 3. n. 1. 311.
Nouitius Priori litteras ſuæ acceptationis porrigens, deoſculetur reuerenter eius manum. Conſt. cap. 15. n. 5. 142.
Patri Præſidenti nouiter intronizato, Pater Vicarius Generalis, in ſignum obedientiæ, ac reuerentiæ, manum humiliter deoſculetur. Conſtit. cap. 30. n. 4. 207.
Et poſt eum ordinatè ſic faciant omnes Fratres. Ibid.
Pater Præſidens noui Vicarij Generalis manum deoſculatur, & poſt eum Vicarius Generalis abſolutus, & ſic cæteri omnes, in ſignum obedientiæ, & reuerentiæ. Ibid. n. 33. 223.
Diffinitores nouiter electi, & confirmati, manum Patris Præſidentis deoſculantur. Ibid. n. 37. 225.
Priores nouiter inſtituti, & confirmati, manum Patris Præſidentis deoſculantur. Ibid. n. 72. 243.
Vicarius, qui in loco fuerit, manum noui Prioris in ſignum obedientiæ, & reuerentiæ deoſculatur, & ſic cæteri omnes. Ibid. num. 83. 246.

OSTIARIVS, vide IANITOR.

OSTIARII DIFFINITORII.

Quomodò eligantur. Conſt. cap. 30. n. 54. 233.
Quodnam ſit eorum officium. Ibid.

PAL-

Digitized by Google

P

PALLIVM.

Nouitius induendus habitu Religionis, exuatur veſtibus ſæcularibus, excepto pallio, quod ſuper humeros habeat, cum ad petendam miſericordiam procedit. Conſt. cap.15. n. 4. 142.

Conuerſi habitu Religionis induendi, non procedunt ad petendam miſericordiam cum pallio ſæculari, ſed cum ſua veſte Commiſſorum. Ibid. n. 16. 152.

PANIS.

Fratres panem non diſcooperiant, donec primò lectio incipiatur, & ſignum à Priore fiat. Conſt. cap.21. n. 1. 176.

PANNVS.

Habeant Fratres Cappam vnam ex Panno humili, & honeſto veræ nigredinis. Conſtit. cap.23. n.3. 180.

Similiter Capucium nigrum eiuſdem coloris, & Panni cum Cappa. Ibid.

Cappam verò, aut Capuciũ nigrũ ex Raſcia, ſiuè Sargia ſimplici, aut duplici nuncupata, nullus deferre præſumat. Ibid. n.5. 181.

Contrafacientes, quam pœnam incurrant. Ibid.

Supradicta non ſint ex Panno pretioſo, ſed potius vili. Ibid. n. 8.

Pretioſus verò Pannus, & nobilis, quinam reputetur. Ibid. 182.

Cappæ ex tolerantia permittuntur ex Raſcia pannacea. Diff. rec. Rub.3. cap.1. n. 4. 330. & Ibid. cap.2. n. 2. 331.

PATIENTIA.

Aliqui ex Senioribus Conuentus, miſſi à Priore ad eum, qui grauioris culpæ pœnam portat, hortentur eum ad patientiam, & ad ſatisfactionem. Conſt. cap.42. n. 2. 275.

Inſtruat Vicarius Conuerſos ad patientiam in vilioribus exercitijs. Diff. recen. Rub.23. cap.1. n. 4. 397.

PAVPERTAS.

Quænam indumenta paupertati, & honeſtati noſtræ congruant. Conſt. cap.23. n.8. 181.

Indumenta ornamento aliquo, & maximè ſerico, ornata, noſtræ ſimplicitati, ac paupertati maximè aduerſantur. Ibid. n.9. 182.

Indumenta, quæ habitum Sæcularium imitantur, noſtram non decent paupertatem, & honeſtatem. Ibid.

Superflua, & paupertati Congregationis contradicentia, Priores ad vſum ſuum non teneant, nec Fratribus concedant. Diff. antiq. Rub. 8. cap.1. n.2. 297.

PAX

Digitized by Google

PAX.

Prior abſoluendus eſt à Prioratu, ſi aliquid probabiliter committit, propter quod pax ſui Conuentus, ſeù Congregationis turbari poſſit. Conſt. cap.29. n.16. 204.
Iudices cauſarum, ſingulorum cauſas audientes, ea quæ pacis ſunt, in omnes intendant. Conſt. cap.30. n. 53. 232.
Diffinitores Capituli quid faciant, vt Congregatio tota ſaltem vſquè ad primum Diffinitorium, ſeù Dietam, quieſcere valeat in ſancta Pace. Ibid. n. 62. 239.
Pax, & charitas poſt diſceſſum Viſitatorum, relinquatur in domo. Conſtit. cap.32. n.5. 255.
Toto conatu, innitendum eſt, vt in noſtra Congregatione, & in Capitulis Generalibus, Pax, & tranquilitas iugiter vigeant, & conſeruentur. Diff. recen. Rub.29. cap. 1. n. 1. 429.

PECCATVM.

Si quis in peccatum carnis extrà locum lapſus fuerit, Frater qui cum eo eſt, quid faciat. Conſt. cap. 36. n. 9. 265.
Si huiuſmodi peccatum fuerit occultum, quomodò condigna ei imponatur pœnitentia. Ibid. Si autem manifeſtum fuerit, qualiter corrigatur, & puniatur. Ibid.
Si quis mortale peccatum manifeſtè commiſerit, qua pœna puniatur. Conſt. cap 42. n 1. 274.

PECVNIA.

Pecuniæ inuentæ apud eum, qui in alio, quam ſibi aſſignato loco decedit, ſicut & aliæ res, ei ad vſum conceſſæ, cuius Conuentus ſint. Conſt. cap. 13. n. 7. 135.
Non dentur alicui pecuniæ, vel pannus prò veſtibus, ſed veſtes factæ. Conſtit. cap.24. n.1. 186.
Diff antiq. Rub.8. cap.4. n. 1. 299. Diff. recen. Rub. 11. cap.1. num. 24. 361.
Priores, qui contrafecerint, aut aliter fieri mandauerint, vel permiſerint, quam pœnam incurrant. Diff. antiq. & rec. Ibid.
Nulli Fratri concedatur apud ſe tenere pecunias. Diff. antiq. Rub.8. cap.2. n. 2. 297.
Niſi prò communi adminiſtratione Conuentus. Ibid.
Aut cauſa neceſſitatis, vt in itinere. Ibid. Vel alia cauſa certa Priori notificata expendendas. Ibid.
Quid quid habent Fratres, tam in pecunijs, quam in cæteris mobilibus, vel immobilibus, totum in manu Prioris conſignent, & in Commune conferant. Diff. rec. Rub.11. cap. 1. n. 2. 357.

Pe-

Pecunias ſiuè à parentibus, ſiuè à quocumque alio, nullo titulo, ſinè Prioris licentia recipiant. Ibid. n. 5. 358.
Cum huiuſmodi licentia receptas ſtatim conſignent, in arca communi Monaſterij reponendas. Ibid.
Nullo titulo pecunias, vel quidpiam aliud, pretioſum, aut irreligioſum apud ſe Fratres retineant. Ibid.
Quid fiat de pecunijs, quæ in communi arca Monaſterij, vndè aliquis Frater diſcedit reperiuntur. Ibid. n. 27. 363.
Si quis à parentibus, vel amicis prò libris emendis, vel aliqua alia cauſa rationabili aliquid receperit, de cuius licentia id fiat, teneatur, & expendatur. Diff. antiq. Rub. 8. cap. 2. n. 2. 297.
Procuratores Conuentuum, quid faciant, quandò pecunias mutuò accipi contigerit. Ibid. cap. 5. n. 1. 299.

PELLICIÆ.

Pellicias de pellibus ſylueſtribus, quinam portare permittantur. Conſt. cap. 23. n. 11. 182.
De domeſticis, quinam portare poſſint. Ibid. Tam ſylueſtres, quam domeſticas ſemper deferant coopertas. Ibid.

PERCVSSIO.

Quicumque irato animo alicui percuſſionem comminatus fuerit, quam pœnam incurrat. Conſtit. cap. 36. n. 2. 263.
Quid ſi de facto percuſſerit. Ibid. Quid ſi percuſſerit Fratrem alterius Ordinis, aut Clericum, vel aliam perſonam Sæcularem. Ibid.
Si quis enormi læſione, atrocem iniuriam in perſonam, Clericali priuilegio decoratam, intulerit, qua ratione puniatur. Ibid. num. 3. 264.

PICTANTIA.

Nulla pictantia fiat in ſecunda menſa, quæ in prima non ſit facta. Conſtit. cap. 21. n. 2. 176.
Niſi forſitan interdum hoſpites adfuerint. Ibid.
Frater ſedens in Refectorio, non mittat Fratri pictantiam, abſquè licentia Prioris. Ibid. n. 3. 177.
Sed de ſibi data à Priore, vel permiſſione ipſius ab alio, quibus dare licebit. Ibid.
Omnes Religioſi etiam Superiores, eodem pane, eodem vino, eodemquè obſonio, ſiuè eadem, vt aiunt, pictantia veſcantur. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 20. 360.
Nec ſingulare aliquid afferri poſſit. Ibid. Si quis in ea re peccauerit, qua ratione puniatur. Ibid.

Digitized by Google

PILEVS.

Sit de ſeltro nigro, & honeſto. Conſt. cap.23. n.12. 183.
Differat forma ab his, quibus Sæculares paſſim vtuntur. Ibid.
Nihil ſericum habeat. Ibid.

POENA.

Regula, Conſtitutiones, ac Diffinitiones noſtræ non obligant nos ad culpam, ſed ſolum ad pœnam. Proæm. Conſtit. num. 4. 104.
Diff. antiq. Rub.18. cap.1. n. 1. 319.
Eedem iubentur obſeruari ſub pœnis in eis contentis. Proæm. Diff. antiq. n.3. 283.
De pœnis verò in particulari contrà quoſcumque, ſiuè Superiores, ſiuè Subditos, ſiuè quoslibet alios, tam ſecundum Conſtitutiones, quam ſecundum Diffinitiones antiquas, & recentiores, vide ſuis locis.

POENITENTIA.

Si quis Prior, aut Vicarius localis inuentus fuerit ſuſtinuiſſe Fratres, nè pœnitentias à Diffinitorio, vel à Patre Vicario Generali, aut Viſitatoribus eis impoſitas facerent, quam pœnam reſpectiuè incurrant. Diff. antiq. Rub. 17. cap.3. n. 1. 318.
Et nihilominus Fratres huiuſmodi, ad iniunctas ſibi pœnitentias, ſinè diminutione peragendas compellantur. Ibid.
Pœnitentiandi quinam ſint, vide ſuis locis.

PORTA, vide IANVA.

POSTVLATIO.

Seù trina electio Priorum, quomodò peragatur. Conſt. cap. 28. n. 1. & ſeqq. 193.
Poſtulatio Conuentualis Priorum per ballotationem fieri debet. Diff. recen. Rub.24. cap.1. n.10. 401.
Præcedente tamen nominatione ſaltem duorum à quolibet vocali Conuentus, per ſchedulas facta. Ibid.
Quænam conditiones requirantur, ad hoc vt quis in Priorem poſtuletur, ſeu eligatur à Capitulo Conuentuali. Ibid. cap.2. num. 1. 402.
Aliàs tamquam non poſtulatus, vel tamquam non electus habeatur. Ibid.

PRÆCEDENTIA.

Inter Conuentus poteſt eſſe, vel iuxtà primogenita locorum quoad erectionem, vel reformationem in noſtra Congregatione. aut quoad prærogatiuam fortè ex gratia Diffinitorij cōceſſam, Conſtit. cap.30. n. 60. 237.

Digitized by Google

Qui per decem annos lecturam laudabiliter exercuerint, quam præcedentiam habeant. Diff. recen. Rub. 14. cap. 1. n. 2. 374.
Qui prædicationis munus per quindecim Quadrageſimas in Ciuitatibus, aut locis inſignioribus, cum laude geſſerint, quam præcedentiam habeant. Ibid.
De præcedentia Diffinitorum, Viſitatorum, Procuratoris Generalis, Socij, & Secretarij Congregationis, ac Vicarij Conuentus, vide ſuis locis.

PRÆCEPTVM.

Præcepta Viſitatorum firma, & inuiolabilia permanere iubentur. Conſtit. cap. 33. n. 6. 259.
Nullus ab eis præter Patrem Vicarium Generalem, auctoritatem habet abſoluendi. Ibid. Contrà quæ ſi quis pertinax probabiliter fuerit, quam pœnam incurrat. Ibid. Idem penitus obſeruandum de præceptis Patris Vicarij Generalis, & Præſidentis, ac Diffinitorum Capituli Generalis noſtræ Congregationis. Ibid.
Si quis ab huiuſmodi præceptis aliquem abſoluere tentauerit, vel eidem abſolutionem ab aliquo impetrare procurauerit, niſi à Superiore prædictorum, quam pœnam incurrat. Ibid. n. 7.

PRÆDICATORES.

Ad Prædicationem verbi Dei promouendi per Patrem Vicarium Generalem, aut Viſitatores, tempore viſitationis examinentur, & per Diffinitorium promoueantur. Diff. antiq. Rub. 5. cap. 1. n. 1. 290.
Prædicatores non rectè prædicabunt, niſi per obedientiam mittantur. Ibid. cap. 2. n. 1. 291.
Prædicatores per litteras patentes Patris Vicarij Generalis, præſertim prò Quadrageſima deſtinentur. Ibid. Cui abſquè contradictione aliqua humiliter obediant. Ibid. Alijs autem temporibus, qualiter prædicare poterunt. Ibid.
Nullus prò Aduentu aut Quadrageſima, ſe ipſum, aut alium noſtræ Congregationis Prædicatorem, alicui Eccleſiæ, extrà loca noſtræ Congregationis ſpecialiter promittat. Ibid. num. 2. Contrafacientes, quam pœnam incurrant. Ibid.
Prædicatores expenſis cuius Conuentus conducantur, & ad locum ſuæ conuentualis obedientiæ reducantur. Ibid. cap. 3. num. 1.
Perfuncto prædicationis officio, quomodò prouideatur eis à Priore loci in quo, vel cuius quæſta, aut nomine prædicauerint, de Cappa, vel alio indumento, aut libris, ſi eguerint. Ibid.

Digitized by Google

Prædicatores eleemoſynas occaſione prædicationis habitas, quibus conſignent. Ibid. n.2. 292.
Contrafacientes, vel fraudantes, quam pœnam incurrant, & qualiter puniantur. Ibid.
Prædicatores iuniores, quomodò ad prædicandum extrà Conuentum mittantur. Ibid. cap.4. n. 1.
In Concionatorum, ſeù Prædicatorum numerum, quinam adſcribantur. Diff. recen. Rub.15. cap.1. n. 1. 377.
Indoctis numquam publicas habere cōciones permittatur. Ibid.
Quænam ſint loca, in quibus tempore Quadrageſimæ prædicabitur. Ibid. n.3. & 4.
Quænam ſint loca, in quibus prædicabitur infrà annum. Ibid. n.5.
Tempore Aduentus, in quibus locis prædicabitur. Ibid. num. 6. pag. 379.
Præfati ſuggeſtus prò quocumque tempore, diſtribuantur à Patre Vicario Generali, & non à Prioribus Conuentuum, & ſub qua pœna. Ibid. n. 7.
Nemo ſinè præuia licentia Patris Vicarij Generalis ſuggeſtum ſibi quærere audeat, & ſub qua pœna. Ibid. n. 8.
Requiſitus à Patre Vicario Generali, vt prædicet, ſi renuat, qualiter puniatur. Ibid.
Prædicatores, qui in concionando aliquid ineptum, vel ſcandaloſum, aut morum relaxatiuum, vel alicuius offenſiuum dixerint, qualiter puniantur. Ibid. n. 9.
Prædicatores in noſtris, aut alienis Eccleſijs prædicantes, quam atteſtationem habeant. Ibid. n. 10.
In Conuentibus, in quibus non eſt deputatus Concionator, qualiter ſermo habeatur Dominica quarta cuiuslibet menſis. Ibid. num. 11. 380.
Qui in Eccleſijs noſtris, vel alienis Conciones ſunt habituri, quid faciant. Ibid. n.12.
Prædicatores, qui in noſtris Eccleſijs infrà annum prædicare debent, ibi de familia inſtituantur. Ibid. n.13.
Qui prædicationis munus per quindecim Quadrageſimas in Ciuitatibus, aut locis inſignioribus cum laude geſſerint, quid à Diffinitorio Capituli Generalis, vel Diætæ impetrare poſſint. Diff. recen. Rub.14. cap.1. n. 2. 374.
Quid ſi per viginti annos prædicationis huiuſmodi munus obierint. Ibid. Vel extenſiuè partim lecturæ, & partim prædicationis. Ibid.

Quænam loca intelligenda ſint inſigniora ad prędictum effectum. Ibid. n.3. 375.
Tempus prædicationis in dicta Diffinitione præfixum, quomodò conſtare debeat. Ibid. n.6.
Prædicatores infrà quatuor menſes Epiſcopo ſe præſentent, vt Sæcularium Confeſſiones audire poſſint. Diff. recen. Rub. 16. cap.1. n.2. 381.
Sec us facientes, quà pœna mulctentur. Ibid.
Prò Capitulo Generali, quot Prædicatores deputentur. Diff. rec. Rub.29. cap.1. n.9. 432.
Per quot menſes antè moneantur. Ibid.

PRÆLATI CONGREGATIONIS.

Prælatos Prior, & Fratres vbiquè honorent, & cum ipſis humiliter, & pacificè conuerſentur, & viuant. Conſt. cap.29. n.4. 200.
Prælati Congregationis præcedere debent omnes alios, qui tali dignitate nō fuerint decorati. Diff.rec. Rub.28. cap.5. n.1. 427.
Inter ipſos verò, quinam præcedat. Ibid.
Prælati Congregationis vocantur antiquiores, & cæteris quibuſcumque Fratribus anteponuntur. Ibid. n. 2.
Vicarijs Generalibus abſolutis, ſeù cuilibet eorum, deputetur à Priore Conuentus, ad ſeruitium Conuerſus ipſis benè viſus. Ibid. n.3. 428.
Vicarij Generales abſoluti, quem Conuentum eligere poſſint de triennio in triennium prò ſuo domicilio. Ibid.
Vicarij Generales abſoluti à quo iudicari poſſint. Ibid. num. 4.
Quinam de ipſis inquirere poſſint. Ibid.
Patres Vicarij Generales abſoluti ingredi poſſunt Diffinitoria omnia cum voto. Diff. recen. Rub.28. cap.4. n. 5. 426.
Etiam cum prærogatiua præcedentiæ ſuper Diffinitores, & Viſitatores electos. Ibid. Et pariter præſidentiæ in Capitulis Generalibus, & cum quo ordine. Ibid.
Vicarij Generales abſoluti ineligibiles ſunt, & incapaces officij Diffinitorum, & Viſitatorum. Ibid. 427.

PRÆSIDENS CAPITVLI.

Quomodò recognoſcatur, & intronizetur. Conſt.cap.30. n.4. 207.
Quodnam ſit eius officium, & auctoritas. Ibid. n. 5. & 6. 208.
In defectum Socij, qualiter ad electionem Patris Vicarij Generalis faciendam hortetur, & inducat. Ibid. n. 9. 211.
Qualiter Benefactores Defunctos recommendet. Ibid. num. 10. & 11.

Qua-

Digitized by Google

Qualiter renunciationem Patris Vicarij Generalis acceptet. Ibid. num. 16. 214.
Quomodò nouum Vicariũ Gener. electũ cõfirmet. Ibid. n. 32. 222.
Quomodò ſedere cum faciat contra medium Altaris, & deoſculetur eius manum. Ibid. n. 3. 223.
Qualiter Diffinitores nouiter electos confirmet. Ibid. n. 37. 224.
Quomdò Viſitatores nouiter electos confirmet. Ibid. n. 45. 227.
De quibus debeat Pater Præſidens hortari, & quæ præcipere Patribus Diffinitorij, antequam Diffinitorium ipſum incipiatur. Ibid. n. 50. 230.
Quas Miſſas, & orationes iniungat prò Benefactoribus viuis, & Defunctis. Ibid. n. 67. 240.
Quomodò Priores ab officio abſoluat. Ibid. n. 70. 241.
Quomodò Priores nouiter electos confirmet. Ibid. n. 72. 242.
Quomodò abſolutionẽ Generalem faciat. Ibid. n. 74. & ſeqq. 244.
Quomodò poteſtatem ſibi, & Diffinitorio reſeruet. Ibid. n. 80. 245.
Quomodò omnibus benedicat. Ibid. n. 81.

PRIOR.

Fratres Cõuentus, quomodò Priori obediant. Conſt. c. 29. n. 1. 199.
Quodnam ſit eius officium. Ibid.
Quomodò ſe gerere debeat ergà Conuentum, & Fratres. Ibid. n. 2. & ſeqq. 200.
Extrà locum vltrà tres dies non ſtet. Ibid. n. 6. 200.
Si neceſſitas aliter expoſcat, quid faciat. Ibid. Si contrafecerit, quam pœnam incurat. Ibid. Si verò ex conſuetudine huius mandati tranſgreſſor fuerit, qualiter puniatur. Ibid.
Quantum fieri poteſt aliquid ab extraneis non recipiat, nec apud ſe retineat. Ibid. n. 9. 201.
Si recipere contingat, quid faciat. Ibid.
Debitum vltrà libras decem in ſumma, ſinè licentia ſui Conuentus, nullum contrahat. Ibid. n. 11. 202.
Neceſſarias, & vtiles expenſas per quos faciat. Ibid.
Procuratoris officium non impediat. Ibid.
In adminiſtratione, & cultu Diuini Officij, & obſeruatione bonæ vitæ, & famæ, interius, & exterius per ſe, & Fratres ſuos, quomodò inuigilet, & inſtet. Ibid. n. 12.
Vtilitatem, & commoditatem Conuentus qualiter procuret, & quærat. Ibid.
Eccleſiam in his, quæ ad ornatum, & decorem ipſius pertinent ſtudeat ſolicitè conſeruare. Ibid. n. 14. 203.

Do-

Digitized by Google

Domos, & Officinas mundè, & honeſtè procuret penitus retinere. Ibid.
Prò quibus exceſſibus Prior ab officio abſolui debeat. Ibid. n. 16. pag. 203.
Quomodò Prior Sacriſtam, & Procuratorem ab eorum officijs remouere poſſit. Conſt. cap.7. n. 2. 120.
Quantum fieri poteſt, quis ſemper detur prò Priore. Conſtit. cap.28. n. 10. 197.
Quod ſi non fiat, quid faciant Fratres. Ibid.
Vacante infrà annum aliquo Prioratu, Fratres Conuentus, quomodò vſquè ad menſem electionem illius celebrare poſſint. Ibid. n.13. 198.
Quinam ineligibiles ſint. Ibid. n.14. Si verò antequam menſis compleatur, Fratres Priorem non elegerint, ad quem deuoluatur auctoritas, & poteſtas prouidendi de Priore. Ibid. n. 15.
Priores, quomodò inſtituantur, & Familiæ ſingulorum Conuentuum diſponantur Conſtit. cap.30. n.58. & ſeqq. 235.
Priores, quomodò officio ſuo renunciare debeant. Ibid. num. 69. pag. 241.
Quomodò Priores nouiter electi confirmentur. Ibid. n. 71. 242.
Si quis ex Fratribus aduerſus Priorem aliquid corrigendum ſciuerit, quod tolerari non debeat, quid faciat. Conſt. cap. 33. num. 2. 257.
Subditi Priores ſuos infamare non præſumant. Ibid. 258.
Priores omnes noſtræ Congregationis, infrà ſex menſes poſtquã ad loca ſua peruenerint, quid faciant, & ſub qua pœna. Diff. antiq. Rub. 18. cap.3. n. 1. 320.
Priores, qui ex vetitis aliquid detulerint, vel ſuos ſubditos deferre negligenter permiſerint, qua pœna plectantur. Diff. rec. Rub.3. cap.1. n. 9. 330.
Nullus ex Superioribus locorum, adminiſtrationem bonorum ſui Conuentus, per ſe ſuſcipiat, vel exerceat. Diff. recen. Rub.11. cap.1. n.28. 363.
Sed vniuerſum id onus per quos peragatur. Ibid.
Quænam requirantur, vt quis ad Prioratum aſſumi poſſit. Diff. recen. Rub.24. cap.1. n. 1. & ſeqq. 398.
Aliter facta aſſumptio, electio, aut deputatio, nullius ſit roboris, vel momenti. Ibid. Acceptans ſui aſſumptionem aliter factam, quã pœnam incurrat. Ibid. Qui ſic aſſumpſerint à quo corripiantur. Ibid.

Prio-

Digitized by Google

Priores eatenus titulo, cæteriſque prærogatiuis, ac priuilegijs, Prioribus quomodolibet competentibus gaudere poſſint, quatenus actu Priores ſint. Ibid. n. 6. 400.
Finito tempore Prioratus prædictis nullatenus gaudeant, ſed ad locum ſuæ profeſſionis, vel aliàs ſibi competentem, redire teneantur, & ſub qua pœna. Ibid.
Non liceat amplius verbo, vel ſcripto, vel aliàs quomodolibet, eos nuncupare Priores, & ſub qua pœna. Ibid.
Quam ætatem, & quot annos profeſſionis quis habere debeat, vt ad Prioratum aſſumi poſſit. Ibid. n. 7. 401.
Quicumque ad officium Prioratus deputati, ſinè legitima cauſa illud acceptare, & exercere recuſauerint, quibus pœnis plectantur. Ibid. n.8.
Circà legitimam cauſam propter quam liceat Prioribus recuſare, ſeù non acceptare, aut renunciare actuale gubernium, quinam iudicare debeant. Ibid. n.9.
Quinam cuilibet Conuentui aſſignentur in Priores. Ibid. cap. 2. num. 2. 402.
Excipitur Conuentus S. Mariæ de Populo Vrbis. Ibid.
Super quibus examinari debeant Priores. Ibid. n.3. 403.
Priores Officialium ſuorum munera non impediant, & ſub qua pœna. Ibid. cap.3. num.2.
Priores ad Capitulum Generale deferant ſtatum ſuorum Conuentuum, & qualem. Ibid. n.3. Præfati ſtatus quotuplex copia fiat. Ibid. n.4. 404.
Quinam Conuentus ſoluant expenſas Prioribus, qui ſui officij cauſa, ad Capitulum Generale Congregationis de iure conueniunt. Ibid. cap.4. n. 1. & ſeqq. 404.
Priores, qui animi gratia, aut prò ſuis negotijs aliquò incedere volunt, ſinè ſui Conuentus vrgenti neceſſitate, nullum à Monaſterijs ſubſidium recipiant, & ſub qua pœna. Ibid. c.5. n.1. 405.
Si neceſſitas Conuentus id exegerit, quibus teneantur Priores explicare. Ibid.
Quoties à Prioribus, & quo tempore, ſermo habeatur de Religioſa diſciplina, & Regulari Obſeruantia. Ibid. cap 7. n.1. 406.
Contrafacientes qualiter puniendi. Ibid.
Prior de quibus ſuos Subditos Religioſos ſepè commoneat. Ibid. num. 2. 407.
Quibus tẽporibus in anno Decreta Apoſtolica ad S. Inquiſitionis Officiũ pertinentia legere faciat, vbi, & ſub quibus pœnis. Ibid.

Qui-

Digitized by Google

Quibus temporibus in anno alia Decreta legere faciat, & ſub quibus pœnis. Ibid. n. 3.

Prior ſæpè ſæpius legere, & declarare faciat Rubricas Miſſalis, & Breuiarij. Ibid. n. 4.

Priores ſumptibus Conuentuum conuiuia Sæcularibus non parent, & ſub qua pœna. Ibid. n. 5.

Priores, qui Conuentus dilapidauerint ad Prioratum inhabiles adiudicantur. Ibid. n. 6. 408.

Priores, qui commiſſionem acceperint de aliquo Religioſo incarcerando iuſſioni pareant, & commiſſionem fideliter exequantur. Ibid. cap. 9. n. 1. 409.

Renuentes, quam pœnam incurrant. Ibid.

Diligenter curent Priores, vt Conſtitutiones, & Diffinitiones antiquæ, ac recentiores noſtræ Congregationis publicè legantur, & quod maius, & melius eſt obſeruentur. Ibid. cap. 11. num. 1. 409.

In Priorem Conuentus S. Mariæ de Populo Vrbis, quis ſemper à Diffinitorio Capituli Generalis deputetur. Diff. recen. Rub. 29. cap. 1. n. 11. 433.

Quod ſi is quacumque ex cauſa tale onus aſſumere recuſauerit, quis eligatur, excluſis quibuſcumque alijs. Ibid. Quod etiam ſeruandum, ſi aliquo caſu infrà triennium, huiuſmodi Prioratum vacare contigerit. Ibid.

PRIVILEGIA.

Deſtruere, falſificare, occultare, vel alienare præſumentes, quibus pœnis ſubiaceant. Conſt. cap. 35. n. 3. 262.

Qui lecturæ, aut prædicationis tempus, à Diffinitionibus noſtris præfixum laudabiliter compleuerint priuilegio ſibi debito decorentur. Conſtit. cap. 30. n. 62. 238.

PROCESSIO.

In Proceſſionibus Mulieres Clauſtrum primum noſtrorum Conuentuum ingredi poſſunt. Conſtit. cap. 12. n. 1. 132.

Fratres, cum proceſſionaliter vadunt ſocium collateralem attendant. Conſt. cap. 17. n. 3. 157.

PROCESSVS.

Si quis à proceſſibus Superiorum noſtræ Congregationis indebitè appellauerit, qualiter puniatur. Conſt. cap. 32. n. 4 254.

Quinam Fratres de præterita, ac præſenti vita ſint rigorosè proceſſandi. Diff. rec. Rub. 3. cap. 4. n. 1. 335.

Et qualiter damnandi. Ibid.

PRO-

Digitized by Google

PROCLAMATIO.

Modus proclamationis qualis ſit. Conſtit. cap.3. n. 3. 110.
Si aliquis fuerit proclamatus ab alio Fratre quid faciat. Ibid.
Quod ſi non recordetur quid dicat proclamans. Ibid.
In proclamationibus culparum, quis modus ſeruetur. Conſt. cap.4. num.1. 112.
Si quis aliquem à quo clamatus fuerit, eodem die quaſi ſe vindicando accuſare præſumpſerit, quam pœnam incurrat. Conſt. cap.40. n.1. 273.
Si quis clamans, in clamatione ſua iurgium fecerit, quam pœnam incurrat. Conſt. cap.41. n. 1. 273.
Si quis in illum à quo clamatus fuerit, minas, vel maledicta, ſeù verba inordinata, & irreligioſa protuliſſe deprehenſus fuerit, qua pœna plectatur. Ibid.

PROCVRATOR.

Procuratorem eligant Fratres ſui Cõuentus. Conſt. cap.7. n.2. 120.
Quomodò Procurator, & Sacriſta in ſingulo Conuentu noſtræ Congregationis eligantur, & à quibus. Conſt. cap. 27. n. 1. 190.
Excipiuntur Procurator, & Sacriſta Conuentus S. Mariæ de Populo Vrbis. Ibid.
Procuratoris officium quodnam ſit. Ibid. n. 2. Omnia de voluntate Prioris tacita, vel expreſſa faciat, ſinè cuius licentia ei aliquid expendere etiam in cõmune cõmodum non licet. Ibid.
Tempore ſilentij cum quibus loqui poſſit. Ibid.
Pecunias, quæ ad manus eius deuenerint, & expenſas, quas fecerit in libro Diurnali ſcribat. Ibid. n. 3. 191.
De omnibus ſemel in menſe coram toto Conuentu rationem reddat. Ibid. Ac etiam Patri Vicario Generali, & Viſitatoribus, quoties fuerit requiſitus. Ibid. Et ſi de introitu aliquid reſiduum fuerit, ſicut ſi debitum contraxerit, qualiter eis reſignet. Ibid. Debitũ tamen prò quacumq; cauſa, abſquè ſpeciali Prioris licentia, ſibi contrahere non licet. Ibid. Quandò eumdum eſt ad Capitulum, quid faciat. Ibid. Depoſita pecuniaria, qualiter recipiat. Ibid. n.4.
Procuratores Conuentuum, quid faciant, quandò pecunias mutuò accipi contigerit. Diff. antiq. Rub. 8. cap.5. n.1. 299.
Procuratoris à Capitulo Cõuentuali electi, quodnam ſit officium. Diff. recen. Rub. 19. cap.1. n. 1. 390.
Quandò, & vbi ſchedulas expenſarum Procurator legere debeat. Ibid. n. 2. Quibus ſint conſignandæ huiuſmodi ſchedulæ, &

quid de eis fiat. Ibid. Qualiter expenſas in libros Diurnali reportet. Ibid.
In ſcribendis expenſis, quomodò ſe gerere debeat, Procurator, & ſub qua pœna. Ibid.n.3.
Quarum expenſarum Apochas reportare debeat Procurator, & quibus ſint conſignandæ, & ſub qua pœna. Ibid. n. 4. 391.
Apocæ in quo loco conſeruentur, in quo libro recipiantur, & quomodò earum tranſumptum, ſi voluerit, Procuratori tradatur. Ibid. n. 5.
Procurator debitum non contrahat, nec mutuò pecunias accipiat, abſquè Patrum Conſilij licentia, & ſub qua pœna. Ibid. cap.2. num. 1.
Procuratores, quorum libri inuenti fuerint, vel in totum, vel ex parte dilacerati, &c. qualiter puniantur. Ibid. n. 2.
Procurator nulla ratione à Choro ſit exemptus. Ibid. num. 3.
Si contrafecerit quomodò puniatur. Ibid.
Procurator, qui malæ adminiſtrationis reliquerit notam, aut ejuſdem adminiſtrationis perfectam non reddiderit rationem non poteſt in eodem, vel in aliquo alio Conuentu eligi in Officialem. Ibid. n.4.
Et ſi eligatur, talis electio declaratur nulla. Ibid.
Procurator, Exactor, Depoſitarius, & Sacriſta in eodem officio prò eodem Conuentu, vltrà ſexennium confirmari non poſſunt. Ibid. n.5. 392.
Benè tamen ad alia officia eligi. Ibid. Si neceſſitas aliter expoſcat, cum cuius licentia id fiat. Ibid.

PROCVRATOR GENERALIS.

In Curia Romana eligitur à Diffinitorio Capituli Generalis. Conſt. cap.30. n.57. 234.
Eligatur ſingulo triennio. Diff. antiq. Rub.10. cap.1. n. 1. 303.
Quam auctoritatem habeat. Ibid.
De cuius conſilio cauſas grauiores Congregationis pertractare debeat. Ibid.
Quam præcedentiam habeat. Ibid.
Vocem habeat in Capitulo Generali Congregationis. Ibid.
Nullus audeat pertractare cauſas aliquas in Curia Romana, abſquè ſcitu, conſenſu, & voluntate ipſius. Ibid. n.2. 304.
Contrafacientes, qualiter puniantur. Ibid.
Procurator Generalis poteſt Apoſtatas quoſcumque, ad Vrbem declinantes, ab excommunicatione abſoluere. Ibid. num. 3.

Et

Digitized by Google

Et alios Fratres Congregationis diſcolos, & ſcandaloſos, etiam cum licentia ad Vrbem accedentes, Carceribus tradere, vel extrahere. Ibid. Eadem poteſt Prior de Populo Vrbis. Ibid.
Procurator Generalis habeat librum, & ad quem finem. Ibid. cap. 2. n. 1. 304.
Quibus de omnibus rationem reddat. Ibid.
Vtitur figura S. Monicæ in ſuo Sigillo. Conſt. cap. 23. n. 14. 184.
Procurator Generalis, quas qualitates habere debeat, ad hoc vt eius electio ſit valida. Diff. rec. Rub. 27. cap. 1. n. 1. 417.
Quodnam ſit eius munus. Ibid. n. 2. Quas qualitates habere debeat ratione muneris. Ibid.
Si Procurator Generalis deceſſerit, vel quauis ex cauſa officium eius vacauerit, quis tale munus prò interim exerceat, & qualiter prouideatur. Ibid. n. 8. 419.

PROFESSIO.

Prior congregatis in Capitulo Fratribus audiat inſtantiã Nouitij poſtulantis ad Profeſſionem admitti. Conſt. c. 18. n. 1. 158.
Qua audita, quid faciat. Ibid.
Quomodò Nouitius ad Profeſſionem faciendam admittatur. Ibid. n. 2. & 3. 159.
Profeſſionis faciendæ quinam ſit ritus. Ibid. n. 4. & ſeqq. 160.
Formula Profeſſionis, quænam ſit. Ibid. n. 8. 165.
Conuerſi quomodò Profeſſionem faciant Ibid. n. 14. 167.
Quandocumquè Nouitius aliquis ſiuè Clericus, ſiuè Conuerſus Profeſſionem emiſerit, præſens ſit publicus Notarius, & quid faciat. Ibid. n. 15. 168.
Si Nouitius profiteri noluerit, aut de recipiẽdo eo maior pars Capituli nõ concordauerit, quid dicat ei Prior. Ibid. n. 16. Et omnia, quæ ſua ſunt ei dentur, quibus exceptis, & quomodò. Ibid.
Ad omnem verò iniuſtitiæ vmbram tollendam, quid faciendum, & quomodò ſe gerere debeat Prior. Ibid. n. 17.

PROFESSORIVM.

Poſt emiſſam Profeſſionem mittantur Nouitij ad ſecundum Nouitiatum ſeù Profeſſorium. Diff. rec. Rub. 10. cap. 1. n. 9. 353. & num. 19. 355.
Si in propria Prouincia, expenſis cuius Profeſſi alendi erunt, numerus Profeſſorum excedat vires Conuentus ad Profeſſorium deputati, qualiter prouidendum. Ibid.
In qualibet Prouincia ſint Profeſſoria, ad educationem Profeſſorum ſufficientia. Ibid. n. 20.

Digitized by Google

Si in aliqua Prouincia defuerint proprij Profeſſi, ex aliena mitti poſſunt. Ibid. Si autem in ipſa Nouitij nouiter profiteantur, quid fiat. Ibid.
In Diffinitorio Profeſſi ſecernantur, & ad quæ Profeſſoria reſpectiuè mittantur. Ibid. n. 21. 356.
Magiſter Profeſſorum, qui ſcientijs ſp eculatiuis non ſunt addicti, quæ eos docere, & in quibus exercere debeat. Ibid. n. 22.
Profeſſi in Profeſſorio exiſtentes in nullo Capitulo vocem habeant. Ibid. n. 23.
Quænam officia exercere debeant, & à quibus abſtinere. Ibid.

PROPRIETAS.

Non dicant Fratres aliquid proprium, ſed ſint illis omnia communia. Reg. cap. 2. 7.
Rem vllam recipere, dare, vendere, emere, ſiuè alienare, vel impignorare nō licet ſinè licentia Prioris. Conſt. c. 38. n. 1. 269.
Si quis contrafecerit qualiter puniatur. Ibid.
Si quis proprietarius eſſe conuincatur, aut furtum notabile commiſiſſe, qua pœna puniatur. Ibid. n. 2.
Si quis rem ſibi collatam celauerit, quod B. P. Auguſtinus dicit furti iudicio eſſe damnandum, quam pœnam incurrat. Conſt. cap. 42. n. 1. 274.
Rem vllam è domo, aut ex alterius cubiculo, è menſa, ex horto, vel ex vinea, ſinè licentia Prioris, nemo ſumat, auferat, ſibi approprìet, vel vſurpet. Diff. rec. Rub. 11. cap. 1. n. 15. 360.
Commune debent facere, quod habent proprium, qui Monaſterium ingreſſi ſunt, non autem proprium, quod eſt commune. Ibid.

PROVINCIA.

Quot in noſtra Congregatione Prouinciæ conſtitui debeant, & quos Conuentus quælibet earum habere debeat. Diff. recen. Rub. 29. cap. 1. n. 1. 429.
In electione Patris Vicarij Generalis inter Prouincias ſeruetur Alternatiua. Ibid. n. 2. 431.
Eo modo, & ordine, quo iam fœliciter introducta eſt in noſtra Congregatione. Ibid.
Ex Prouincia, ex qua Pater Vicarius Generalis fuerit electus, quinam aſſumi non poſſint. Ibid. n. 3.
Electio Procuratoris Generalis, ex qua Prouincia fiat. Ibid. n. 4.
Electio Socij P. Vicarij Generalis, ex qua Prouincia fiat. Ibid.
Secretarius Congregationis, ex qua Prouincia aſſumatur. Ibid.

Vna-

Digitized by Google

Vnaquæque Prouincia, ea excepta, quæ Patrem Vicarium Generalem habebit in ſingulis Capitulis vnum Diffinitorem, & vnum Viſitatorem habeat. Ibid. n. 5.

Omnium Conuentuum Priores à Capitulo conuentuali poſtulentur, & à Diffinitorio eligantur, quantum fieri poteſt ex Prouincia, in qua huiuſmodi Conuentus reperiuntur. Ibid.

Si contingat Patrem Vicarium Generalem, Procuratorem Generalem, Socium, Diffinitorem, vel Viſitatorem aliquem, aut Secretarium Congregationis, ſeù Priorem alicuius Conuentus, non peracto ſuo officio decedere, vel legitimè, & canonicè impeditum fore, quid fiat. Ibid. n. 6. 432.

Electiones contrà Alternatiuam inter Prouincias, nullas, irritas, & inanes omninò eſſe, ac nullius roboris, & momenti ſtatuitur. Ibid. n. 7.

Q

QVADRAGESIMA, vide PRÆDICATORES.

QVÆSTVS.

Prior proprijs, & illicitis quæſtibus intendens ab officio eſt abſoluendus. Conſt. cap. 29. n. 16. 204.

QVÆSTVARE.

Conuerſi quæſtuantes, eleemoſynas, quas receperint fideliter Exactori conſignent. Diff. recen. Rub. 9. cap. 2. n. 6. 347.

Si quis ſecus fecerit, qualiter puniatur, tam prò prima, quam prò ſecunda, & prò tertia vice. Ibid.

R

RASVRA, vide CORONA.

RECEDERE.

Nullus Frater in noſtra Congregatione profeſſus, abſquè Diffinitorij, aut Patris Vicarij Generalis licentia, in ſcriptis habita, ipſam Congregationem exeat, ſiuè ab ipſa recedat. Conſt. cap. 39. n. 1. 270.

Recedens, niſi per totam diem naturalem, in qua abſquè licentia huiuſmodi, recedere præſumpſerit, redeat, excommunicatur. Ibid.

RECIPERE.

Si quis à parentibus, vel amicis aliquid receperit, quid de eo fiat, & quomodò expendatur. Diff. antiq. Rub. 8. cap. 2. n. 2. 297.

RED-

Digitized by Google

REDDITVS.

Superiores, qui ratione officiorum ſuorum redditus, & præſtationes particulares habent, in quos vſus expendant. Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 6. 358.

Finito officio, qualiter de eis rationem reddant. Ibid.

Si quid ſuperſit, quid de eo fiat. Ibid.

REFECTORIVM.

In Refectorio ſemper ſilentium ſeruetur. Conſt. cap. 11. n. 1. 130.

Fratres non intrent in Refectorium, niſi ſignum intrandi audierint. Conſt. cap. 21. n. 1. 176.

Prior pulſato ſecundo ſigno, Fratres introducat in Refectorium. Ibid.

Si quis quidpiam in Refectorium, vt ipſe vel alius comedat illud, manifeſtè, vel latenter, ſinè licentia deferre præſumpſerit, qualiter puniatur. Ibid. n. 5. 177.

Nulla quæuis perſona Sæcularis in communi Refectorio cum Fratribus comedat. Diff. antiq. Rub. 7. cap. 3. n. 1. 296.

Quænam perſonæ, & qui dies ab hac lege excipiantur. Ibid.

REGVLA.

Quandò legenda. Reg. cap. 15. 17.

Regula noſtra, non obligat nos ad culpam, ſed ſolum ad pœnam. Proœm. Conſt. n. 4. 104.

Niſi propter præceptum, vel contemptum. Ibid.

Prior Regulam legi non faciens, ab officio eſt abſoluendus. Conſtit. cap. 29. n. 16. 204.

Quilibet Prior in ſuo Conuentu habeat Regulam B. Patris noſtri Auguſtini, cum expoſitione Vgonis de S. Victore. Conſtit. cap. 34. n. 1. 260.

Qui Regulam B. Patris noſtri Auguſtini deſtruere, falſificare, occultare, vel alienare præſumpſerit, quam pœnam incurrat. Conſt. cap. 35. n. 3. 262.

RELIQVIÆ.

Sanctorum, quomodò cuſtodiendæ. Diff. rec. Rub. 18. c 2. n. 1. 388.

Reliquias ipſas nemini liceat, vel in minima particula ſubtrahere, diminuere, donare, vel alicui concedere. Ibid. n. 2. 289.

Contrafacientes, quam pœnam incurrant. Ibid.

Ad hoc vt poſſint in aliqua particula alicui donari, vel concedi, quænam licentia requiratur. Ibid.

Vt Reliquiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, eius Sanctiſſimæ Matris, Sanctorum Apoſtolorum, & Martyrum inſigniorum, necnon

S. Ni-

Digitized by Google

S. Nicolai de Tolentino, ſubtrahi, minui aut concedi poſſint, etiam in minima quantitate, quænam licentia requiratur. Ibid. n.3. Qui ſecus fecerint, quas pœnas incurrant. Ibid.

REMOTIO.

Quinam remouendi ſint de loco illo in quo degunt. Conſt. cap. 32. num. 6. 255.

In alijs caſibus quinam remouendi ſint, vide ſuis locis.

RISVS.

Si quis diſſolutè ridens, cachinis, ludis, dictis, vel factis alios ad ridendum concitauerit, quam pœnam incurrat. Conſtit. cap. 40. num. 1. 272.

ROMA.

Vniuerſis, & ſingulis noſtræ Congregationis Fratribus diſtrictè præcipitur, nè quis abſquè Patris Vicarij Generalis licentia ſpeciali, Romam accedere, quouis quæſito colore præſumat. Diff. antiq. Rub. 10. cap. 1. n. 2. 303.

S

SACERDOS.

Sacerdotes non graduati, nec legitimè impediti, aut exempti, ab officio Hebdomadarij non ſunt immunes. Diff. recen. Rub. 2. cap. 6. n. 1. 329.

Nec Prior cum eis diſpenſare poteſt. Ibid.

Si in aliquo Conuentu Clerici non adſint, quinam Sacerdotes muneribus Clericorum fungantur. Ibid. n. 2.

Quinam Sacerdotes ab officio Hebdomadarij abſolui poſſint per Patrem Vicarium Generalem. Diff. recen. Rub. 28. cap. 3. num. 2. 424.

Quinam Sacerdotes conſtitui poſſint de corpore Conſilij, ex gratia, & priuilegio. Diff. recen. Rub. 25. cap. 1. n. 2. 410.

In Conuentibus maximè minoribus inſtitui poſſunt in Priores etiam Sacerdotes non graduati, & quas qualitates habere debeant. Diff. recen. Rub. 24. cap. 2. n. 2. 402.

SACRISTA.

Sacriſtam eligant Fratres ſui Conuentus. Conſtit. cap. 7. num. 2. pag. 120.

Quandò cauere debet nè Fratres ſolicitet ad exeundum. Conſtit. cap. 12. n. 2. 132.

Quomodò, & à quibus eligatur. Conſt. cap. 27. n. 1. 190.

Digitized by Google

Sacriſta Conuentus S. Mariæ de Populo Vrbis eligitur à Diffinitorio. Ibid.
Quomodò ſe gerat Sacriſta circà oblationes fidelium, quæ ad manus eius deueniunt. Ibid. n. 5. 192.
Quodnam ſit eius officium. Ibid.
Eligendus in Sacriſtam, quas qualitates habere debeat. Diff. recen. Rub. 18. cap. 1. n. 1. 385.
Circà quæ eius cura maximè verſetur. Ibid. n. 2.
In Sacriſtia toto tempore celebrationis Miſſarum ſilentium ſeruari faciat. Ibid. n. 3. 386.
Quoſnam Sacerdotes celebrare non permittat. Ibid.
Sacriſta Eccleſiam, Altaria, & Sacriſtiam nitida ſemper, & munda retineat. Ibid. n. 4.
Paramenta vetera, & minus vtilia, quomodò vendantur, vel permutentur. Ibid.
In omni Sacriſtia ſit inuentarium, & quid de eo fiat. Ibid. n. 5.
Onera perpetua Miſſarum in tabella publicè expoſita appareant deſcripta, & in peculiari libro per Sacriſtam ſcribantur. Ibid. num. 6. 387.
Quot libri in quolibet Sacrario per Sacriſtam parentur, & prò quo vſu. Ibid. n. 7.
Sacriſta oblationes, quæ ad manus eius peruenerint, quomodò deſcribat. Vbi reponat. Quomodò extrahantur, & cui conſignentur. Ibid. n. 8.
Sacriſta extraordinarias expenſas ſinè licentia Prioris nullas faciat. Ibid. n. 9. 388.
Ordinarias quomodò regiſtret. Ibid.
Vaſa ſacra aurea, & argentea, & quælibet pretioſa ſuppellectilia, quomodò cuſtodiantur. Ibid. n. 10.
Legata Sacrario facta non expendantur in alios vſus. Ibid. n. 11.
Contrafacientes Priores quam pœnam incurrant. Ibid.
Mortui per Sacriſtam in peculiari libro deſcribantur. Ibid. n. 12.
In præfatis negligens inuentus, ab officio abſoluatur, & quam pœnam ſubeat. Ibid. n. 2. 386.

SALES.

Sales illi, qui vulgò dicuntur (*motti*) prohibentur, & ſub qua pœna. Diff. recen. Rub. 3. cap. 4. n. 2. 335.

SÆCVLARES.

Paucis de Clero Sęculari, & de Laicis detur ad ſecundũ Clauſtrum, & Hortum, vel Viridarium ingreſſus. Conſt. cap. 19. n. 2. 170.

Nec

Nec ad primum niſi in aliquibus caſibus ſecundum diſcretionem Prioris. Ibid.
Familiaritas Sæcularium à Fratribus, quantum fieri poteſt vitanda. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. n. 1. 332.
Qui Sæculares prò ſe, vel prò alijs Fratribus, ad Superiores interpellandos miſerit, qualiter puniatur. Ibid. n. 8. 334.
Qui Sæculares ad impediendam iuſtitiam ad Superiores adduxerint, vel aſſociauerint, quomodò puniantur. Ibid. n. 10.
Ad Sæculares confugiens, vt obedientiæ refragetur, quomodò puniatur. Ibid. n. 11.
Sæculares tituli prohibentur, & ſub qua pœna. Ibid. cap. 4. n. 3. pag. 335.

SCAPVLARE.

Habeat quilibet Frater Scapulare breue, cum haſtis Capucio conſutis. Conſt. cap. 23. n. 2. 180.
Cuius materiæ, & coloris ſit. Ibid. Cum eo dormiant Fratres. Ibid.

SCRVTATORES.

In electione, ſeù poſtulatione Priorum, vocalibus Conuentus in Capitulo congregatis, Prior vnum ex ipſis proponat, quem viua voce eligant in ſcrutatorem. Conſtit. cap. 28. n. 3. 194.
Electus cum quibus tale munus exerceat. Ibid. Si Conuentus tunc Vicarium non habuerit Prior proponat duos. Ibid.
Scrutatores Capituli Generalis quot ſint, à quo nominandi, & cum qua aduertentia. Conſtit. cap. 30. n. 21. 216.
Quomodò eligantur, & confirmentur. Ibid. 217.
Scrutatores ſic electi, & confirmati, quò accedant, & quas functiones faciant in electione Patris Vicarij Generalis. Ibid. n. 22. & ſeqq. 217.
Scrutatores, quas functiones faciant in electione quatuor Diffinitorum. Ibid. n. 34. & ſeqq. 223.
Scrutatores, quas functiones faciant in electione duorum Viſitatorum maiorum. Ibid. n 40. & ſeqq. 226.

SECRETARIVS.

Congregationis eligitur à Diffinitorio. Conſt. cap. 30. n. 57. 235.
Eius officium ad triennium perdurat. Diff. recen. Rub. 28. cap. 4. num. 3. 425.
Vocē habet in Capitulo Generali. Diff. antiq. Rub. 16. c. 3. n. 1. 316
Diff. recen. Rub. 29. cap. 2. num. 1. 434.
Quam præcedentiam habeat. Diff. antiq. Rub. 16. cap. 3. n. 1. 316.

Quas qualitates habere debeat. Diff. recen. Rub. 27. cap. 1. n. 4. pag. 418.
Quid iuret in manibus Patris Vicarij Generalis electi. Ibid.
Quodnam ſit eius officium. Ibid. n. 5. 6. & 7.
Quas functiones faciat in Capitulo Generali Congregationis. Conſtit. cap. 30. n. 20. & ſeqq. 215.
Si Secretarius infrà triennium deceſſerit, vel quauis ex cauſa officium eius vacauerit, quid faciendum. Diff. recen. Rub. 27. cap. 1. n. 8. 419.

SECRETVM.

Reuelans alicui extraneo ſecretum Capituli, vel Domus, quas pœnas incurrat. Conſt. cap. 36. n. 10. 266.
Nomine ſecreti, quid intelligatur. Ibid. n. 11.
Qui dicantur extranei. Ibid. n. 12.
Reuelans ſecreta Capituli eſt etiam remouendus à Conuentu illo in quo moratur. Conſt. cap. 32. n. 6. 255.

SERVITOR.

Quinam ad Capitulum Generale profecturi, ſecum Seruitorem ducere poſſint, & quinam non, & ſub quibus pœnis. Diff. recen. Rub. 29. cap. 2. n. 2. 434.

SIGILLVM.

Sigilla propria, qui habere poſſint. Conſtit. cap. 23. n. 14. 184.
Procurator Generalis, qua figura vtatur in Sigillo ſuo. Ibid.
Nullus armis, ſiuè ſcutis ſuæ familiæ more laicorũ vtatur. Ibid.
Pater Vicarius Generalis, & Viſitatores noſtræ Congregationis, ſuper hoc diligenter inquirant, & indecentia auferant. Ibid.

SILENTIVM.

Quandò de ſero pulſetur. Conſtit. cap. 3. n. 5. 111.
In quibus locis ſeruetur. Conſtit. cap. 11. n. 1. & ſeqq. 130.
Quodnam ſit tempus ſilentio deputatum. Ibid. n. 5. & 6. 131.
Prior in quibus locis de ijs, quæ expedierint ſilenter loqui poſſit. Ibid.
Similiter Magiſter Nouitiorum cum eis, & Cantor in Choro in diſtributione Officij. Ibid.
Qui tamen quomodò deprimat vocem. Ibid.
In locis, & horis ſilentio deputatis Fratres, qui ſigna neſciunt, non loquantur niſi neceſſaria, ſed breuiter, & ſilenter. Ibid.
Prior cum laborantibus, & deſeruientibus in ſilentio diſpenſare poteſt. Ibid. n. 5.

Pater

Digitized by Google

Pater Vicarius Generalis ad ſilentium non eſt cogendus. Ibid. num. 8. 132.
Poteſt etiam cum alijs in ſilentio diſpenſare. Ibid.
Benedicite autem dicere in Menſa hoſpitum, vel in alia, cui liceat. Ibid.
Hoſpites noſtræ Congregationis, quantum commodè poterunt, ſilentio iutendere debent. Conſtit. cap. 19. n. 3. 170.
Tempore noctis poſt pulſatum ſilentium, vnuſquiſque in Cella ſua ſe recludat. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. n. 13. 334.
Nemo per Conuentum vociferetur, aut excitet clamores. Ibid.
Fratrum coadunationes tollantur, & ſub qua pœna. Ibid.

SOCIVS.

Nullus Frater noſtræ Congregationis, quicumque ille ſit, extrà ſeptam loci vadat ſolus, abſquè Socio Fratre eiuſdem Congregationis. Conſtit. cap. 20. n. 1. 172.
Prior loci nullum de ſubditis ſuis ſolum, ideſt ſinè Socio extrà mittat, aut ire permittat. Ibid 173.
Excipiuntur Conuerſi, & Commiſſi. Ibid. Et caſus magnæ neceſſitatis. Ibid.
Fratres extrà Domum exeuntes Socium nullũ petant ex nomine, cõtenti eo, de quo Prioris diſcretio prouidebit. Ibid. n. 7. 175.
Ianitor nemini Fratrum Ianuam Conuentus aperiat, niſi Socium, & exeundi licentiam habuerit. Diff. recen. Rub. 4. cap. 1. num. 1. pag. 337.

SOCIVS CONGREGATIONIS.

Eligitur à Diffinitorio. Conſtit. cap. 30. n. 57. 235.
Eius officium ad triennium perdurat. Diff. recen. Rub. 28. cap. 4. num. 3. 425.
Vocem habet in Capitulo Generali. Diff. recen. Rub. 29. cap. 2. num. 1. 434.
Quas qualitates habere debeat, ad hoc vt eius electio ſit valida. Diff. recen. Rub. 27. cap. 1. n. 1. 417.
Quod votum habere debeat in rebus ſerijs Patris Vicarij Generalis. Ibid. n. 3. Quam præcedentiam habeat. Ibid.
In primo examine Priorum, & in licentijs dandis accedendi ad Diffinitorium prò ſecundo examine, & approbatione ad Prioratum, quod votum habeat. Diff. recen. Rub. 24. cap. 1. n. 2. & 3. 399.
Similiter in examine, & ſelectione ſtudentium. Diff. recen. Rub. 13. cap. 1. n. 8. 370.

In Capitulo Generali ſermonem habet de electione. Conſt. cap. 30. num. 9. 210.
Si Socius Patris Vicarij Generalis infrà triennium deceſſerit, vel quacumque ex cauſa officium eius vacauerit, quomodò prouideatur. Diff. recen. Rub. 27. cap. 1. n. 8. 419.

STVDIVM, & STVDENTES.

Fratres noſtri ſtudio litterarum ſolicitè intendant. Diff. antiq. Rub. 13. cap. 1. n. 1. 309.
Grammaticæ præſertim, & caſibus Conſcientiæ adipiſcendis ſedulam operam nauantes. Ibid.
In quibus Conuentibus noſtræ Congregationis, & quarumnam facultatum ſtudia vigere debeant. Ibid. n. 2.
Nullus Frater ſtudio alicuius ſcientiæ vacare poſſit, niſi prius totum Officium Diuinum opportunè didicerit. Ibid. cap. 2. num. 1. 309. 310.
Ad Studium quinam mittantur. Ibid. cap. 3. n. 1.
Sæculares, ſi ad lectionem in noſtris Conuentibus de gratia ſpeciali admitti contingat, quomodò ſe habeant. Ibid. cap. 4. n. 1.
Studia ex quot Studentibus ſaltem conſtare debeant. Diff. recen. Rub. 13. cap. 1. n. 1. 368.
Studentes tam Theologiæ, quam Philoſophiæ quotannis examinentur. Ibid. num. 8. 369.
De Studentibus non idoneis ſcientijs ſpeculatiuis qualiter diſponatur. Ibid. 370.
Facultas examinis huiuſmodi, & ſelectionis penes quos ſit. Ibid.
Vt quis ad Logicæ ſtudium promoueatur, quid requiratur. Ibid. num. 15. 371.
Quinam à ſtudio repellantur. Ibid. n. 16. 372.
Studentes Lectoribus debitum honorem, ac reuerentiam exhibeant. Ibid. n. 17.
Sinè eorum licentia extrà Conuentum non egrediantur. Ibid.
Circà pertinentia ad ſtudium delinquentes, à Lectoribus corripiantur, & pœnitentijs afficiantur. Ibid.
In pœnitentijs Studentibus ad correptionem datis, Priores non ſe ingerant. Ibid.
Quæ requirantur ad hoc vt Studentes Philoſophiæ ad ſtudium Theologiæ tranſire poſſint. Ibid. n. 18.
Sinè licentia Patris Vicarij Generalis, ſub diſciplina Lectoris alterius Religionis, aut Sæcularis Doctoris, nemo ſtudijs incumbere audeat. Ibid. n. 19.
Con-

Digitized by Google

Contrafacientes, tam Studentes, quam Priores permittentes, quas pœnas incurrant. Ibid.
Quænam requirantur ad hoc vt Studentes ad Lectoratus gradum promoueantur. Ibid. cap. 2. n. 1. 373.

SVDARIA.

Non à collo, vel ſcapulis dependeant. Conſtit. cap. 23. num. 13. pag. 183.
Linea ſimpliciter ſint, & in eis nil albo colori contrarium miſceatur. Ibid.

SVPPELLECTILIA.

Priores cuius ponderis Suppellectilia de loco ad locum ſumptibus Monaſterij non transferant, & ſub qua pœna. Diff. recen. Rub. 24. cap. 4. n. 4. 405.

SYNDICI.

Quot eligantur in quolibet Conuentu, & quomodò. Diff. recen. Rub. 22. cap. 1. n. 1. 394.
Quas qualitates habeant. Ibid.
Quodnam ſit eorum officium. Ibid. n. 2. & ſeqq. 395.
Priores, qui Syndicos proponere protraxerint, aut electos nè ſuum exerceant munus impedierint, quomodò puniantur. Ibid. n. 8. 396.
Syndici electi, ſi id munus exequi renuerint, quam pœnam incurrant. Ibid. Niſi rationabilem afferant cauſam. Ibid.
Idem dicendum de Sacriſta, Procuratore, Exactore, & Depoſitarijs. Ibid.

T

TARDVS.

Tardè veniens ad Matutinum, & ad alias horas, quid faciat. Conſtit. cap. 5. n. 1. 115.
Ad Capitulum, vel ad refectionem tardè veniens, quid faciat. Ibid. n. 2.
Si quis ſic tardè ad refectionem, vel ad collationem venerit, quod iam Fratres ſedeant in locis ſuis, qualiter ſe habeat. Ibid.
Ad horas quis tardè intelligatur venire. Ibid. n. 3.
Qui ad horas, vel ad Capitulum tardè venire in vſum duxerit. qualiter puniatur. Ibid. n. 4. & cap. 40. n. 1. 272.

TEMPVS.

Congruum ad prouiſionem veſtimentorum Fratrum quodnam ſit. Conſt. cap. 24. n. 1. 186.

Digitized by Google

Tempore noctis vnuſquiſque in Cella ſua ſe recludat. Diff. recen. Rub. 3. cap. 3. n. 13. 334.
Tempore noctis nemo per Conuentum vociferetur, aut excitet clamores. Ibid.
Tempore noctis Fratrum coadunationes tollantur, & ſub qua pœna. Ibid.

TERTIARII.

Nemo ad habitum Congregationis noſtræ ſub nomine Tertiarij acceptetur, ſed ſolum ſub nomine Commiſſi. Diff. rec. Rub. 9. cap. 1. n. 1. 345.
Niſi ſit extrà Conuentum in Sæculari domo permanſurus. Ibid.

TESTIS.

Nullus Frater noſtræ Congregationis, de falſo crimine aliquem accuſet, aut falſum teſtimonium contrà aliquem reddat, vel falſum teſtem det, ſeù inducat, vel dari, aut induci faciat coram aliquo Superiore, &c. Conſtit. cap. 37. n. 2. 267.
Contrafacientes qualiter puniantur. Ibid.

THESES, vide CONCLVSIONES.

TVNICHINVS.

Habeat quilibet Frater Tunichinum vnum ex Sargia, ſiuè Staminea alba ad portandum ſub Cappa. Conſtit. cap. 23. n. 2. 180.
Cuius longitudinis ſit. Ibid.

V

VACATIO.

Fratres noſtri, qui per ſex annos continuos munus quodcumque iuriſdictionis exercuerint, à quocumque ex prædictis muneribus per triennium vacare debent. Diff. recen. Rub. 28. cap 4. num. 1. 424.
De vacationibus Studiorum, vide ſuprà verbo Lectio.

VAGINÆ.

Rubeæ, & biſcoloratæ prohibentur. Conſtit. cap. 23. n. 12. 183.

VENATIONES.

Fratribus noſtris omnimodè prohibentur, & ſub qua pœna, tā prò prima, quā prò ſecunda vice. Diff. rec. Rub. 3. cap. 3. n. 4. 332.

VESPERÆ.

Hora competenti, ſecundum temporum varietatem, & patriæ conſuetudinem, dicantur. Diff. antiq. Rub. 1. cap. 1. n. 1. 283.
Veſperæ in omnibus diebus, exceptis Dominicis, & Feſtis de præcepto, quomodò dicantur. Ibid. cap. 2. n. 3. 384.

In

Digitized by Google

In diebus verò Dominicis, & Feſtis de præcepto, quomodò dicantur. Ibid. n. 4. 285.

VESTES.

In vnum habendæ. Reg. cap. 9. 13.
Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 8. 358.
Quomodò cuſtodiendæ. Ibid.
Tolerari poteſt infirmitas, vt eaſdem veſtes recipiant Fratres prò ſuo vſu, quas depoſuerant. Ibid.
Veſtimenta, & calceamenta ſemper dentur, quandò fuerint indigentibus neceſſaria. Reg. cap. 11. 15.
Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 24. 361.
Veſtibus lineis non vtantur Fratres, niſi fœmoralibus, ſed laneas tantum veſtes habeant. Conſt. cap. 23. n. 1. 179.
Excipitur caſus infirmitatis, de licentia Prioris. Ibid.
Nullo pacto aliquid lineum in veſtibus compareat. Ibid.
Inhibetur in veſtibus Fratrum tam internis, quam externis quæcumque curioſitas, tam in materia, quam in forma, & ſub qua pœna. Ibid. n. 9. 182.
Pater Vicarius Generalis, & Viſitatores quoſcumque inuenerint contrarium facientes puniant, & huiuſmodi veſtes ab eis auferant. Ibid. n. 10.
Veſtimenta, & calceamenta neceſſaria alicui non denegentur. Conſtit. cap. 24. n. 1. 186.
Non dentur alicui pecuniæ prò veſtibus, vel pannus, ſed veſtes factæ. Ibid.
Nullus Frater abſquè licentia Prioris, veſtimentum aliquod ſibi emere, vel facere, vel alicui vendere, aut quouis modo diſtrahere, aut ſibi ab alia perſona quam à ſuo Priore, vel de eius licentia datum portare, vel retinere poteſt. Ibid. n. 2. 187.
Contrafacientes, qua pœna plectantur. Ibid.
Veſtes, & alia, quomodò ad vſum Fratrum concedantur. Diff. antiq. Rub. 8. cap. 1. n. 2. 297.
Qua ratione Priores concedant licentiam Confeſſoribus, aut alijs Fratribus, veſtes, aut quodlibet aliud ad proprium vſum procurandi. Ibid. cap. 10. n. 1. 301.
Si in pecunia id receperint, quid fiat. Ibid.

VICARIVS CONVENTVS.

Quilibet Conuentus noſtræ Congregationis habeat Vicarium à Diffinitorio inſtitutum. Conſtit. cap. 26. n. 1. 188.
Quodnam ſit eius officium, & auctoritas. Ibid.

Digitized by Google

Quem locum tenere debeat. Ibid.
In caſu quo infrà annũ Vicarius decederet, vel ab officio amoueretur, prouidere de alio Vicario Conuentuali ad quem ſpectet. Ibid. n. 2. 189.
Interim tamen Prior vices ſuas alicui committere poteſt. Ibid.
In quibus caſibus Fratres Cõuentus Vicarium ſibi eligere poſſint in communi. Ibid. n. 2. & 3. 190.
Vicarius à Priore deputatus, Vicarium relinquere non poteſt, benè tamen Vicarius à Diffinitorio, vel à Patre Vicario Generali inſtitutus. Conſt. cap. 29. n. 7. 201.
Si Prior à Conuentu recedens, Vicarium non deſignauerit, & Conuentus ipſe Vicario Conuentuali careat, quis alijs ea auctoritate præſit. Ibid.
Adueniente nouo Priore loci, Vicarius, qui in loco fuerit, quid faciat. Conſt. cap. 30. n. 83. 246.
Vicarij Conuentualis abſente Priore, quænam ſit auctoritas. Diff. antiq. Rũb. 17. cap. 4. n. 1. 318.
Vicarius Conuentus ſemper ſit Syndicus. Diff. recen. Rub. 23. cap. 1. n. 1. 397.
In ſero diligenter exploret, an Ianuæ Conuentus ſint clauſæ. Ibid. num. 2.
Nocturno tempore omnes claues cuſtodiat. Ibid.
Niſi Prior illas tenere voluerit. Ibid.
Vicarius quem libellum habeat. Ibid. n. 3.
Vicarius bis in hebdomada inſtruat Conuerſos, & Commiſſos, & de quibus. Ibid. n. 4.
Inuigilet diligenter ſuper Cellas ad hoſpitium deputatas. Ibid. num. 5. 398.
Carceratis Vicarius incumbat. Ibid. n. 6.

VICARIVS GENERALIS.

Quis in Vicarium Generalem noſtræ Congregationis eligatur, Conſt. cap. 30. n. 13. 213.
Qualiter Pater Vicarius Generalis officio ſuo renunciare debeat. Ibid. n. 15. & ſeqq. 214.
Quomodò eligatur Pater Vicarius Generalis noſtræ Congregationis. Ibid. n. 20. & ſeqq. 215.
Quomodò Pater Vicarius Generalis electus confirmetur. Ibid. n. 31. & 32. 222.
Quomodò omnes ei manum deoſculentur in ſignum reuerentiæ, & obedientiæ. Ibid. n. 33. 223.

Vica-

Digitized by Google

Vicario Generali noſtræ Congregationis quomodò Fratres obediant. Conſtit. cap.31.n.1. 248.
Quodnam ſit eius officium, & auctoritas. Ibid.
Quinam in noſtra Congregatione ab ipſo non recipiantur. Ibid. num.2. 249.
Facta Viſitatione omnium Conuentuum Congregationis, quid faciat, Ibid. n. 4.
Fratres de loco ad locum mutare ſinè ratione, non debet. Ibid.
Quam auctoritatem habeat in impoſitis pœnitentijs, & obſeruandis ordinationibus diſpenſandi. Ibid. n.7. 250.
Ad quæ vigilare debeat. Ibid. n. 8. Quid moneat Fratres. Ibid.
Habeat Vicarius Generalis Conſtitutiones, quas obſeruet, & cæteros ad illarum obſeruantiam inducat. Ibid.
Qui Vicario Generali Congregationis per duos dies, ac noctes integras obſtinatus recuſauerit obedire, quam pœnam incurrat. Ibid. n.9. 251.
Prò quibus caſibus abſoluatur. Ibid. n. 10.
Occurrente infrà triennium obitu, vel alio canonico impedimento Patris Vicarij Generalis, quis ei in regimine Congregationis ſuccedat. Ibid. n.11.
Quomodò nouus Vicarius Generalis tunc eligatur. Ibid.
Quomodò nominetur. Ibid.
Super quo Pater Vicarius Generalis ſummoperè inuigilet. Diff. antiq. Rub.4. cap.1.n.1. 290.
Quomodò intelligatur Conſtitutio illa, quæ de officio, & auctoritate, P. Vicarij Generalis dicit: Qui de obſeruandis ordinationibus in omnibus, & ſingulis plenam auctoritatem habeat diſpenſandi. Diff. antiq. Rub.16. cap.1. n.2. & ſeqq. 313.
Et ſic aliæ Conſtitutiones de officio, & auctoritate ipſius. Ibid. & cap.2. n.1. & 2. 316.
Vicarium Generalem abſquè eius licentia adire prohibitum, & ſub qua pœna. Diff. recen. Rub.3. cap.3. n. 6. 333.
Nec minus Prioribus licet ſinè vrgenti neceſſitate, aliquem mittere ad eumdem, & ſub qua pœna. Ibid.
Quid tunc facere ſufficiat. Ibid.
Quænam conditiones requirantur, ad hoc vt quis in Vicarium Generalem noſtræ Congregationis eligatur. Diff. rec. Rub. 28. cap.1. n.1. 419.
Vicarius Generalis in Conuentuum Viſitatione, quot diebus in illis commorari debeat. Ibid. n.2.

Digitized by Google

Familia Patris Vicarij Generalis ipſo incluſo, quinarium numerum non excedat. Ibid.
Conuentus, quos Pater Vicarius Generalis ſucceſſiuè viſitauerit, alimenta moderata ei, & ſuæ familiæ charitatiuè miniſtrabunt. Ibid.
Extrà Viſitationem, quam præſtationem contribuat Conuentui in quo moram traxerit. Ibid. n.3. 420.
Extrà Viſitationem equitaturas alere, & alias expenſas occurrentes de ſuis Collectis ſupplere debebit. Ibid.
Extrà Viſitationem expenſas etiam litterarum faciat, ſeruata ad vnguem indemnitate Conuentus in quo manſerit. Ibid. n.4.
Si vltrà triennium, Auctoritate Apoſtolica, Patrem Vicarium Generalem ad alium annum confirmari contigerit, quos prouentus habeat prò illo anno. Ibid. cap. 2. n.1.
Si Pater Vicarius Generalis ex hac vita migraret, quid de eius ſpolio fieret. Ibid. n.2. 421.
Idem dicendum de Viſitatoribus in actu viſitationis, Socio, & Secretario Congregationis, & de Conuerſis inſeruientibus. Ibid.
Expenſæ infirmitatis prædictorum, & funeris in caſu mortis à quo, ſeù quibus fieri debeant. Ibid.
Collectæ Conuentuum Patri Vicario Generali ſoluantur, & non alijs. Ibid. n. 3. & 4. 422.
Ex Collectis Conuentuum Pater Vicarius Generalis, quibus contribuat, & quas expenſas faciat. Ibid. n. 5.
Taxam extraordinariam ſuper Conuentus Pater Vicarius Generalis nullam imponat. Ibid. n. 6. 423.
Si neceſſitas vrgeat, à quibus facienda ſit huiuſmodi taxa, & quomodò. Ibid.
Prò Diæta celebranda in ſecundo anno, Pater Vicarius Generalis Diffinitorium congregabit, & vbi. Ibid. n.7.
Ad Diætam per citatorias prius moniti, quinam accedant. Ibid. 423.
Deficiente infrà annum Priore alicuius Conuentus, quomodò à Patre Vicario Generali de alio prouideatur. Ibid. n. 8.
Cum ad aliquem Conuentum viſitandum Pater Vicarius Generalis peruenerit, quomodò recipiatur. Ibid. cap. 3. n. 1. 424.
Tempus durationis munerum Patris Vicarij Generalis, & aliorum, non ad biennium, ſed ad triennium perduret. Ibid. cap. 4. n. 2. & 3. 425.

Eue-

Eueniente caſu mortis, ſeù cuiuſcumque alterius canonici impedimenti Patris Vicarij Generalis, quomodò prouideatur. Ibid. num. 4.
Quot, & quos Lectores deputet P. Vicarius Generalis, qui Concluſionibus in Capitulo Generali defendendis aſſiſtant. Diff. recen. Rub 29. cap. 1. n. 10. 433.

VICESGERENS.

Vicarius Generalis, ſi extrà Congregationem, vel ad ipſius Congregationis extrema loca, ſiuè vltrà montes Appeninos iuerit, quem Viceſgerentem relinquat. Conſt. cap. 31. n. 6. 249.
Atteſtationes prò recipiendis Nouitijs mittantur Patri Vicario Generali per manus Viceſgerentis loci. Conſt. cap. 15. n. 2. 139.
Ad expenſas Viceſgerentium, quinam Conuentus concurrant. Diff. recen. Rub. 28. cap. 5. n. 5. 428.

VISITATIO.

Quot vicibus in anno Prior viſitet Cellas Fratrum ſui Conuentus. Conſt. cap. 23. n. 19. 186.
Diff. recen. Rub. 11. cap. 1. n. 11. 359.
Et Rub. 24. cap. 6. n. 3. 406.
In Viſitatione tum Patris Vicarij Generalis, tum Viſitatorum, expenſæ in victu quomodò fiant. Diff. recen. Rub. 26. cap. 2. num. 1. 413.
Decreta Viſitationis qualiter tranſmittantur. Ibid. cap. 3. n. 2. pag. 414.

VISITATORES.

Maiores, quomodò eligantur. Conſt. cap. 30. n. 40. & ſeqq. 226.
Quas qualitates habere debeant. Ibid.
Viſitatores minores quomodò eligantur. Ibid. n. 57. 234.
Qualiter viſitare debeant. Ibid.
Viſitatores, quomodò officium ſuum exequantur. Conſt. cap. 32. num. 1. 252.
Quodnam ſit eorum officium. Ibid.
Inuenientes Patrem Vicarium Generalem in aliquo Conuentu, eos ipſe à viſitatione non prohibeat. Ibid. n. 2. Quos viſitare poſſint, & debeant. Ibid. Simul ire, & eſſe debent. Ibid.
Deſtituere, vel inſtituere Priorem omninò non poſſunt. Ibid. num. 3. 253.
Poſſunt tamen ab executione officij ſui ſuſpendere. Ibid.
Quandò, & quomodò viſitationem incipiant. Ibid. n. 4.
Quid inquirant à quolibet Fratre. Ibid.

Digitized by Google

Omnia ſcribant. Ibid. Quomodò ad correctionem procedant. Ibid. num. 5.
Si aliquem ex Fratribus inuenerint enorme aliquid commiſiſſe, quid faciant. Ibid. n.6. 255.
Si mali aliquid de Priore, vel Fratre aliquo audierint, quid faciant. Ibid. n. 7.
Qualiter ſint cauti ad ſcribendum in libello, quem habent Diffinitorio præſentare. Ibid. n.8.
Qualiter teneantur in omnibus Patri Vicario Generali obedire. Ibid.
De quibus caſibus Viſitatores inquirere debeant. Conſt. cap. 33. n.1. & ſeqq. 256.
Viſitatores à ſententijs, quas fortè contrà aliquos tuliſſent, abſoluere poſſunt, & alijs abſoluendi committere facultatem. Conſt. cap. 37. n 5. 269.
Viſitatores quam præcedentiam habeant. Diff. recen. Rub. 26. cap.1. n.7. 413.
Conuentus ſibi à Patre Vicario Generali aſſignatos, viſitare tenentur Viſitatores. Ibid. cap.3. n.1. 414.
Viſitatores aſſumi non poſſunt in Priores alicuius Cõuentus. Ibid. cap.4. n.1. 415.
Viſitatores triennij immediatè præteriti, quid referant, & ſignificent Diffinitorio, antè Priorum electionem, & familiarum inſtitutionem. Diff. recen. Rub.29. cap.1. n. 12. 433.

VITIVM.

Si quis reperiatur vitio indicibili maculatus, quibus pœnis afficiatur. Conſt. cap.36. n.7. 265.

VOTA.

Fratres vota ſua priuata per quos ad Capitulum mittant. Conſt. cap.28. n.12. 197.
Si quis aliquid operatus fuerit, per quod vota Fratrum ad Præſidentem, & Diffinitores Capituli Generalis non perueniant, quas pœnas incurrat. Ibid.

VOX.

Quinam ſint, qui in electione Prioris vocem non habent. Conſt. cap.28. n. 3. 194.
Si quis inueniatur procurare voces prò ſe, vel alio Fratre eligendo ad curam animarum, vel ad aliquod officium Congregationis, quibus pœnis plectatur. Ibid. n.11. 197.
Non habentibus vocem actiuam in electione Patris Vicarij Generalis

Digitized by Google

neralis, Pater Præſidens quid præcipiat. Conſt. cap.30. nu. 19. pag. 215.
Quinam in Capitulo Generali vocem habere debeant. Diff.recen. Rub.29.cap.2.n.1. 434.
Duo Fratres, vel plures in primo, aut ſecundo gradu conſanguinei, ſeù affines, nullatenus ſimul in eodem Capitulo Generali, aut Cõuentuali, vocem actiuam, aut paſſiuam habere poſſunt. Ibid. n. 3. Et multò minus Diffinitorium ſimul ingredi. Ibid.
In concurſu plurium conſanguineorum, quinam cum voto ad Capitulum accedere debeat. Ibid,

Z

ZONA, vide CORRIGIA.

FINIS.

SERIES

Digitized by Google

SERIES CONVENTVVM CONGREGATIONIS.

S. Auguſtini Cremæ.
S. Mariæ de Populo Romæ.
S. Nicolai Tolentini.
S. Mariæ de Cella Genuæ.
S. Auguſtini Bergomi.
S. Mariæ Coronatæ Mediolani.
S. Mariæ de Populo ad S. Gallum, nunc S. Iacobi inter Foueas Florentiæ.
S. Auguſtini Comi.
S. Auguſtini Cremonæ.
S. Mariæ Gratiarum Derthonæ.
S. Nicolai Vitellianæ.
S. Auguſtini Taurini.
S. Barnabæ Brixiæ.
S. Agnetis Mantuæ.
S. Mariæ Annunciatæ Eremi.
S. Auguſtini Sauonæ.
S. Auguſtini Ciuitatis Caſtelli.
S. Auguſtini Lucæ.
S. Auguſtini Mutinæ.
S. Pauli Papiæ.
S. Martini Alexandriæ.
S. Mariæ Gratiarum Grabedonæ.
S. Mariæ Annunciatæ Spilamberti.

S. Au-

Digitized by Google

S. Auguſtini Sauiliani.
S. Mariæ Miſericordiarum Bononiæ.
S. Mariæ Annunciatæ Pontremuli.
S. Andreæ Ferrariæ.
S. Mariæ Gratiarum Cariniani.
S. Catharinæ Baſſani.
S. Crucis Caſalis.
S. Auguſtini Cherij.
S. Mariæ Gratiarum Auilianæ.
S. Auguſtini Foroliuij.
S. Mariæ de Angelis Vigolzoni.
S. Auguſtini Imolæ.
S. Ioannis Euangeliſtæ Fauentiæ.
S. Mariæ Miſericordiarum Rumani.
S. Bernardi Vercellarum.
S. Petri Bugellæ.
S. Mariæ Conſolationis Leminis.
S. Auguſtini Hipporediæ.
S. Mariæ de Horto Velitrarum.
S. Mariæ Gratiarum Ciriaci.
S. Mariæ Miſericordiarum Pontiſuici.
S. Auguſtini Regij.
S. Nicolai Nimbri.
S. Nicolai Clauaſij.
S. Mariæ Gratiarum Soroxinæ.
S. Mariæ Annunciatæ Luzzariæ.
S. Crucis Aſulæ.
S. Martini Maſſæ Ferrariæ.

S. Au-

Digitized by Google

S. Auguſtini Cabalarij Maioris.
S. Auguſtini Salutiarum.
S. Mariæ Gratiarum Bargiarum.
S. Nicolai Nouariæ.
S. Mariæ ad Paſcua Rhaudæ.
S. Mariæ Conſolationis S. Germani.
S. Mariæ de Fonte Maceratæ.
S. Mariæ de Angelis Caburij.
S. Mariæ Annunciatæ Bozuli.
S. Mariæ Gratiarum Aſtæ.
S. Mariæ de Populo Claraſci.
S. Agnetis Laudæ.
S. Stephani Villæfranchæ.
S. Iacobi in Carignano Genuæ.
S. Mariæ Gratiarum Enzagi.
S. Blaſij Bononiæ.
S. Mariæ Berceti.
S. Mariæ ad Niues Piſonearum.
S. Mariæ Gratiarum Clementiſſimæ Liburni.
S. Geneſij in Monte Briantiæ.
S. Mariæ Viſitationis Maſſæ Ducalis.
S. Mariæ Maſonis.
S. Mariæ Conſolationis Ripæ.
SS. Firmi, & Caroli Pomponiſci.
S. Mariæ Miſericordiarum Caſtrileonis.
S. Auguſtini Foſſani.
S. Priſcæ Romæ.

Laus Deo, B. Mariæ ſemper Virgini, & B. P. N. Auguſtino.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google